



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.


Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

B 1,177,865



805
17686

M N E M O S Y N E.

1034-35

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. FRANCKEN, J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA,
H. T. KARSTEN, J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. VAN DER VLIET, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,

O. HARRASSOWITZ.

1900.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO ANTEHAC E. J. BRILL.

INDEX



	Pag.
De fragmentis Ennianis a Paulo Merula editis, scripsit P. I. BLOK.	1—12.
Aedilem gero = aedilitatem gero, scripsit J. W. BECK	12.
Ad Aeschyli Agam. vs. 25 sqq., scripsit I. C. VOLLGRAFF.	13—15.
Apulei Floridorum fragmentum XVIum, scripsit J. VAN DER VLIET.	16—23.
Ad Anthologiae Graecae librum VII, scripsit H. VAN HER- WERDEN.	24—49.
Ad Tertullianum, scripsit J. W. BECK	49.
Thucydidea (<i>contin. e T. XXVI p. 334</i>), scripsit I. C. VOLLGRAFF	50—61.
Ad Apuleium, scripsit J. W. BECK	61.
Observatiunculae de iure Romano (<i>contin. ex Vol. XXVII pag. 284</i>), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	62—84.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia, scripsit S. A. NABER	85—117.
Ad papyros Graecos, scripsit H. VAN HERWERDEN	118—128.
Emendatur A P. VII, 495, 3, scripsit H. v. H.	128.
De prouinciis consularibus § 4, scripsit J. v. D. V.	128.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia (<i>contin. ex pag. 117</i>), scripsit S. A. NABER	129—156.
Babriana, scripsit H. VAN HERWERDEN	157—175.
De variis lectionibus a Rutherfordio e scholiis Aristophaneis erutis, scripsit J. VAN IJZEREN.	176—200.
Ad Aristophanis Equites observationes, scripsit J. VAN LEEUWEN J.F.	201—225.

	Pag.
Ad Tacitum, scripsit C. M. FRANCKEN	226—227.
Pro M. Caelio § 5, scripsit J. v. D. V.	227.
De Heliaeis Atheniensibus, scripsit J. VÜRTHEIM	228—236.
ΠΟΛΥΤΡΟΦΟΣ — ΠΟΛΥΦΟΡΟΣ, scripsit J. v. L.	236.
De Ezechiele poeta Iudaeo, scripsit K. KUIPER	237—280.
Varroniana, scripsit C. M. FRANCKEN	281—297.
De variis lectionibus a Rutherfordio e scholiis Aristophaneis erutis (<i>contin. ex pag. 200</i>), scripsit J. VAN IJZEREN	298—328.
Observationes Miscellaneae ad Plutarchi Moralia (<i>contin. ex pag. 156</i>), scripsit S. A. NABER	329—364.
ΑΝΗΛΙΠΟ(Τ)Σ, scripsit H. v. H.	364.
De scytala Laconica, scripsit J. H. LEOPOLD	365—391.
Ad Aristoph. Av. vs. 1247, scripsit J. v. L.	391.
Ad Aeschyli Eumenides, scripsit H. VAN HERWERDEN	392—395.
Praesensio veri, scripsit C. M. F.	395.
Ad titulos quosdam Rhodios nuper repertos, scripsit H. VAN GELDER	396—403.
Ad Geoponica, scripsit H. VAN HERWERDEN	404—421.
Varroniana (<i>contin. ex pag. 297</i>), scripsit C. M. FRANCKEN.	422—435.
Ad Xenoph. de Venat. VIII 1, scripsit J. v. L.	435.
Observatiunculae de iure Romano (<i>contin. ex pag. 84</i>), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	436—451.
Ad Aristoph. Acharn. vs. 927, scripsit J. v. L.	451—452.

DE FRAGMENTIS ENNIANIS A PAULO MERULA EDITIS.

SCRIPSIT

P. I. BLOK.



Robertus Fruinius noster, vir praestantissimus, de patriae nostrae historia unice meritus, Cobeti Pluygersiique intimus amicus, cum paulo ante mortem in diario c. t. „Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis”¹⁾ de Angeli Merulae egregii illius martyris, quem, sacrosancto ministerio Heenvlietiae prope Briliam functum, post diuturnum iudicium Inquisitio Montibus in Hanonia ad rogi ignem damnavit, tristissima ageret sorte, auctore usus est Paulo Merula, martyris fratris nepote, claro illo professore et bibliothecario Universitatis Leidensis. Hic enim libro anno 1604 edito, c. t. *Historia Tragica*, et patris sui et ipsius martyris schedis excussis, illius casus enarravit. Ex hoc ergo fonte hauriens de Angelo Merula fuse accurateque disputavit Fruinius, atque sic nata est suprema praeclari historici commentatio, quae quantum in illo fuerit acumen criticum egregie declarat.

Quam suis laudibus ornans v. d. Kan, Gymnasii Erasmiani Rector emeritus, tamen quaedam a Fruinio parum recte disputata contendit²⁾: praesertim autem hac in re Fruinium errasse quod Paulli Merulae libro fidem habuerit. Paullus enim Merula etiamnunc vulgo putatur finxisse Ennii fragmenta quaedam,

1) 3de Reeks X p. 205 sqq.

2) I. B. Kan, Paullus Merula, in „Bijdragen voor Vaderlandsche Geschiedenis” 4de R. I, p. 101 sqq.

quae sua Ennii editione (in lucem ea prodiit a. 1595) primus protulit.

Hoc autem crimen, quod Merulae moverant Hermannus, Ritschelius, Hochius alii, a Lawickio dissertatione „de fraude Merulae” pertractatum, subscriptentibus postea Vahleno, Luciano Muellero, omnibus denique fere viris doctis, iam ante viginti annos Kanium moverat ut cum Fruinio in certamen descenderet. De Erasmi „Compendio Vitae” a Merula edito tunc agebatur: genuinum illud opus esse firmiter Fruinius defenderat, pertinaciter negabat Kanius. Nunc ultra iam Kanius progreditur, Merulamque, a quo ficta et Enniana fragmenta et Erasmianum Compendium censet, etiam in Historia Tragica conscribenda fraudem commisisse, lege Cornelia de falso teneri, nulla fide dignum esse, nisi quae tradat aliunde confirmentur, declarat.

Post mortem Fruinii nova haec Kanii disputatio in lucem est emissa; itaque ego, cui haec quaestio permagni esse momenti videretur — hoc enim quaerebatur validone an infirmo fundamento suprema Fruinii niteretur disquisitio — accurato eam subieci examini, quod et ad fragmenta Enniana et ad Historiam Tragicam et ad Compendium Vitae pertinebat ¹⁾. In quo instituendo magno mihi uti licuit epistolarum numero, a Merula et ad Merulam partim Latine partim Belgice scriptarum, quae hactenus aut in tenebris latuerant aut certe parum innotuerant; servantur eae Leidae, Oxoniae, Amstelodami, Traiecti ad Rhenum, alibi. Quas omnes ut consulere possem (est earum numerus fere ad ducentas) amica opera viri doctissimi S. G. de Vries, Universitatis Lugduno-Batavae Bibliothecarii, et praestantissimorum virorum, quorum curis Bibliothecae Bodleiana et Amstelodamensis commissae sunt, quique Traiecti tabulario Cleresiae Episcopalis praesunt, multorum denique privatorum, qui nunc illarum nonnullas possident, benevolentia mihi contigit.

Nova ex his epistolis affulget lux, ad quam et ipsum illum Historiae Professore Leidensem et studia eius multo melius quam antea cognoscere possumus. Facultatem enim nobis praebent — id quod in maiore mea disputatione, quam supra no-

1) Bijdr. 4^{de} R. I, p. 115 sqq.

minavi, demonstrare conatus sum — discendi quam candidis sinceris placidis moribus fuerit vir ille, tot tantisque criminibus petitus, quanti et ipsum et doctrinam eius aequales posterique fecerint, quanta eius fuerit in disquirendo diligentia, quamque severa ratione semper usus sit. His epistolis perlectis sine ulla dubitatione (nam hoc illic demonstrasse mihi videor) respuere iam possumus crimen illud, quod ad Compendium Vitae pertinet; neque ulla, meo saltem iudicio, iam relinquitur causa idonea cur Historiae Tragicæ, quam suspectam Kanius habet, fidem denegemus. Ad Enniana fragmenta quod attinet, quæ de illis disputavi amicis meis, qui antiquis literis dant operam, eiusmodi visa sunt ut suum sibi in Mnemosyne locum habere deberent. Pergratum ergo mihi fuit quod Hartmanus, collega amicusque meus, illam commentationis meæ partem, quæ de Ennianis agit fragmentis, Latine vertendi negotium suscipere voluit. Qui ea quoque cognoscere cupit, quæ de Compendio et de Historia Tragica disputavi, is diarium c. t. „Bijdragen” adeat: ibi omnia uno corpore comprehensa inveniet. Mnemosynæ lectoribus disputationem de Ennii fragmentis offerre satis visum est. Haec enim fortasse aliquando efficiet ut philologus ille Batavus, qui iam per quinquaginta fere annos falsarius audit, aut in integrum restituatur, aut saltem ad novum perducatur iudicium. Hoc unum moneo me in Latinis literis non adeo versatum esse ut de sermone metroque fragmentorum quidquam ipse affirmem; quare hosce mihi fines statui ut illa praesertim perpenderem quæ Kanius, Lawickius, Merulam mendacii arguentes, de illorum origine contenderunt. Plura, ut opinor, ab eo qui in Historia Patriæ tabernacula posuerit neque posci neque exspectari possunt.

Hochio et aliis acerrimis Merulae adversariis concedendum fuit primum fragmentorum illum esse sermonem eosque numeros, ut hoc certe nomine in suspicionem vocari non possint. Quamquam Lawickius ¹⁾ huius argumenti vim infringere conatur observando non difficile esse versus quamvis negligenter scriptos tamquam Ennianos iis probare quibus „arte rudis” Ennius

1) De Fraude Merulae p. 2.

videatur, et ipse sermonem numerosque fragmentorum Merulorum aggregatur; deinde iamdudum apparuisse fontium, e quibus se nova hausisse fragmenta Merula narrat, quosque „obscuros” Lawickius vocat, unum alterumque minime turpi isto nomine dignos esse. Adest Cornuti (auctioris) codex Vulcanii, ad quem Merula provocat ¹⁾; praesto est in Bibliotheca Leidensi inter Vulcanii codices, omnesque exhibet versus Ennii, quos inde se petiisse Merula declarat ²⁾. Servii editio quam a. 1600, ergo 5 annis post Merulae Ennium, curavit Danielus, omnia illa fragmenta habet, quae Danielis codici assignat Merula ³⁾.

Codicum ergo, quos tamquam fontes suos nominat Merula, duo supersunt etiam, atque hi testimonio suo eum adiuvant; licet ergo etiam in illis duobus aliquid spei reponere, qui latent etiam sed fortasse aliquando in lucem protrahentur: Calpurnium Pisonem dico et Glossaria Fornerii. Interea iam ex epistolis nostris proferre aliquid possumus, quod argumenta, quibus Merulae fragmenta in suspicionem vocantur, aut plane removet aut certe admodum labefactat. Neque Lipsius ⁴⁾, neque Scaliger, neque Heinsius neque Vossius, Scriverius, Vulcanius, nemo denique e viris illis acutissimis, qui ante Hermannum Lawickiumque Latinis literis per tantam annorum seriem vel in patria nostra vel apud exteros operam dederunt, vel levissima fraudis suspitione Merulam tetigerunt umquam. Quae res quamquam quaestionem nostram non dirimit, tamen admonere nos potest, ut crimina illa, quae nunc denuo a Kanio tam confidenter pronuntiantur, caute prudenterque accipiamus.

Iam hoc fere modo Merulae editio nata est.

Anno 1590 Iustus Lipsius, praeclarus ille historicus et litera-

1) Ad Ennium Comm. p. 66.

2) Kisselius, Specimen Criticum contineas Auli Persii Flacci — collationem (Zalt-Boem. 1848 p. 5/6). Superest epistola in qua Merula a Vulcanio petit ut sibi illius codicis faciat copiam, his verbis: „lectio sola mihi deest ad absolvendos et in lucem mittendos Ennii Annales”. Annus diesque hac epistola non indicantur, sed videtur esse anni 1594 exeuntis. (Bibl. Leid. ms. Vulc. 105 b).

3) Law. de Fraude Merulae p. 3.

4) Lipsii superest epistola, data die 20 M. Apr. a. 1605, in qua Merulae Ennium egregiis ornatur laudibus (Bibl. Leid. ms. B. P. L. 885).

rum Latinarum cultor, subito Leida in Neerlandiam Hispanicam profectus est, atque mox Lovaniae profiteri coepit. Tunc Paulo Merulae, qui hactenus Hagae Comitum „advocatus apud Aulam Hollandiae” fuerat, sed semper antiquitatis studia in deliciis habuerat, historiae professio mandata est. Qui statim se adinxiit ad aliquam editionem parandam, qua se dignum praestaret illa Academia, quae iam tum eximiis artis criticae laudibus florebat. Ex omnibus autem scriptoribus Ennium elegit ¹⁾, iamque suam editionem prelo mandaverat, cum in manus eius venit idem poeta a Columna a. 1590 in lucem emissus. Quam editionem cum praestantissimam esse lubenter agnosceret, „iam coeptam lucem ab Annalibus Ennii amovere” (ipsius haec verba sunt in praefatione) volebat: sed ut opus inchoatum absolveret amici perfecerunt monentes non solum aliud esse ipsius consilium atque Columnae fuisset, sed etiam ipsi esse fragmenta „quae ab summo viro non omissa vel neglecta sed invisita” essent.

Haec Merula „ad Lectorem” sui libri. Contendunt autem viri docti illa antehac ignota fragmenta, quae ex Calpurnio Pisone et Glossariis Fornerii petita dicuntur, quaeque a. 1590 a Merula sunt edita, nulla unquam fuisse sed ficta esse a Merula ut Columnae palmam praeriperet.

Videamus ergo de utroque fonte suspecto quid ipse in epistolis nostris narret et quid dicant alii.

Pisonis codicem, qui quid continuerit in praefatione Merula ponit, sibi monstratum dicit circa annum 1584 a Wolfgangio Zindelin ²⁾, quem ipse vocat „Germanorum principum nomine Venetiis agentem” ³⁾; de quo homine et munere haud dubie etiam nunc indagari aliquid potest; is autem Merula teste in

1) Haud dubie vere anni 1592 Ennio operam dabat Merula (Benumontius ad Merulam dd. 27 Martii 1592, in ms. Bibl. Leid. XVIII n° 747). Cf. etiam Gabbema Epist. clar. vir. p. 653, ubi Merula a D. Cantero petit ut si qua habeat Ennii fragmenta ad se mittat (13 April 1592). Apparet ex hac epistula „falsarium” nostrum eo tempore Ennium suum iamiam prelo mandaturum fuisse. Et quamquam de sua edendi ratione multus est, tamen de fragmentis a se repertis ne mussitat quidem. En laudabilem verecundiam hominis „vani et falsarii”.

2) Falsarium movere quid potuit ut inventi codicis honorem non sibi vindicaret, sed alii permitteret?

3) Ad Ennium, p. 16.

bibliotheca St' Victoris Parisiis illum codicem asservari dixerat. His ipse Merula addit „utinam religiosius; timeo enim illi a plagio, novi quorundam criticorum mores”.

Hic „manifestum en tenemus reum” Lawickius exclamat (huius enim argumenta in suam disputationem transfert Kanius), „iam retia sua tendit impostor”. At ex epistolis nostris apparet quid sibi velint Merulae verba, quam longe ab eiusmodi suspicione sint remota.

Habemus enim epistolam Merulae autographam ¹⁾, datam 22 April 1597, ad Conradum Rittershausen, notum illum iurisconsultum et „humanistam” Altdorfiensem, in qua legitur:

„L. Calpurnii Pisonis libri²⁾ duo de continentia veterum poetarum (de quibus certi aliquid avet scire v. c. Obertus Giffianus)³⁾ servabantur Parisiis in Bibliotheca S. Victoris, coniuncti Lucani aliquot libris de bello Pharsalico, quibus ad marginem adscripta erant nonnulla poetae illustrando, quae notae satis probae et grammatici, meo iudicio non indocti; sed, quos postea literis meis rogaram ut integrum authorem (unde ego carptim quaedam enotaram, quae in commentario meo ad Ennium pleaque⁴⁾ leguntur) fideliter exscriptum mihi transmitterent⁵⁾, significarunt Lucanum plane lacerum esse, in calce vestigia parere excisi nesciunt cuius (mihi est insignis ille Piso) scriptoris. Doleo sane optimum auctorem meo quasi indicio in plagiatorum manus incidisse, eorum praesertim qui omnia sibi nata et scripta persuadent non reipublicae literariae, qui, inquam, huiusmodi

1) Bibl. Leid. ms. XVIII n° 747.

2) In epistola autographa in margine annotatio legitur quam ipse Merula sua causa adscripsit: „L. Calpurnii Pisonis libri de continentia veterum Poetarum, quorum in commentario meo ad Ennium frequenter mentio”. Ergone metuebat falsarius ne istud oblivisceretur? Immo, haud dubie ideo annotationem istam adiecit ut facilius ipse per epistolas suas viam invenire posset. Multas huiusmodi habemus epistolas autographas, quarum aliae, sicut haec, in aliarum epistolarum parte postica exaratae sunt, aliae deinceps scriptae in libro haud dissimili illis quibus nunc epistolarum nostrarum servamus exemplaria.

3) Hubert van Giffen, et hic professor iurisprudentiae Altdorfae fuit et ut Rittershusius vir literatissimus (Biogr. Univers. in voce).

4) Plura ergo se habere Merula dicit quam in editionem suam recepit. Mirum hercle falsarium!

5) Haec spectant ad integram Pisonis editionem quam se daturum promittit M. in Ennii praefatione.

thesauris incubare solent ut pervigiles Dracones. Habent monachi D. Victoris quod gravissime conquerantur de Ludovico Carrione.”

Tecte ergo Merula in turpissimum furti crimen adducit Carrionem, Professorem Lovaniensem, mortuum a. 1595, a quo alibi sibi quoque, cum una iter in Gallia facerent ¹⁾, codices surreptos queritur. Et omnino male apud illius temporis viros doctos Carrio audiebat ²⁾ et propter ceteros mores et praesertim propter nimiam vitiosamque antiquorum codicum cupiditatem. Neque solus ille hoc tempore eiusmodi suspicionibus laborabat. Sic de Henrico Lindenbrogio, notissimo illo bibliothecario Gottorpiensi haec legimus: „estant à Paris et allant souvent à la Bibliothèque de S. Victor sous prétexte d’y étudier, (il) y déroboit toujours quelques manuscrits”; isque ob eam causam in vincula coniectus, a Claudio du Puy bibliothecario Parisiensi, quem hominis miserebat, inde liberatus est ³⁾. Lindenbrogius fraterque eius Fredericus, canonicus et polyhistor Hamburgensis, Leidæ fuerant; habemus autem ipsius Merulae ad Fridericum ⁴⁾ illum epistolam, *quae eiusdem est temporis*: in illa queritur Merula quod sibi redditi non sint codices quidam, quos Frederico commodaverit. Nominat autem „Eunapium, qui gentis Hadriani Iunii fuerat” atque, quos e suo „Musaeo” prompserat: „Vintentium Lupanum ad posteriores imperatorum scriptores”, „Godeschalcum Sterrichium ad Apuleium et Petrum Pythaeum, praesertim vero, „quo aegerrime carebam”, ait, *Guilielmum Fornerium*. Eodemque modo Henricus Lindenbrogius interverterat „Hermenopulum manuscriptum et quem novisti, qui adpactus erat Animadversionibus Iunii.” Haec quoque Merulae verba sunt, quibus hanc adiicit querimoniam: „Carriones non putabam in vitam rediisse.” Istuc spectabat quod de Pisone dixit Merula in Ennii praefatione; falsa ergo est Lawickii Kaniique interpretatio, qua refutata simul magna pars fundamenti quo illi nituntur concidit.

1) Ms. Merula Cleresia Episc. Trai. Utor hac occasione ut pretiosissimi illius tabularii praefectis ex animi sententia gratias agam.

2) Cf. Burmanni Sylloge Epistolarum passim; Crenius, de Furibus literariis (Lugd. Bat. 1716), p. 64.

3) Struve, De doctis impostoribus (Ienae 1703), p. 75; Crenius l.l. p. 93.

4) Ms. Vulc. (Bibl. Leid.) 106, 1, dd. 14 Nov. 1595.

In Bibliotheca S. Victoris illo tempore latum patuisse furibus campum omnibus qui codices, quibus illa abundat, suis manibus versarunt oculisque perlustrarunt, notum est ¹⁾. Quae autem Kanius ²⁾ de Bibliothecae publicae Parisinae codicibus Lucanum continentibus et e S. Victoris bibliotheca eo translatis narrat eiusmodi quidem sunt ut inde efficere tibi posse videaris nullum eorum esse posse Lucani codicem illum de quo Merula loquitur. Sed quidni ipse ille codex in eorum esse numero potuit qui surrepti sunt? Atqui hoc fieri non potuisse accusatoribus fuerat demonstrandum. Sed tantum abest ut fieri non potuerit ut revera factum esse admodum sit verisimile. An forte hoc credibile est eiusmodi aliquid mentitum esse Merulam de aliquo illius bibliothecae codice, quae quamquam privata erat tamen cuivis patebat viro docto, qui a noto aliquo homine commendatus eo veniebat? Illius bibliothecae quae Lutetiae erat, in urbe tam celebri? Atque hoc mendacium prelo divulgandum curasse? Credat . . . Bertillon! Immo vero confutare istud poterant non solum St. Victoris monachi sed viri docti permulti tam Parisini quam peregrini. Praesto enim erat Lucani codex et consuli poterat de iis rebus quas a. 1597 scribebat Merula ³⁾. Ut doctorum illorum unum nominem, nonne Gifianus, cui Piso ille adeo curae erat, statim de eo scribere poterat vel ad monachos illos vel ad Carrionis heredes, penes quos esse illum tum Merula significabat?

Hic mihi etiam mentio facienda de Fornerii ⁴⁾ codice, quem — id quod ex epistola ad Lindenbrogium apparet — tunc Merula possidebat, quemque maximi faciebat. Hac re cognita caveant homines ne temere declarent Glossaria Fornerii, unde se Ennii fragmenta quaedam petiisse Merula dicit, nulla unquam fuisse.

1) Delisle, Cabinet des Manuscrits II, p. 231: „libros integros, tractatus, opuscula et caetera eiusmodi sibi grata visa *exciderunt*, transtulerunt et rapuerunt”. Sic ipse Sti Victoris bibliothecarius anno fere 1640 loquitur.

2) Kan in Progr. Erasm. Gymn. 1884/85. Sed vide quae infra leguntur.

3) In Weberiana Lucani editione plus 150 codices enumerantur; in illorum numero haud unum vidi, qui esse posset codex a Merula nominatus. Sed vide quae infra disputabuntur, e quibus apparebit in Bibliotheca Publica Parisina unum servari codicem de quo idem valet.

4) Fornerius Aurelianus iurisprudentiam profitebatur. Cf. Mer. ad Enn. p. 165 et Biogr. Univ. in voce.

Notissimus enim Merulae Fornerius fuerat, quod et aliae epistolae demonstrant ¹⁾).

Et quoniam hoc de Fornerio statuo, nunc simul de aliis videamus a quibus annotationes se accepisse, vel — atque haec res in Lawickii aliorumque disputationibus primum locum obtinet — codices sibi commodatos Merula declarat. Etenim illorum haud paucos ²⁾) immatura morte raptos cum acerbo quodam risu adversarii eius observant: Fornerium, Wintgisium, Scharlakium. At hi — et hos solos adversarii proferunt — a Merula tamquam „superiore anno” vel „haud ita pridem” mortui nominantur: superstites ergo tum erant eorum cognati affinesque neque plane ignoti eorum codices. Ad Petrum Scharlakium quod attinet, etiam a. 1601 literarum fuisse commercium inter Merulam et quendam, cui illud nomen esset, ipsi Merulae cognatum, novimus ³⁾).

Eiusmodi aliquid etiam de Calpurnii Pisonis codice statui potest. Nusquam illum fuisse unquam aiunt; Kanius vero, in Bibliotheca Parisina Lucani codicibus duobus, qui a St. Victore translati ibi servantur etiam, diligenter excussis Pisonis in illis vestigium nullum invenit, neque ante eum Hamelius. At exeunte proximo saeculo Santenius sic loquitur: „Calpurnius *nunc* ex Lucani codice *avulsus et sublatus est* ⁴⁾), quae verba egregie concinunt cum St. Victoris monachorum testimonio, quod, in Merulae epistula commemoratum, *nunc demum* nobis innotuit: „Lucanum plane lacerum esse, in calce e. q. s.” Nunc demum intelligimus qui Barthius a. 1648 ad Daumium scribere potuerit: „puto pridem totum periisse, non enim Parisiis mihi ostendi potuit” ⁵⁾).

En quam facile, Merulae ad Rittershusium epistola cognita,

1) In illarum numero est epistola ad Claudium Episcopium Aurelianensem chirurgum data 10 Ian. 1602 (in mss. Cleresiae Episcopalis), ubi una cum aliis viris nominatur quibus circa a. 1580 Merula Aurelianus utebatur.

2) Cf. Lawicki p. 6; Kan p. 114, „Bijdragen” 4^{de} R. I. Minime tamen *de omnibus* statui illud potest; certe non de Vulcanio, Daniele aliis, a quibus et ipsis sibi codices commodatos Merula narrat.

3) Frederiks in Bibl. Advers. II p. 131 sq. in catalogo autographorum, quae sunt in villa cui nomen Den Bramel.

4) Kan progr. Erasm. Gymn. p. 4.

5) Ibid. p. 5.

Kanii suspicio removeri possit. An mentitum ista Merulam censeamus ut se Rittershusii Gifianique investigationibus subtraheret? At quanto, illud si vellet, facilius fuerat statim in Ennii sui praefatione eiusmodi proferre mendacium? Refutari enim non poterat nisi per St. Victoris monachos.

Quid vero si in St. Victoris Bibliotheca qui olim fuerunt Lucani codices, non omnes nunc in Bibliotheca publica Parisina adsunt, vel si eorum qui adsunt, quos excussit Kanius, unus nunc aliqua parte caret quae olim praesto erat? Ita res si se habeat, tota illa Kanii investigatio, qua tantam Merulae famae labem allatam ille censet, ad rem non pertineat et de hoc quoque Kanii argumento actum sit.

Revera autem ita res se habet.

Adest enim in Bibliotheca publica Parisina catalogus librorum codicumque, qui a. 1514 in monasterio St. Victoris aderant, auctusque is est annotationibus Picardi (a. 1604) et Bouetii bibliothecariorum de (ipsorum utar verbis) „absence ou présence de certains manuscrits, qu'on n'avait pas retrouvés lors des récollements de la bibliothèque" ¹⁾. Hic catalogus (licet in illius aetatis catalogo *accurate* descriptos codices nemo exspectaverit) hic, aio, consulendus erat utrum hi tantum duo, de quibus nunc agimus, Lucani codices apud St. Victorem adfuissent an plures.

Adfuit autem tertius quidam qui his verbis describitur: „K.K.K. 12 Lucani poete de bellis Iulii Caesaris et Pompeii libri decem". Deinde in *eodem* volumine, quod codicem ms. lat. n^o 15146, quem Kanius affert, continet leguntur: multae *ad Lucanum glossae* et *poeticus liber* quidam ignotus, quae omnia in codice ²⁾ his commemorantur verbis: „K.K.K. 26 Liber quorundam poetarum, scilicet Ysopus metricatus. 1 *Pars eiusdem libri poetici metricati* 9 *Glosule male littere et dilacerate super partem Lucani* et Ovidii *de arte amandi et de quibusdam aliis* 31 *Lucanus poeta metricatus, cuius sunt libri partiales*

1) Biblioph. Iacob, Catal. de S. Victor p. 8. Catalogus, id quod Gideon Huetius Parisiis ad me scripsit, nunc numero: ms. lat. 14767 insignitus est; catalogi index habet numerum: ms. lat. 14768.

2) fol. 223^{ro}.

decem etc." Ad *hanc* manuscripti *partem* in margine annotatur: „ista desunt" (nempe a. 1604 vel paulo post).

Videmus ergo primum quo tempore se in St. Victoris bibliotheca codices inspexisse Merula narrat (i. e. a. 1585) ¹⁾ revera ibi *tres* fuisse codices, quorum unus *glossas* ad Lucanum *aliosque poetas*, praetereaque *alium quemdam ignotum librum poeticum* continebat. Deinde *ipsam illam* illius codicis partem circa annum 1604 iam periisse; quod concinit cum iis quae ad Rittershusium scribit Merula. Haec quoque verba: „glosulae — super partem Lucani" idem declarant atque id quod Merula scribit de „*ad marginem adiectis notis, rei non magnae*", ad „*Lucani aliquot libros*" ²⁾.

Lubenter autem concedo in catalogo nostro nullam *L. Calpurnii Pisonis de continentia veterum poetarum* mentionem fieri, sed simul moneo minime accurate in eo codices describi. Et quidni istam „partem cuiusdam libri poetici (non „poetae") *metrificati*" nostrum Pisonem esse statuamus, qui tam multa e vetustis poetis affert? Postremo num forte *tertius* ille codex Lucani is fuit de quo Merula agit, atque huius quoque pars quaedam interiit? Utut est, quae reperta sunt hactenus nos admonent ne temere mendacii Merulam accusemus. Etenim ut fide dignus nobis ille videatur suadent.

Verum idem ille Barthii ad Daumium locus praeterea rem magni continet momenti, quae tamen Kanium fugit. Legimus enim „Piso neque ipse magnae rei opus fuit ut ex Delrii scriptis te nosse puto". Ex his enim verbis primum apparet Barthium, licet illum codicem Parisiis non inveniret tamen nunquam falsi suspectum habuisse Merulam. Deinde etiam Delrium Iesuitam, virum illum in Ennio aliisque vetustis poetis Latinis versatissimum, licet parvi Pisonem faceret, tamen numquam dubitasse quin aliquando adfuisset poeta ille ³⁾.

1) Fuit ibi Merula paulo ante iter in Angliam, ergo a. 1585 vel 1586. (Cf. Kirchmann, Oratio in funere Pauli Merulae, L. B. 1672, p. 28 sqq.).

2) Ad Ennium, p. 16. Vide autem in Ep. ad Rittershusium, hic p. 6.

3) Frustra illam Delrii sententiam quaesivi et in eius Syntagmate (cuius duae sunt editiones plane inter se similes, altera anni 1593, altera anni 1620), et in epistolis (Burmanni Sylloge) et in ceteris libris. An forte fallitur Barthius et Delrium scripsit pro Merula? Huius enim verba sunt „notae rei non magnae". V. supra.

Postremo observare lectores meos velim, quam verecunde in epistolis ¹⁾ Merula semper de Ennio suo scribat; *πάρεργον* hoc illi est, delectatioque, qua a severis studiis historicis iuridicisque requiescat, quae uno hoc nomine alicuius esse pretii videatur quod suis sibi Ennii tragoediis dispersa quaedam assignet fragmenta. Quin etiam „nugas” et „quisquillas” vocat. Quae verba minime *vanum* produnt falsarium. Et tamen, Kanio auctore, vanitate praesertim motus falsarius factus est Merula.

Denique quae disputata sunt sufficere mihi videntur ad demonstrandum tandem aliquando Merulae adversariis non iam ut antea coniecturas tantummodo esse proferendas (quamquam acutissime eos hactenus coniecisse haud invitus fateor) sed certa maleficii indicia. Haec donec erunt allata, nullam in eo culpam fuisse nostro iure statuere nobis videmur. Adversariorum iam est reum fecisse probare. Epistolae nondum quidquam nos docuerunt eiusmodi ut sublestae eum fidei fuisse cum aliqua veri specie pronuntiemus. Immo vero probum sincerumque hominem ex iis cognoscimus. Nam multo antea iam Lucianus Müllerus, qui Ennii fragmenta a Merula ficta censebat, loco a Kanio citato miram sibi istam rem videri et vix credibilem, a cetera Merulae vita plane abhorrentem testatus est ²⁾.

1) Et alibi et ep. ad Oldenbarneveltium (Ms. Maatsch. v. Letterk. Lugd. n° 100, data 3 Mart. 1595): „famam inde non spero; si sequitur fugientem etiam, ferendum erit”. In ep. ad Melissum data 30 Iunii 1601 (Ms. Cleresiae Episc.) iocatur Merula de aequalium diligentia in „consectandis literarum verborumque apicibus (nam circa id studium ars critica plurimum versatur)”.

2) Q. Enni Carm. reliq. Petersb. 1885, p. ix Adversariorum, Kan in „Bijdragen” I, p. 110.

AEDILEM GERO = AEDILITATEM GERO.

Apul. Met. I, 24: *'annonam curamus' ait 'et aedilem gerimus et siquid obsonare cupis' 'Aedilem gerere' proprie est 'se ferre aedilem' vel 'se gerere pro aedile.'* Hoc loco tamen contra usum dicitur *'aedilem gero'* pro *'aedilitatem gero'* (cf. Plaut. Stich. 353). Iustinus 32, 3, 1: *Perseus nec heredem regni, sed regem gerebat.* Val. Maximus 9, 1, 9 *eodem animo civem gerens quo patrem egerat.* Est Pythias aedilis, quod et testantur verba sequentia (c. 15 in.): *pro aedilitatis imperio.* J. W. B.

AD AESCHYLI AGAM. V. 25 SQQ.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.



25 *ιοῦ ιοῦ.*

Ἄγαμέμνωνος γυναικὶ σημανῶ τωρῶς
εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος δόμοις
ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῆδε λαμπάδι
ἐπορβιάζειν, εἴπερ Ἴλίου πόλις

30 *ἔάλωκεν, ὡς ὁ Φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει·
αὐτὸς τ' ἔγωγε Φροῖμιον χορεύσομαι·
τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι
τρὶς ἕξ βαλούσης τῆςδέ μοι Φρυκτωρίας.*

Quem non torsit in nobilissimo loco, ubi cetera omnia ad intelligendum tam certa atque illustria sunt, miser ille versus tricesimus secundus? quem alii olim aliter, nonnulli autem sat ridicule vertebant: *nam dominorum res lapsas restitutas dabo.* Hodie, ut videtur, de corruptela ac sede vitii maxima concordia convenit inter omnes; verum longe abest ut et de remedio. Ecce animi causa ordine alphabetico varia dd. vv. inventa pulcherrima pessima:

(*πεσόντ'*) *ἀθήσομαι, αἰσθήσομαι, ἐπῆσθόμην, ἐπίσταμαι, ἐπόσομαι, ἔφθην ἐμοί(!), <εὖ> θήσομαι, ἡσθήσομαι, δνήσομαι, (πεσόντα) θύσομαι, Φήσομαι(!).*

Nec mirum si unus et alter etiam de toto versu expungendo aut transponendo cogitavit.

Quamquam reiectis coniecturis levioribus omni probabilitate carentibus — ne Graeca quidem sunt *ἔφθην ἐμοί* et *Φήσομαι* — paulo diligentius consideranda tria tantum restant:

I. τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θύσομαι coniecit Lowinski

interpretatus: *dominorum enim res bene gestas laete pieque celebraturus sum*. Correctio sane quam lenis quaeque primo aspectu habet quod placere possit. Quid enim vetat, dicat aliquis, hanc Aeschyli manum esse, cum γενέθλια, ἐπινίκια, σωτήρια, εὐαγγέλια θύειν sim. occurrant ubique locorum? Verum enimvero re bene perpensa nemo non sentiet magnificum illud diis immortalibus sacra faciendi verbum ne translatum quidem ullo pacto ferri posse in ore servili. Est aliquid inter regem vel principem in rep. virum vel cuiusvis condicionis liberum hominem unum e multis et custodem servum hero quantumvis fidelem!

II. Contra verendum est ne nimis humiliter, nimis dulciter, ut est apud Plautum, loquatur bonus famulus, si cum Kaibelio reponamus: τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντ' ὀνήσομαι. Nonne perfectam οἰκέτου πιστοτάτου imaginem exprimere voluit poeta de domini successu unice solliciti, illius victoriae gaudio exultantis? a cuius certe persona alienissimum sit prosperum belli eventum continuo ad solum lucrum privataque commoda referre.

III. Complurium hominum assensum quondam tulit Simon Karstenius in editione sua corrigens: τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντ' ἀθρήσομαι. Quae scriptura hanc profecto habet commendationem haud vulgarem quod proxime ad codicis literarum ductus accedit et passim a librariis permiscetur tam θρ et θ quam τρ et τ. Veluti hoc ipso loco (vs. 29) ἐπορθιάζειν exhibet cod. Med., ἐπορθιάζειν recte apographa et editiones¹⁾. Est tamen quod attento lectori scrupulum maximamque dubitationem iniiciat nosque impediatur quominus inventum Karstenianum cum plausu recipiamus in ordinem. Ut omitteremus inusitatam istam futuri medii formam ἀθρήσομαι — exigua enim mutatio est cum Nabero (Mnem. N. S. IX p. 84) rescribere ἀθρήσομεν, siquidem futuri activi unum extat exemplum apud Naumachium (cf. Elmsl. ad Eur. Med. vs. 519) — at multo gravius est quod pro certo affirmare non dubito: loci nostri contextum videndi,

1) Errore plane contrario peccavit librarius SOPH. *Electr.* vs. 683. Orestes, qui ludorum causa Delphos se contulerat:

ὅτ' ἦσθετ' ἀνδρὸς ἀθρίων κηρυγμάτων

δρόμον προκηρύξαντος οὗ πρώτη κρίσις κτέ.

quo loco male factum quod palmaris P. FABERII emendatio ἀθρίων fugit novissimorum editorum diligentiam.

audiendi, cognoscendi sim. verborum *futurum* tempus omnino non admittere.

„Laetus dies nobis illuxit. Nunc est cantandum, nunc saltandum; ipse ego chorum ducere, saltationis exordium facere gestio. Nam regis nostri res felicissime evenisse VIDEBO.” Quis, quaeso, qui recte cogitat cogitataque recte enuntiat, sic loquitur? Intellexeres, credo, ὄρω, ἀθρῶ, ἤκουσα vel eiusmodi quid; minime vero ἀθρήσω, ἔψομαι, ἀκούσομαι. Quis enim in talibus non summa constantia utitur aut *praesenti* aut *perfecto*? Quapropter fatendum erit ne Karstenium quidem rem acu tetigisse aliamque praestabit inire rationem.

Equidem non reperio quod simul et orationis contextui quam maxime consentaneum sit et proxime absit a codicis scriptura nisi:

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόνθ' <ὄς> ἤδομαι!

dominorum enim res tam bene cecidisse quantopere gaudeo!

Pone in libro archetypo, parva duarum literarum vocula ὄς casu omissa aut deleta, exaratum fuisse in hunc fere modum:

ταδεσποτωνγαρευπεσονθηδομαι.

dein correctorem τῶν Φαυλοτέρων τινά, ut laboranti metro succurreret, alteris duabus literulis alieno loco infertis (εὖ πεσόν<ΤΑ>), pro θηδομαι, quod nihil quidquam esse videretur, mutato δ in σ, fidenter dedisse θήσομαι.

Ad structuram, quam σχῆμα Ὠρωπικὸν vocabant veteres, cf. Soph. Phil. vs. 1314:

ἦσθην πατέρα τὸν ἄμὸν εὐλογοῦντά σε
αὐτόν τέ με.

et Eurip. Hippol. vs. 1340:

τοὺς γὰρ εὖσεβεῖς θεοὶ || θνήσκοντας οὐ χαιρουσιν.

Ceterum tu, mi lector, si quid novisti rectius istis, candidus imperti.

Scripti Bruxellis mense Maio.

APULEI FLORIDORUM FRAGMENTUM XVIUM.

SCRIPSIT

J. VAN DER VLIET.



Quod fragmentum Floridorum Apuleianorum insignitur numero decimo sexto per se fere est perfectum et absolutum. Est autem gratiarum actio in ¹⁾ conuentu quodam nobilissimorum Carthaginensium habita propter statuam Apuleio decretam: (Krüger. p. 20. 1) *Priusquam uobis occipiam, principes Africae uiri, gratias agere ob statuam, quam mihi praesenti ²⁾ honeste postulastis et absenti benigne decreuistis.* Quod illam statuam principes ciues Carthaginenses postulauerant praesenti — quod suspicor, post orationem facunde pronuntiatam — eius rei memores fuerant in statua decernenda magistratus principesque decurionum (p. 25. 1) *ceterum meminerant optimi magistratus et beniuolentissimi principes mandatum sibi a uobis quod uolebant: scilicet, ciues magistratibus et decurionum primoribus negotium dederant Apuleium statuae honore ornare, quod et ipsi quibus erat mandatum sane uolebant. Erat enim: gratus populo, placebat ordini; probabatur magistratibus et principibus* (25. 7).

Aliquamdiu antequam hunc in modum gratum animum testificaretur Apuleius, quaedam eius recitatio — fortasse sicut Philemon (21. 8) in theatro uerba facere solebat ³⁾ — imbr

1) Conuentus ille complectebatur senatores, ciues clarissimos, necessarios oratoris cf. 25. 13 *quin etiam tibi, nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox — gratias agam.*

2) Cum *honeste — benigne* cf. 24. 6 *in curia Carthaginensium non minus splendidissima quam benignissima.*

3) cf. Apol. c. 73. p. 83. 5 (Kr.): *omnes qui aderant ingenti celebritate basilicam,*

fuerat impedita et in posteriorem diem dilata. Eodem uero die orator in palaestra uehementer talum inuertit et dum ingenti plaga membrum luxatum *reconciliat*, i. e. in locum suum restituit, diutule¹⁾ uento fortasse frigidiusculo expositus, cum iam excercitationibus adfatim sudoro corpore fuisset, *obriguit* i. e. frigus collegit, unde acerbus intestinorum dolor coortus est, qui paene eum exanimauit. Sedato dolore ad aquas Persianas profectus est, ubi et bonam ualetudinem et gressum recuperaret. Vixdum sanatus, nam pes ad innitendum nondum satis ualidus atque ex luxu adhuc *fluxus*, i. e. imbecillus erat, Carthaginem rediit, redditum quod pepigerat, ut scilicet recitationem dilatam resumeret, quam simul arripit occasionem auditoribus gratias agendi. Gratiarum actioni intermiscet historiunculam de morte Philemonis, mediae poetae comoediae, qui et ipse, fabulam cum recitaret, imbre repente coorto deprehensus, reliquam recitationem in posterum reiecisset. Cum uero Athenienses audiendi cupidi in theatrum conuenissent, Philemon frustra diu expectatus, postremo requisitus, mortuus in lectulo inuentus est. *Vitae fabulam consummauerat, rebus humanis ualere et plaudere dixerat.* Haec autem narratio tertiam fere fragmenti obtinet partem.

Multis uerbis Apuleius honorem quo erat affectus, extollit, primum quia nullas ipse pro eo preces allegasset, quamquam magnitudo Carthaginis etiam a philosopho precem pro honore mereretur. Duplam igitur ciuibus debet gratiam, quod ornamentum sibi oblatum prorsus fuisset gratuitum. Neque tantum Carthagini statua in honorem Apulei surrectura erat, etiam alibi gentium et ciuitatum statuarum nec non alii honores illi fuerant decreti. Immo ne Carthago quidem una sola statua futura erat contenta, quippe Aemilianus Strabo, uir consularis, breui uotis omnium futurus proconsul, nudius tertius ante diem, quo uerba faciebat Apuleius, libello ad ordinem decurionum misso, locum celebrem statuae postulauerat, quam ipse suo sumptu Carthagini philosopho positurus esset. Quin etiam Aemilianus in curia sen-

qui locus auditorii erat, complentes cet. Suspicio originis fuisse: *qui locus <ad instar> auditorii erat.*

1) 22.7 *iamiam sudoro adfatim corpore diutule obrigui.* Aoristus cum aduerbio *diutule* compositus lacunae suspicionem mouet.

tontiam de honoribus Apulei dixerat, quam auctoritatem omnes secuti essent, libenter locum statuae decernentes. Alteram uero collocandam magistratus et principes (25. 2) rettulerant, deliberandam in proximam curiam distulerant, ut factum consularis sui non uiderentur aemulati sed secuti atque ut dies integer honori, quem ciuitas Apuleio esset habitura, reseruaretur. Alter uero ille dies, *altera illa curia*, quo tempore uerba faciebat noster, iam praeteriisse uidetur. Agit enim gratias non propter locum statuae, sed propter statuam sibi absenti decretam et imprimis ordini se beneficii memoria obligari profitetur, qui se in curia honestissimis adclamationibus decorasset. Nihil igitur superest illi ad statuae honorem, nisi aeris pretium et artificis ministerium, quae sibi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuerint, nedum desint Carthagini, in urbe locupletissima, ubi splendidissimus ordo etiam de maioribus rebus iudicare potius soleat, quam computare. Ubi uero de aeris pretio et de artifice decretum factum erit nec non statua erit perfecta, in dedicatione monumenti fusius oratione scripta ad gratiarum actionem est rediturus: *mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto plenius gratias agam atque* (horum uerborum lectio incerta) *libro mandabo*. Eodem pertinent (25. 12): *sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius*, quae falso in corruptelae suspicionem uenerunt.

Est operae pretium animaduertere, ubi Apuleius gratias agendas memoret, illum subinde libri conscripti inicere mentionem. Praeter uerba modo citata (25. 14): *mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto*, eiusdem memor est (23. 3): *sed nunc in praesentiarum libro iusto* (ita Rohdus, *isto* cdd.) *ad hunc honorem* (i. e. ad statuam decretam) *michi conscripto, ita uti soleo, publice protestabor*. Denique (25. 6) mentio fit *libri, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat*. Honor ille non, quod nonnulli interpretes crediderunt, est ordo, locus summus, quem in ciuitate obtinebat Aemilianus, sed est eximius ille honor, quem statuam pollicitando Strabo Apuleio habuerat. Quae autem uerba cum locis modo adlatis cohaerent, summas interpreti exhibent molestias: in editione autem Kruegeriana hoc modo sunt constituta (23. 1): *duplam igitur uobis gratiam debeo, immo enimuero multiingam, quam ubique equidem et semper*

praedicabo. sed nunc inpraesentiarum libro ad hunc honorem mihi conscripto, ita uti soleo, publice protestabor: certa est enim ratio, qua deceat philosopho ob decretum sibi publice statuam gratias agere, a qua paululum demutabit [liber], quam Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat: quem librum sperabo me commode posse conscribere, sULtis cum hodie nobis comprobari. Ex universa hac oratiuncula apparet, Apuleium solitum esse orationes, quas Carthagini haberet, conscriptas edere et peregre quoque mittere cf. 25. 14 mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto plenius gratias agam atque libro mundabo, uti per omnes prouincias eat totoque abhinc orbe totoque abhinc tempore laudes benefacti tui ubique gentium semper annorum repraesentet. Duos autem in hac occasione conscripsit libros, alterum, quo Carthaginensibus, alterum, quo Aemiliano Straboni gratias ageret. Libri illi mihi quidem uidentur nondum fuisse conscripti quo tempore uerba faciebat orator. Nostra igitur oratiuncula, quam et ipsam litteris esse commissam apparet, tertium librum efficiet. Lego autem cum Rhodio iusto pro isto. Etiam si uero quis uulgatam isto retinuerit, dicet orator librum iam conscriptum manu tenens (isto = hoc), se mox ea, quam teneret, oratione publice sensuum suorum testimonium esse perhibiturum (protestabor). Datiuus mihi suspicionem mouet uocabulum aliquod excidisse, nam ad conscripto nullo additamento opus fuit, sicut nullum supplementum huic uerbo adtributum est 25. 14 mox ad dedicationem statuae meae libro etiam conscripto. Lego autem: sed nunc inpraesentiarum libro iusto ad hunc honorem mihi <decretum> conscripto, ita ut soleo, publice protestabor. In libris sequentia ita leguntur: certa est enim ratio, quae debeat philosopho ob decretum sibi publice statuam gratias agere. Haec sana esse nullo modo possunt, neque multum refert, utrum cum Kruegero legamus: qua deceat philosopho an cum Colvio: qua debeat philosophus. Sententia in ead. ita progreditur: a qua (sc. ratione) paululum demutauit libere quam Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat. Cum his conferenda quae leguntur p. 24. 7 Apologiae (c. 16): quamquam teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutet. Sollemni confusione b in u abiit, quod iam Stewechius, uir ceteroquin sagacissimus, uidit. Kruegerus credit pro libere, liber scriptum fuisse, illud uero uoca-

bulum tanquam spurium damnat scribendo: *ratio — qua deceat, a qua paululum demutabit [liber], quam Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat.* Ita orietur constructio hercle haud elegantissima per pronomen relatiuum ter repetitum, neque tamen uel coniunctione uel figura asyndeti conligatum. Praeterea sequentia exigunt necessario uocabuli ‚liber’ in praecedentibus mentionem: *quem librum sperabo me commode posse conscribere cet.* Habet autem Apuleius in deliciis constructionem ex lingua antiquiore et legali desumptam: *liber — qui liber.* Rediisse igitur satius erit ad uulgatam: *a qua paululum demutabit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat, quem librum cet.* Extrema pars loci, de quo agimus non minus praecedentibus difficultatibus laborat: *quam librum sperabo me commode posse conscribere scitis eum hodie uobis eum probare.* Haec libri, quae integra neutiquam esse queunt. Scripsit Kruegerus: *sultis eum hodie uobis comprobari,* quae quid sibi uelint, non intellego. Rohdus, ingeniosissimus Apulei interpret et emendator qui fuit: *quem librum spero alias me commode posse conscribere: satis eum hodie uobiscum probare.* Ne haec quidem mihi satisfaciunt: alibi mendum quaerendum esse uidetur. Nemo non uidet *scitis* esse corruptum neque dubium est, quin prior pars sententiae exigat in fine sensum condicionalem. His praemissis ex traditis elicio: *posse conscribere, <si> siritis eum hodie uobiscum PARARE.* Blanditur orator auditoribus: ad commode laudandum Strabonem ipse per se impar est, nisi adiuerint qui audiunt: *est enim (Strabo sc.) tantus in studiis, ut praenobilior sit proprio ingenio quam patricio consulatu.* Quae autem nunc uerba facit ad Strabonem extollendum sunt uelut praecursoria; praeparant illum ‚librum iustum’, quem mox editurus est. *Parare* uero, quod nonnumquam et *pare* scribitur, et *pbare* parum inter se differunt et saepius confunduntur.

In illis porro quae nostrum locum praegrediuntur, pauca quaedam ad meliorem statum reddigi posse uidentur.

P. 20. (Kr.) 7 suo iure Koziolius post uerba *de repentino* inseruit <me>; scripsit enim Apuleius *se differre* = *discedere* ad analogiam eius quod est *se conferre.*

ib. 9 optime Kruegerus uidit uerborum ordinem esse turbatum, sed ipse sententiam suam non ausus est exsequi. Edidit

enim: *quid igitur de repentino ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim, exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, quam inproviso pericula hominibus [subito] oboriantur, de Philemone comico.* Infeliciter Kr. scripsit *inproviso* pro *codicum lectione inprovisa* et exclusit *subito* tamquam interpretationem aduerbii, quod ipse sententiae obruserat. Redeundum igitur ad id quod praebent FΦ: *quam inprovisa pericula hominibus subito oboriantur.* Verba tamen eius rei indicant aliquid in superioribus fuisse, ad quod ea referri possent. Neque procul quaerenda, quae requiruntur. Sententia suam recuperabit integritatem, ubi scripserimus: *quid igitur de repentino <me> ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim, quam inprovisa pericula hominibus subito oboriantur, exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo de Philemone comico.*

Sine iusta causa Kr. lectionem et libris et ab editoribus traditam mutauit p. 20. 14 scribendo: *namque eum* (sc. Menandrum Philemon) *etiam uicit saepe: numerum pudet dicere.* Optime se habet, quod codices exhibent: *namque eum etiam uicit saepe-numero: pudet dicere.* Haud sine pudore confitetur noster, qua homines, ne Atheniensibus quidem exceptis, sint stultitia, meliorem saepius a sequiore esse uictum.

ib. 15. *reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus competentes, sententias uitae congruentes* cet. Annotat. Kr. *adgnatos FΦ corruptum*, cui sententiae facile accedimus. Pro *adgnatos* cogitari potest de: *adgnationes* uel *adgnitiones*, sed proxime sequitur tradita et optime sensui satisfacit Colvi suspicio: *ac nodos. Argumenta et nodi* tam inter se sunt affinia, ut per *ac* copulentur, cum cetera sententiae membra per *asyndeton* iuncta sint.

Apud Philemonem solitae comoediae personae non deficient: *nec eo minus et leno periurus et amator feruidus et seruulus callidus et amica illudens et uxor inhibens et mater indulgens et patruus obiurgator et sodalis opitulator et miles proelior, sed et parasiti educes et parentes tenaces et meretrices procaces.* Haec nihil haberent, in quod offenderemus, nisi contra artificiosam suffixorum symmetriam committerent, quam, praesertim in Floridis, adfectat Apuleius. Quattuor enim triades suffixorum

inter se simillium copulauit: *edaces — tenaces — procaces; obiurgator — opitulator — proelior; illudens — inhibens — indulgens*; prima trias manca erit si cum cdd. scripserimus: *leno periurus et amator perfidus et seruulus callidus*. Pro *periurus* desideratur adiectivum in *idus*, quod habebimus scribendo cum A. Arlt (quem citat Teuffelius H. L. R¹ p. 23): *perfidus*. *Periurus* irrepsisse potest ex Plaut. Capt. Prol. 57: *hic neque periurus lenost nec meretrix mala Neque miles gloriosus*. Confitendum est *periurus* esse sollemne lenonum conuicium cf. Cic. pro Rosc. comoed. § 20 *nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit, agit Chaeream*. Pseud. 352 *quid ais? quantum terram tetigit hominum periurissime*. ib. 355. *Periurauisti, sceleste*. B. *at argentum condidi*. Id uero ipse Ballio agnoscit, qui cum illi Pseudolus (us. 354) per *periure'* maledicit, respondet: *uetera uaticinamini*. Eodem pertinent us. 1080 sqq. Simo. *Quid ait? quid narrat? quaeo quid dicit tibi?*

Ballio. *Nugas theatri, uerba quae in comoediis*

Solent lenoni dici, quae pueri sciunt;

Malum et scelestum et periurum aibat esse me.

Locus Plautinus ex Captiuis modo laudatus non opus est ut nos adducat, ut cum Traube (Mus. Rhen. 39. 4) pro *miles proelior*, scribamus *m. gloriator*. Nam *proelior* significat: pugnandi audus uel qui se pugnandi audum esse fingit: *vechtersbaas, Klopffechter*. Recte autem Bosscha: *proelior*, quia semper proelia iactat et uulnera enumerat, uel etiam proeliari semper studet, qualis apud Terentium Thraso'.

p. 21. 7. Describitur frequentia hominum qui Philemonem audire cupientes, in theatrum conuenerant: *ingens hominum frequentia conuenere; sese quisque exaduersum quam proxime collocat: serus adueniens amicis* (ita Wowerus, cdd. *amicus*) *adnuit, locum sessui impertiunt*. Rectissime Rhodius coniecit: *impertiant*. *Extimus quisque excuneati queruntur: farto toto teatro ingens stipatio: occipiunt inter se queri: qui non adfuerant percontari ante dicta, qui adfuerant recordari audita*. Admirationem mouet uerbum *queri*, praesertim cum modo praecessisset *queruntur*; neque habent homines adhuc querelae causam, nisi forte de stipatione theatri queruntur. Auditores uero qui nihil habeant, quod agant dulciter inter se fabulari incipiunt. Quid legendum

pro certo mihi non constat, sed requiritur huiusmodi uerbum: *loqui, colloqui, fabulari, confabulari, garrere vel nugari.*

p. 21. 20. Optime Rohdus pro *illi* scripsit *illis*, ut fiat: *hesternum illis imbrem lacrimas auspicasse.* Imber quo die hesternum recitatio Philemonis fuerat impedita, lacrimarum instantium fuerat augurium. Non uero ipse mortuus lacrimas fundere potuerat; ut qui subito esset extinctus, sed amicis et admiratoribus lacrimas reliquerat.

Orator postquam subitam Philemonis extinctionem narrauit ita loqui pergit: *haec ego ita facta, ut commemorauim, olim didiceram sed audies me meo periculo recordatus.* Hinc Kruegerus efficit: *sed audietis me meo periculo recordatum.* Primum locutio: *meo periculo* a tenore huius sententiae aliena est. *Meo periculo* dicitur, quando quis significat se bonam malamue fortunam, qua ex aliqua re oritura sit, ipsum esse incursum. Hic autem potius requireretur *cum meo periculo.* Mihi uero cum Piccartio *audies* ex *ante dies* natum uidetur. *Ante* enim per abbreviationem scribitur *añ.* Excidit uero siue numerus siue pronomen *hos*, quod etiam Piccartius addidit. Reliqua in hunc modum constituo: *sed ante dies sum e meo periculo recordatus.*

p. 22. 22. Acceptum honorem magni aestimat Apuleius ideo, quia sine suis precibus statua sit ornatus: *neque enim* inquit *aut leui mercede emit qui precatur, aut paruum pretium accipit qui rogatur.* — *id ego arbitror praecipue in honore obseruandum, quem qui laboriose exorauerit, sibi debet unam gratiam, quod impetrarit: qui uero sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam praebentibus debet, et quod non petierit et quod acceperit.* Verba (honorem) *qui laboriose exorauerit, sibi debet unam gratiam* aut nihil significant aut hoc: talem hominem duas, ut ita dicam, gratias debere, alteram illi a quo acceperit, alteram sibi, quod sane absurdus est. In codicibus uero non est *unam*, sed tantum *nam*, reliquiae, quod mihi uidetur, uocabuli *diuiduam*, quam antiquitatis quodam colore adpersam formam Apuleius et alibi adfectat: qui igitur honorem laboriose exorauerit sibi debet dimidiam gratiam, quod impetrarit.

(Continuabuntur).

AD ANTHOLOGIAE GRAECAE LIBRUM VII.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



Anthologia Graeca. Epigrammatum Palatinae cum Planudea edidit Hugo Stadtmueller vol. II pars prior. Palatinae librum VII Planudeae l. III continens. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri. MCCCXCIX.

Post egregias Stadtmülleri curas, qui plurimas plurimorum coniecturas diligentissime a se collectas permultis suis auxit, nihilominus in corruptissimis carminibus hodieque multa superesse vitia aut nondum animadversa aut nondum probabiliter correctae nemo mirabitur.

Intenta igitur mente huius voluminis epigrammatis perlectis et exploratis, hos qualescumque mearum lucubrationum fructus lectorum iudicio subicere lubet.

Ep. 2, 5 καὶ τὸν Ἀχιλλεῖος Φαρσαλίος Ἔκτορα πάλοισ
ὄστ' ἔα Δαρδανικῷ δρυπτόμενον πεδίῳ.

Propriam verbi δρύπτειν vim spectanti apparebit melius Antipatrum Sidonium scripturum fuisse σάρκας. Procul tamen abest, ut traditam lectionem poetae eripiam.

Ep. 10, 3. De Bistonidibus Orpheum lugentibus scribit Damagetus ex nova recensione:

στικτοὺς δ' ἠμάξαντο βραχίονας ἄμφι μελαίνῃ
δευόμεναι σποδιῇ Θρηίκιον πλόκαμον.

Adnotat editor „ἀμφιμελαίνῃ A (i. e. m. pr. cod. P.), ἀμφι μελαίνῃ

C(orr.) Pl(an.), ἀμφιμελαίνῃ Heck. 6 βαινόμεναι et χευάμεναι Heck.; σειόμεναι (cf. V 272, 2)." Quam vera sit Heckeri correctio, nunc ipso codice stabilitam, apparet conferenti geminum Theodoridae epigramma 738, 3 κόνιν δέ σου ἀμφιμέλαιναν | δέξαντ' κτέ., ubi noli fidem habere Harbertono pessime scribenti σοῦ ἀντὶ μέλαινας, ut vel ex ipso sequenti Phaedimi epigrammate 739, 3 sq. patet. — Etiam δευόμεναι multo probabilius ab Heckerio correctum est quam ab editore. Non enim loco quem affert V 272, 2 (ἡ πλοκαμιῖδας σειομένη πλεκτάς) de lugentibus agitur, sed de superba quadam muliere.

Ep. 17

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον ἰῶν, ξένη, μή με θανοῦσαν
τὰν Μιτυληναίαν ἔνεπ' αἰδοπόλον.
τόνδε γὰρ ἀνθρώπων ἔκαμον χέρες· ἔργα δὲ φωτῶν
εἰς ταχινήν ἔρρει τοιάδε ληθεδῶνα.
5 ἦν δέ με Μουσάων ἐτάσῃς χάριν, ὣν ἀφ' ἐκάστης
δαίμονος ἄνθος ἐμῆ θῆκα παρ' ἐννεάδι
γνώσσαι, ὡς Ἀἴδεω σκότον ἐκφυγον.

Prava inest loco ita scripto oppositio. Manifesto enim poeta dicere voluit brevem monumenti cito perituri memoriam prae-tereunti viatori suggerere Sapphus mortem, contra carmina eius numquam interitura poëtriae immortalitatem. Quocirca requiro:

Αἰολικὸν παρὰ τύμβον ἰῶν, ξένη, τόνδε, θανοῦσαν
τὰν Μιτυληναίαν ἔνεπ' αἰδοπόλον,

nec probare possum editoris coniecturam μή μ' ὑποδῦσαν sive μή με χαδεῖν γᾶν. In vs. 5 fieri potest, ut melius scribamus ἦν δέ γε Μουσάων ἐτάσῃς χάριν, sin vero Musarum gratiam exploraveris, sed nihil affirmo. In δαίμονος parum eleganter adiecto fortasse non iniuria haesit Harberton, sed eius coniectura: λείμα-νος τῆμῃ parum probabilis videtur, quia ἄνθος abesse nequit.

Possis tamen: ὦν ἀφ' ἐκάστης
λείμακος ἄνθος (ἄνθε'?) ἐμῆ θῆκα παρ' ἐννεάδι.

Ep. 19, 3 de Alcmane Leonidas:

τύμβος ἔχει Σπάρτας μεγάλην χάριν, εἴθ' ὃ γε Λυδὸς
ἄχθος ἀπορρίψας οἴχεται εἰς Ἀἶδαν.

Λυδδς est Planudea lectio pro Palatino λοῖσθος, quod corr. in λύσθος. Verba ab aliis aliter tentata, nuperrime ab editore, qui εὔθ' pro εἶθ' et Ἀῖδα proponens, ἰσοψηφίαν (de qua nihil traditur) ut restitueret (non tamen absolutam), non reputavit nihil esse cur poeta Alcmanem, summo honore Spartaee qui floruit, ob mortem felicem praedicaret. Incerta loci correctio; coniecturis addo: ἔνθ' ὃ γ' ἔλυσθεις (porrectus), coll. Apoll. Rhod. I 254, 1034.

Ep. 38.

Θεῖος Ἀριστοφάνευς ὑπ' ἐμοὶ νέκυς· εἶ τινα πεύθη,
κωμικὸν (l. -κός cum Kaibelio), ἀρχαίης μνᾶμα χοροστασίης.

Probabilis est Stadtmülleri coniectura τέρμα, nec praefendum σχῆμα (ornamentum), quod mihi in mentem venerat.

Ep. 45, 3. De Euripide dicitur:

πλεῖστα δὲ Μοῦσαις
τέρψας ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

ἐκ πολλῶν, quod a plerisque sollicitatur, tueri videtur ep. 60, 3:
εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον.

Arte ut singula singulis respondeant, expectes:

πλεῖστα δὲ <πολλοὺς>
τέρψας ἐκ πολλῶν πλεῖστον ἔπαινον ἔχει.

Ep. 47.

Ἄπασ' Ἀχαιῖς μνῆμα σόν γ', Εὐριπίδῃ·
οὐκ οὖν ἄφωτος, ἀλλὰ καὶ λαλητέος.

Ex coniecturis collectis et auctis ab editore nulla cum mihi satisfaciatur, locum conclamatum sic tentare lubet:

Ἄπασ' Ἀχαιῖς μνῆμα σόν γ', Εὐριπίδῃ,
οὐ λίθος ἄφωτος, ἀέναον (s. ἄφθιτον) λαλεῖ κλέος.

in qua correctione λαλεῖ κλέος debetur Stadtmuelleri. Huiusmodi saltem requiro sententiam. „Immortalem tuam gloriam proclamatur omnis Achaia monumentum, non mutus lapis (sepulcri).”

Ep. 87

Σῶμα μὲν ἦρε (ἦθε Polak) Σόλωνος ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ,
ὅστ' (ὅσ' Cob.) ἔχει Σάλαμις, ὧν κόνις ἀστάχυες.

Suspīcor ἀνσταχύει, *producit fruges*, coll. Apoll. Rhod. IV 271
 ἄλις προχοῆσι δ' ἀνασταχύουσιν ἄρουραι. Plura verbi exempla
 dabit Stephani thesaurus s. v.

Ep. 98, 2. Φεύγειν κατέγων τοῦ Φίλου χάριν Κύρου,
 sc. πολῖται. Correctionem κατέγων propositam ab editore mihi
 vindico.

Ep. 105. Καὶ σέο, Λακύδη, Φάτιν ἔκλυον, ὡς ἄρα καὶ σὺ
 Βάκχου ἔλῶν αἴθην ποσσὶν ἔσυρες ἄκροις.
 Evidentem Cobeti emendationem σὲ — Βάκχου — ἔσυρεν merito
 probavit Duebner, contra ferri nequit editoris coniectura ἔκυρσας,
 qua admissa non amplius recte intelligi possunt verba ποσσὶν
 ἄκροις.

Ep. 106, 3. De Epicuri morte Diogenes Laertius:
 θερμὴν ἐς πύελον γὰρ ἐσήλυθε καὶ τὸν ἄκρητον
 ἔσπασεν, εἴτ' αἴθην ψυχρὸν ἐπεσπάσατο.
 Male abundare articulum sensit Stadtmüller, proponens θερμὴν
 ἐς πύελον γὰρ ἐληλούθει τὸν ἄ., sed nescio an potius sedes vitii
 sit KAITON, sive latet κῶνον, sive κᾶνδον, sive καὶ τότ'.

Ep. 113 'Ανεῖλεν ἀσπίς τὸν σοφὸν Δημήτριον
 ἰδὼν ἔχουσα πολὺν
 ἄσμηκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων
 ἀλλ' αἴθην μέλανα.
 Placet editoris coniectura ἐμοῦσα, sed praeterea dubito de
 sanitate vocis ἄσμηκτον, parum aptum veneni epitheton, quod
 in corpus penetrans detergeri non posse ultro liquet. Quia
 autem aspidem optime θηρίον ἄμικτον, i. e. ἄγριον, vocaveris,
 nescio fere an Diogenes dederit:

ἰδὼν ἐμοῦσα πολύν,
 ἄμικτος, οὐ στίλβουσα κτέ.

Ep. 116, 2 Ἐλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδᾶξ.
 Permire dictum pro ξ. μ. κύων ἄγριος ὀ. aut κυνὸς ἄγριος ὀδοῦς.
 Locus vix sanus, quem emendare nequeo.

Ep. 137.

Μή με τάφῳ σύγκρινε (σύ γε κρ. Iacobs) τὸν Ἑκτορα
 μηδ' ἐπὶ τύμβῳ
 μέτρει τὸν πάσης Ἑλλάδος ἀντίπαλον.

Neque *μετρεῖν τι ἐπὶ τινι* pro nudo Dativo Graecum videtur neque *ἐπιμετρεῖν* usquam poni pro verbo simplici, ita ut non magis de tmesi cogitari possit. Verum hodieque puto quod olim correxi, sed afferre neglexit editor:

μηδέ τι τύμβῳ

μέτρει κτέ.

Ep. 147, 7

εἰ δέ σε μὴ τεύχεσσιν Ἀχιλλέος ὤπλισεν Ἑλλάς.

Optime ita traditum est, et plane otiosae sunt Stadtmuelleri coniecturae ἡγλάισ' et ἐστόλισ'.

Ep. 157

τρεῖς ἐτέων δεκάδας, τριάδας δύο, μέτρον ἔθικαν
 ἡμετέρης βιοτῆς μάντιες αἰθέριοι.

Astrologi, quos ita vocat poeta, clarius significati fuissent vocabulo *ἀστέριοι*, quoniam *αἰθέριοι* etiam (et facilius) contra mentem auctoris de auguribus intellegi poterat.

Ep. 167

παῖδα δὲ δαίμων

ἔφθασεν οὐδ' αὐτῶν εἴκοσιν ἡελίων.

Rectius scriberetur οὐ τελέων, *intra viginti dies non integros*. Sed praefero leniorem editoris coniecturam οὐδ' ἀντῶντ'.

Ep. 176, 5

ἢ ῥα κακῶν θανάτων τις ἔφη λύσιν, ὅππῃτ' ἐμεῖο,
 εἴτῃνε, πόλει παθέων ὕστατον οὐδὲ τάφος;

Ita pro *τις ἔφη* dedit Stadtmueller adnotans „sciscitatur quis dixerit mortem malorum finem, scil. ut illum opposita sua sorte erroris conviuat.” Ita vero scribens neglexit hac lectione omnem vim adimi voculis ἢ ῥα, quae pronomini interrogativo suapte natura antecedere nequeunt. Melius obtemperasset Iacobsio optime corrigenti *τις ἐρεῖ*, quod recepit Duebner.

Ep. 180 Ἑλλάχθη θανάτοιο τὸς μόρος· ἀντὶ δὲ σεῖο
δέσποτα, δοῦλος ἐγὼ στρυγνὸν ἔπλησα τάφον.

Minime praeferenda mihi videtur proposita ab editore coniectura στεγνόν. Nihil enim ad rem esse arbitror quod (quam rem virum doctum movisse suspicor) mox servus dicit οὐ βαρὺς ἡμῖν ἐστ' Ἄϊδης, qui eri amore ductus ita loquitur. *Horrendum* enim sepulcrum dicit defuncti monumentum in quod fodiens delapsus est, habita domini, non sui ipsius, ratione. — Felicior et nescio an vera sit elegans eiusdem correctio ep. 185

Ἀυσονίη με Λίβυσσαν ἔχει κόνις, ἄγχι δὲ Ῥώμης
κεῖμαι παρθενικὴ τῆλε πάτρας ψαμάθων

pro τῆδε παρὰ ψαμάθω. Certe tradita lectio, si sana, misera est στοιβή, et arenae mentio non suburbium Romanum, sed Africam animo suggerit. Contulit ipse coniecturae auctor ep. 290, 2. IX 284, 4. 318, 2. App. Plan. 52, 8.

Ep. 195

Ἄκρις, ἐμῶν ἀπάτημα πόθων, παραμύθιον ὕπνου,
ἄκρις, ἀρουραίη Μοῦσα κτέ.

Legitur μύθων in cod. Pal., quod vitium fluxisse videtur e sequenti παραμύθιον, sed corrector adscripsit γρ. πόθων, et ita Planudes. Kaibel coniecit μόθων, cui coniecturae obstat, quod μόθος semper sensu proprio, numquam translato, usurpari videtur. Si quid mutandum, malim μόγων = πόνων, quod vs. 5 sequitur:

ὣς με πόνων ῥύσαιο παναγρύπνοιο μερίμνης.

In vs. 4 ἐγκρούουσα Φίλοις (Φίλος cod.) ποσσὶ λάλους πτέρυγας acquiescendum arbitror huic leni Brodaeii emendationi, nec praefero editoris tentamina ἀδινῶς et ἀφελής.

Ep. 205, 5

οὐ σέ, Φίλη πέρδιξ, Φθιμένην ἀγέραστον ἐάσω,
ἀλλ' ἐπὶ σοὶ κτείνω τὴν σέθεν ἀντιβίην.

Iniuria sperni videtur correctio Planudea κτενέω.

Ep. 212, 3

πολλαῖς γὰρ νάεσσιν ἰσόδρομον ἄνυσε μᾶκος
ὄρνις ὄπως δολιχὸς ἐκπονέουσα τρίβον.

Feliciter Stadtmüller πτηναίς reddidit Mnasalcae, coll. Pind. Ol. 9.35 καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον καὶ νεδς ὑποπτέρου. Aperte enim navium multitudo earum velocitatem non auget, nec πλωταίς, de quo aliquis cogitet, sufficit. Πτανὸν θυειρον, quod traditum Phoen. 1539, est pseudodorismus, ποτανός contra genuinus.

Ep. 214, 7

ἢ γὰρ ἴσον πρῶνι Μαλείης ὡς ἐκυκήθη
κῦμα, πολυψάμμουσ ὄσεν ἐπὶ ψαμάθουσ.

Ita codex. Editor cum Toupio scripsit πολυξάντους (πολυψήφους Salmasius) in adnotatione proponens

ἢ γὰρ ἴσον πρῶνι Μαλειάων ἐκυκήθη
κῦμ', ὁ (cum Bernhardyo) πολυψάμμουσ ὄσέ σ'
ἐπὶ σπιλάδας.

Permimum sane *scoruli arenosi*, qui vereor ut in rerum natura occurrant! Melius olim Polak πολυψαμάθουσ — ἦνας proposuit.

Ep. 223, 7. Scribitur de Cybelae sacerdote defuncta:

κεῖθ' * *

ἢ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη.

Queritur editor, quod Planudis coniecturae κεύθεται Αἴδη vix praestent recentiorum conamina, ipse in textu haud felicius supplens κεῖθ' ἄμα μίτραις „ut quae viva coronis abundavit, mortua taeniarum saltem ornatum retinere diceretur.” Quam tamen debilis sit ista oppositio ipse, credo, sentiens addit „Malim tamen lemmatistae additamento (ἄ μυρίπνουσ) prorsus neglecto ὑπὸ τύμβῳ s. ὑπὸ πέτρῃ supplere, ut vetustis floribus saxi duritia opponatur.” Mihi quidem non spernendum sed aptissimum videtur lemmatistae supplementum, modo reponatur, quod probante metro procul dubio voluit κεῖτ' ἀμυρίπνουσ, id quod etiam Headlamum video perspexisse. Simili sensu ἀμύριστος olim coniecit Iacobs. In sero poeta huiusmodi compositum ferri posse videtur.

Ep. 225, 3 ὡς καὶ Λαέρταο τὸδ' ἠρίον, ὃ σχεδὸν ἀκτῆσ
βαῖδὸν ἀπο ψυχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.

Aegre concoquo abundans σχεδόν. Fortasse latet σταθὲν, *erectum*.

Ep. 233.

Αἴλιος, Ἀysonίης στρατιῆς πρόμος, ὃ χρυσείοσι
 στέμμασι σωρεύσας αὐχένως ὄπλοφόρους,
 νοῦσον ὄτ' εἰς ὑπάτην ὠλίσθανε τέρμα τ' ἄφυκτον,
 εἶδεν ἀριστεῖν ἐμφανές εἰς ἰδίην.
 πῆξε δ' ὑπὸ σπλάγχθοισιν ἐὼν ξίφος εἰπέ τε θνήσκων
 Αὐτὸς ἐκὼν ἐδάμην, μὴ νόσος εὖχος ἔχη.

Aliorum coniecturis, quas vide apud Stadtmuellerum, adiutus suspicor:

τέρμα τ' ἄφυκτον
 εἶδεν, ἀριστεῖν ἐμφανίσας ἰδίην,
 πῆξεν ὑπὸ σπλάγχθοισιν ἐὼν ξίφος,
 nisi forte praefendum ἡμφάνισ' ἄψ —, πῆξε δ' κτέ., cl.
 234, 3 sq.

Ep. 237.

Οὐρέα μευ καὶ πόντον ὑπὲρ τύμβοιο χάρασσε
 καὶ μέσον ἀμφοτέρων μάρτυρα Λητοῖδην
 ἀενάων τε βαθὺν ποταμῶν ῥόον, οἷ ποτε ρεῖθροις
 Ξέρξου μυριόναυ οὐχ ὑπέμειναν Ἄρην.
 ἔγγραφε καὶ Σαλαμίνα, Θεμιστοκλέους ἵνα σῆμα
 κηρύσσει Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

Adeo languent sic scripta ultima verba, ut verissimam iudicem lenem Iacobsii, quam ipse repudiavit, correctionem:

Θεμιστοκλέους ἵνα λῆμα
 κηρύσσει (cum Planude) Μάγνης δῆμος ἀποφθιμένου.

Ep. 243.

Φωκίδι πὰρ πέτρῃ δέρκευ τάφον· εἰμὶ δ' ἐκείνων
 τῶν ποτε Μηδοφόνων μνᾶμα τριηκοσίων,
 οἱ Σπάρτας ἀπὸ γᾶς τηλοῦ πέσον ἀμβλύναντες
 Ἄρεα καὶ Μῆδον καὶ Λακεδαιμονίων.

Melius intellegam:

Ἄρεα <τὸν> Μῆδον <τῶ> Λακεδαιμονίῳ.
 postquam maris Persae impetum Marte Lacedaemonio fregerunt.
 Cod. Pal. Λακεδαιμονίαν, Plan. Λακεδαιμονίαν, Iacobs Λακεδαι-
 μόνιον. Alludit ἀμβλύνειν ad Martis epitheton δξύς.

Ep. 250, 3

— Πέρσαις δὲ περὶ Φρεσὶ (περίΦροσι Bgk.)

πήματα πάντα

ἤφαμεν ἀργαλέης μνήματα ναυμαχίης.

Merito haesit editor apte coniciens πῆματ' ἄλαστα. Aut hoc verum videtur, aut (quod litteris traditis etiam similis est) πῆματ' ἄτλητα. Paulo neglegentius scriptum ΑΤΛΗΤΑ ab ΑΠΑΝΤΑ vix dignoscitur.

Ep. 260.

Μὴ μέμψη παριῶν τὰ μνήματά μου, παροδίτα·

οὐδὲν ἔχω θρήνων ἄξια οὐδὲ θανῶν.

Quia μέμψεται nusquam significat *miserari*, aut *deplorare*, si lectio sana est, elliptice ita dictum est pro μὴ μέμψη τὴν ἐμὴν τύχην. Clarius poeta scripsisset μὴ πένθει sive μὴ θρήνει.

Ep. 278, 7

μόχθων οὐδ' Ἄϊδος με κατεύνασεν, ἠνίκά μοῦνος

οὐδὲ θανῶν λείψ κέκλιμαι ἡσυχίῃ.

Vulgo recepta est haec speciosa, fateor, Planudis correctio pro tradita in cod. Pal. lectione με κατέναυσεν, sed tamen scrupulum inicit insolita verbi constructio cum genitivo. Quare vide num forte vera sit correctio

μόχθων οὐδ' Ἄϊδος κατέπαυσέ με

cum hiatu ante diaeresin bucolicam, ut 502, 1 et saepius alibi.

Ep. 279.

Παῦσαι νηὸς ἔρετμὰ καὶ ἔμβολα τῶδ' ἐπὶ τύμβῳ

αἰὲν (αἰαῖ Iac.) ἐπὶ ψυχρῇ ζωγραφέων σποδίῃ.

ναυηγοῦ τὸ μνήμα· τί τῆς ἐνὶ κύμασι λάβης

αὔθις ἀναμνήσαι τὸν κατὰ γῆς ἐθέλεις;

Adeo frigent ita posita verba ναυηγοῦ τὸ μνήμα, ut vitium subesse existimem. Conieci

σποδίῃ,

ναυηγοῦ παράσημα, i. e. σύμβολα.

aut, si mavis, ἐπίσημα.

Ep. 296, 7 μέγα δ' ἔστενευ Ἄσις ὑπ' αὐτῶν
πληγεῖσ' ἀμφοτέραις χερσὶ κράτει πολέμου.

Si hoc obscurum epigramma, de quo vid. adnotationem editoris, qui recte ἀλγῶν pro αὐτῶν proposuisse videtur, recentis est poetae, nescio an ultimus versus, multifariam sollicitatus, sanus sit atque integer. Interpretor: πληγεῖσα ἀμφοτέραις χερσὶ (terra marique) ὑπὸ τοῦ κρατεροῦ Πολέμου.

Ep. 305.

Ὁ γριπεὺς Διότιμος, ὁ κύμασιν δλαδά πιστὴν
κῆν χθονὶ τὴν αὐτὴν οἶκον ἔχων πενίης,
νηγρετὸν ὑπνώσας τὸν ἀμείλικτον ἴκετο το (s. ἰκσ.) **
αὐτερέτης ἰδίῃ νηὶ κομιζόμενος κτέ.

In vs. 3 repraesentavi codicis Palatini scripturam, pro qua corrector dedit ἀμείλι[χ]ον et ἰκ[το γρ. αἶδαν, unde Planudes ἀμείλιχον ἴκτο πρὸς ἄδην, Iacobs ἴκετ' ἐς Αἶδου, Boissonade Ἄιδαν τὸν ἀμείλιχον ἴκτο et sic Hecker, nisi quod melius Ἀἶδην scripsit. Tandem Stadtmüller edidit τὸν ἀμείλιχον <εἰς μυχὸν> ἴκτο, praeterea εἰς λιμέν' proponens. Conspirant igitur omnes in admittenda neutiquam necessaria correctoris mutatione. Equidem antiquiorem codicis lectionem retinens corrigere malim:

νηγρετὸν ὑπνώσας τὸν ἀμείλικτον <μυχὸν> ἴκτο,
nisi forte praestat ἴκται, venit (potius quam venerat).

Ep. 316, 3

ἢ μὴ τὴν ἀνύεις τελέσαις ὀδόν. ἦν δὲ παρέλθης
σιγῆ, μηδ' οὔτως ἦν ἀνύεις τελέσαις.

Aequae apta mihi videtur Heckeri coniectura τανύεις atque inepta Stadtmülleriana ἀλύεις. Melius idem σὺ νοεῖς sive potius νοεῖεις, sed minus leniter quam nostras.

Ep. 321.

Γαῖα Φίλη, τὸν πρέσβυν Ἀμύντιχον ἔνθεο κόλποις
πολλῶν μνησαμένη τῶν ἐπὶ σοὶ καμάτων·
καὶ γὰρ ἀεὶ πρέμνον σοὶ ἀνεστήριξεν (ἐν- Scaliger) ἐλαίης,
πολλάκι καὶ Βρομίου κλημασιν ἠγλάισεν κτέ.

Lenissime sane Kaibel, deleta virgula post ἐλαίης scribi iussit ἀεὶ πρέμνον, at vocabulum hoc nusquam lectum quid significet

me quidem latet. Si *πρέμνον*, quae est correctoris (γρ. *πρέμνον*) et Planudis lectio pro ΠΕΠΛΟΝ, genuinum sit, coniciam potius *εὐπρέμνον*, coll. A. P. VI 220, 10, quia tamen maior est codicis lectioni auctoritas, Heckeri correctionem *ἀειΠΕΤΑΛΟΝ* probare non dubito. Cf. A. P. XI 54. XII 84, Ar. Thesm. 1000, al.

Ep. 330.

Τὴν στορόν, ἣν ἐστορῆς, ζῶν Μάξιμος αὐτὸς ἑαυτῷ
θῆκεν, ὅπως ναίη παυσάμενος βιότου
σύν τε γυναικί Καληποδίῃ τεύξεν τόδε σῆμα
ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κῆν Φθιμένοισιν ἔχοι.

Vocula ἵνα vix quidquam est quam aut glossema coniunctionis ὡς aut ineptum lacunae supplementum, quo deleto suspicor:

ὡς τὴν <εὐ>στοργὸν κῆν Φθιμένοισιν ἔχοι.

Lectionis varietatem et coniecturas vide apud Stadtm., vocabula novitia *εὐστοργος* et *εὐστοργία*, in Papiano lexico ommissa, apud Stephanum in thesauro Dindorfii.

Ep. 334, 9 sq.

ἢ μὲν ἐμοὶ Φίλον ἦεν ἐφ' (ὕφ' Korsch) ἀγνῶν ἡγεμονῶν
ἐμπρεπέμεν μύθοις ἀμφὶ διδασκαλίαις.

Mire in carmine bene composito hoc distichon interrumpit orationem, artissime enim cohaerent verba praegressa ἢ δ' (mater defuncti) ἐπ' ἐμοὶ πάντας ἔτλη καμάτους cum sequentibus ἀλλά μοι οὐ γενῶν ὑπεδέξατο (ἐπέδ. Duebner) κούριμον ἄνθος κτέ. Quocirca vide ne post vs. 10 unum plurave disticha intercederint, in cuius quorumve fine poeta ad matrem redierit.

Ep. 336.

Γήραϊ καὶ πενίῃ τετρυμένος, οὐδ' δρέγοντος
οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον κτέ.

Meineke apte coniecit *δυστυχίης ἔρυμα*. Sed fortasse traditum vocabulum servari poterit lenissima correctione:

δυστυχεῖ ἢ ῥ' ἐράνου.

*Ἡρα = *χάριν* (cf. Homericum *ἐπίηρα φέρειν*), quod etiam substantive usurpatur, lectum iam apud Bacchylidem X 21 (ed. Bl.) saepius legitur apud sequiores poetas, vide in Thesauro Dind. IV p. 191 sq.

Ep. 339.

Οὐδὲν ἁμαρτήσας γενόμεν παρὰ τῶν με τεκόντων,
 γεννηθεὶς δ' ὁ τάλας ἔρχομαι εἰς Ἄϊδην.
 ὦ μῆξις γονέων θανατηφόρος· ὦμοι ἀνάγκης,
 ἢ με προσπελάσει τῷ στυγερῷ θανάτῳ.

Mirror nondum quemquam, quod certe sciam, correxisse, id quod tamen, quia mortui verba sunt, necessarium videtur:

ἢ με προσπέλασεν τῷ στυγερῷ θανάτῳ.

Adnotat editor „προσπελάσει] σει ex συ videtur correxisse A” (m. pr. cod. Pal.).

Ep. 345, 7.

Πολυκράτης δὲ τὴν γονὴν Ἀθηναῖος,
 λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα,
 ἔγραψεν οἷ' ἔγραψ'. ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

Parum satisfaciunt propositae coniecturae ἐμοὶ γὰρ οὐ καλὰ, ἐγὼ γὰρ οὐ κοινῶ (FGSchmidt), ἀναγνα δ' οὐκ οἶδα (Stadtmüller). Expectatur potius quod significet ἐμοὶ γὰρ οὐ φροντίς, non enim *curo, contemno*. Nam forte eo sensu poeta dederat

ἐμοὶ γὰρ οὐ κῆδος?

Ep. 375, 3

οἷς ὑποφωλεύουσαν (aedibus terrae motu concussis) ὑπή-
 λυθον αἱ κακόμοιροι
 ὠδῖνες· σεισμῶ δ' ἄλλον ἔμιξα φόβον.

Non displicet editoris coniectura ἔμιξαν ὄχλον, longe praeferenda me iudice alteri ἔμιξα σάλον.

Ep. 377, 6

ἤλασε καὶ μανίης ἐπὶ δὴ τόσον, ὥστ' ἀγορευσαὶ
 πηλὸν Ὀδυσσεῖν καὶ βᾶτον Ἰλιάδα.

Sordent me iudice novae ariolationes σποδόν, θολόν, βόλβιτον (deleto καὶ) prae lenissima Kusteri emendatione πᾶτον. Similiter Plautum Pers. III 1, 3 in conviciis *lutum* et *sterquilinium* iungere iam Iacobs observavit, neque temere in textum πᾶτον recepit Boissonade. Saepius et alibi editor, nimis ingenio indulgens, locos vere olim correctos novis sollicitat coniecturis, velut ep. 379, 6, ubi certa Reiskii emendatione: εἰ ταύτης (pro ἐπ' αὐτῆς) μέτρον

ἔχω λιμένα non contentus, pro μέτρον, quod sanissimum est, proposuit μείζον, quod sententiam corrumpit.

Ep. 388.

Ἰχθύσι καὶ ποταμῶ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὄμιλος
ὥσεν, ὅτ' εἰς ἄκραν ἦλθε τυραννοφόνος.

Graecum non est ὠθεῖν i. κ. π., quod sentiens FG Schmidt proposuit ἰχθύσιν εἰς ποταμόν, quia tamen recte editor conferre videtur ep. 286, 6 ἰχθύσι καὶ πελάγει, vitii sedes non in priore, sed in posteriore versu quaerenda est. Quare collato eo ipso loco, ubi est ὄλεο μοχθήσας ἰχθύσι καὶ πελάγει, Bianorem scripsisse suspicor:

Ἰχθύσι καὶ ποταμῶ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὄμιλος
ὄλεσ', κτέ.

nisi forte, quod multum dubito, praefendum est δῶκεν. Stadtmülleri coniecturam ἄγραν pro ἄκραν non intellego. Tyrannicida, tyrannum interfecturus, in arcem ascenderat, sed ab eius satellitibus correptus et in flumen deiectus est. Quid quaeso simplicius?

Ep. 389.

Καὶ τίς ὃς οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον υἷα κλαύσας;
ἀλλ' ὁ Ποσειδίππου πάντας ἔθαψε δόμος
τέσσαρας, οὓς Ἀίδαο συνήριθμον ἤρπασεν ἡμαρ κτέ.

Prima verba laborare videntur, nam desideratur acrior oppositio cum sequentibus. Fortasse poeta dederat:

Τίς <μὲν ἔν'> οὐκ ἔτλη κακὸν ἔσχατον υἷα κλαύσας.

Reliqua sana videntur, nec cum editore requiro οὐκ ἐκάλει — κλαῦσαι; idque eo minus quod in tali sententia opus esset praesenti καλεῖ, aut futuro, quod extat eo ipso loco quem citat, IX 257, 6.

Ep. 398.

Οὐκ οἶδ', εἰ Διόνυσον ὀνόσσομαι ἢ Διὸς ὄμβρον
μέμφομαι· ὀλισθηροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι.
ἀγρόθι γὰρ κατιόντα Πολύξενον ἔκ ποτε δαιτὸς
τύμβος ἔχει γλίσχρων ἐξεριπόντα λόφων.
κεῖται δ' Αἰολίδος Σμύρνης ἐκᾶς.

Quamquam nihil novaverim, subit tamen mirari poetam (Anti-

patrum), ubi sepulcrum situm esset, significasse potius nomine loci, a quo *procul*, quam loci a quo *prope* distaret, nec scripsisse *Σμύρνης πέλας*, idque eo magis si recte lemmatista Polyxenum Smyrnaeum vocavit, qui rediens (*κατιόντα*) ad urbem tristi fato occubuit.

Ep. 403.

Ψύλλος, ὁ τὰς ποθινὰς ἐπιμισθίδας αἰὲν ἑταίρας
πέμπων ἐς τὰ νέων ἡδέα συμπόσια,
οὗτος ὁ θηρεύων ἀπαλόφρονας ἐνθάδε κεῖται,
αἰσχρὸν ἀπ' ἀνθρώπων μισθὸν ἐνεγκάμενος.

Ὡ ἀλλὰ λίθους ἐπὶ τύμβον, ὀδοιπόρε, μήτε σὺ βάλ्लε
μήτ' ἄλλον πείσης· σῆμα λέλογχε νέκυς κτέ.

In ultimo versu apto sensu carent verba *σῆμα* — *νέκυς*, nam sepulcrum habere lenonem iam dictum est versu praegresso. Conieci igitur *σεμνὰ* (vel *σέμν'*, *ᾶ*) *λέλογχε νέκυς*, i. e. *σέβειν χρὴ τοὺς τάφους*.

Ep. 409, 6.

εἰ δ' ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,
καὶ Ζεὺς τοι κρέσσων Ἐνοσίχθονος· ἀλλ' Ἐνοσίχθων
τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων δ' ὕπατος.

Manifesto nihil proficitur leni Bethii et Ludwichii coniectura *ὑπάτου*, quod sentiens editor coniecit *ἀλλ' ἑτέρων ὑπατος*. Quia tamen ita desideratur necessaria notio *θεῶν*, equidem praetulerim *ἀλλ' ἀλίων ὑπατος*.

Ep. 411. Θεσπίδος εὔρεμα — Αἰσχύλος ἐξύψωσεν, ὁ μὴ σμιλευτὰ
χαράξας γράμματα —,

καὶ τὰ κατὰ σκηνὴν μετεκαίνισεν. ᾧ στόμα πάντων
δεξιόν, ἀρχαίων ἡσθὰ τις ἡμιθέων.

In loco conclamato hoc primum apparet vocabula *ἡσθὰ τις* infelix esse veteris lacunae supplementum. Epigrammatis enim auctor procul dubio noluit dicere ipsum Aeschylum unum ex veteribus heroibus fuisse, sed, ut ipse in Ranis Aristophaneis significavit, sermonem in scenam introduxisse antiquis heroibus dignum. His igitur deletis corrigendum suspicor

ᾧ (an ᾧ?) στόμα πάντων
<κρείσσον κ> ἀρχαίων ἄξιον ἡμιθέων.

coll. 409, 2 ἄξιον ἀρχαίων δφρύος ἡμιθέων.

aut sensu eodem <Φέρτερον>, ἀρχαίων ἀ. ἢ. Cf. 426, 3 sq. ἄξιον iam ab aliis coniectum est.

Ep. 413, 9

ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάρρων ἄμιν Ἄταλάντας
τόσσον, ὅσον σοφία κρέσσον δρειδρομίας.

Displicet quod pro ἄμιν (dittographema videtur, nam initio vs. etiam ἄμι (ἄμι?) habet cod. Pal.) reposuit editor αἰών, quia *vitae ratio* (victus) potius quam *vita* a poeta significatur, nec illo sensu αἰών usurpari videtur. Praetulerim igitur Planudeum βίος ἦν, aut Heckerianum μνάμα, quod Duebner recepit, aut κάρρον λῆμ' ἦν, quae Iacobsii est coniectura.

Ep. 427, 1. Ἄ στάλα, Φέρ' ἴδω, τίν' ἔχει νέκυν.

Si sanum est ἔχει, improprie pro τύμβος positum est στάλα, *cypus*. Cf. 434, 2. Sed fortasse genuina lectio est ἔρεϊ, *quae mortuum indicabit*, de quo futuri usu cf. 423, 6 (Φάσει) aliosque locos ab editore ibi laudatos.

Ep. 424.

Μαστεύω τίς εὐ ἀγῆς ἐπὶ σταλίτιδι πέτρῃ
Λυσιδίκα, γλυπτὸν τόνδ' ἐχάραξε νόον· κτέ.

Ita cod. Pal. Tantum non certa videtur lenissima Bosschii correctio τί σευ Ἄγις, scil. maritus defunctae, qui aut ipse lapicida fuit, aut, quod verisimilius, ab alio symbola in sepulcro effingenda curavit, itaque improbo graviolem editoris mutationem τί σευ ἄρδισ, quam textui intulit. Cf. 425

ἔνθεν ὄμμενος
τοιᾶδ' ἐμᾶ στάλα σύμβολα τεῦξε Βίτων.

Ep. 433, 7 mater Lacaena ad filium ignavum:

Ἐρρε, κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μερίς, ἔρρε ποθ' Αἴθαν.

Σκυλάκευμα quamquam nove dictum pro σκύλαξ optime formatum est ad analogiam veterum substantivorum κήδευμα, λάλημα, δούλευμα, aliorum. Noli igitur conicere σκυβάλισμα.

Ep. 450, 5. εἰ δέ τις ἡμέας

*αἰσχύνων λαμυρὴν ἔπλασεν ἱστορίην,
τοῦ μὲν ἀναπτύξαι χρόνος οὖνομα, τὰμὰ δὲ λυγρὴν
ὄστέα τερφθεῖη κληδόν' ἀπωσαμένης.*

Calumniatae mulieri, in quam Dioscorides hoc epigramma conscripsit, non sufficiebat opinor si tempus nomen calumniatoris aperiret, sed sperabat fore ut iustis opprobriis et contemptui hominum illud traderet. Quapropter conicio:

τοῦ μὲν ἀποπτύσσαι χρόνος οὖνομα.

Ep. 454.

*Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἢ δις ἐφεξῆς
ἀκρήτου προποθεῖσ' ἄχετ' ἔχουσα κύλιξ.*

Malim ἐλοῦσα. Ceterum mireris aut poculi capacitatem aut potatoris debilitatem aut denique vim vini Graeci antiqui.

Ep. 455. *Μαρωνὶς ἢ Φίλοιος, ἢ πίθων σποδός, κτέ.*

Num haec locutio inde explicanda, quod dolia multum potando cito exsiccata pulvere intus teguntur? Hoc si ita est, minus feliciter Antipater VI 291 Leonidam imitatus est aliam bibulam mulierem vocans *κυλίκων σποδόν*, si quidem epota pocula identidem replentur bibentibus. Aperte Maronidis nomen fictum est e Marone illo Homérico in Odyssea.

Ep. 456, 1. *Τὴν τιτθὴν Ἰέρων Σειληνίδα.*

Genuina forma nominis antiqua est *Σιληνίς*, ut *Σιληνός*.

Ep. 462.

*Ἄγχιτόκον Σατύραν Ἀΐδας λάχε, Σιδονία δὲ
κρύψε κόνις, πάτρα δ' ἐστονάχησε Τύρος.*

Si *ἀγχιτόκον* vere est traditum, id argumento esse potest non fictum hoc epigramma esse, sed de cippo aliquo descriptum. Rarius enim brevi ante partum mulieres moriuntur, saepissime contra, imprimis olim, *ἀρτιτόκοι*, quod in mero lusu poeta procul dubio praetulisset. Cf. 729, 3. Sed subesse potest librarium error, de quo iam Iacobsium video cogitasse.

Ep. 465, 1

γράμμα διακρίναντες, ὀδοίπρε, πέτρον ἴδωμεν,
λευρὰ περιτέλλων ὄστέα Φατὶ τίνος.

Multo aptior videtur commemorata a schol. lectio λευκά notis-
simum apud Homerum ossium defunctorum epitheton.

Ep. 466, 5. Queritur mater lugens filium:

βαίην εἰς Ἄιδος σκιερὸν δόμον· οὔτε μοι ἤως
ἦδεῖ' οὔτ' ἀκτὶς ὠκέος ἡελίου.
ἃ δεῖλ' Ἀντίκλεις, μεμορμημένε, πένθεος εἴης
ἰητῆρ ζωῆς ἔκ με κομισσάμενος.

Scire pervelim, quod ignoro, an alia huiusmodi voti extent
exempla, quo mortui manibus vis tribuitur ducendi vivos ad
inferos. Facile enim fieri potest ut εἴη sit genuina lectio refe-
renda ad Plutonem commemoratum in vs. primo. Dubito enim
num in novitio poeta verbi medii κομισσάμενος usu quidquam
demonstrari possit.

Ep. 468, 5 πένθος δ', οὐχ ὑμέναιον, ἀναρύνοντο γονῆες κτέ.

Expectaveris cum editore θρηῆνον δ', sed fortasse sufficit lenior
correctio πένθιμα δ'.

Ep. 472, 3

τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται, ἢ ὅσον ὅσπον
στιγμὴ καὶ στιγμῆς εἴ τι χαμηλότερον.

Pro corrupto vocabulo Reiske proposuit ἀβληχότερον, aut, quod
longe praestat, ἀμαυρότερον, sed fortasse verum est ἀδηλό-
τερον, minus conspicuum. Sequitur:

μικρὴ σευ ζωῆ τεθλιμμένη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ
ἦδεῖ', ἀλλ' ἐχθροῦ στυγνοτέρῃ θανάτου.

Cave cum Reitzio αὐτῆ corrigas, αὐτὴ enim dicitur *vita ipsa*,
per se spectata, nulla habita brevitatis ratione. Non magis igitur
legendum αὐγῆ, lux.

Sed praeter vs. 11 incerta coniectura restitutum ab editore
laborare mihi videntur quae secuntur vs. 13:

ἡοῦν ἐξ ἡοῦς ὄσπον σθένος, ὦνερ, ἐρευνηῶν
εἴης ἐν λιτῆ κεκλιμένος βιοτῆ, κτέ.

Formulam enim ὄσπον σθένος, quae significare solet *quantum*

potes, omni vi, vix recte interpretantur quantum sit tuum robur.
Aut fallor, aut poetae philosopho reddi oportet:

ἡοῦν ἐξ ἡοῦς <τάδ'> ὅσον σθένος, ὤνερ, ἐρευνῶν
εἷης κτέ.

ut *τάδε* referatur ad cogitationes de vitae brevitate et vanitate expressas in omnibus quae praecedunt.

Ep. 489, 3

ἄς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι σιδάρῳ
ἄλικες ἰμερτᾶν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

Acute editor „*vox sid. requirit participium velut ἄς ἀποκειρα-
μέναι στάλα sive ἄ καὶ ἐπὶ φθιμένα σπῶσαι* (cf. O. R. 1234
κόμην σπῶσα).” At posterior coniectura ferri nequit, quoniam
σπᾶν σιδήρῳ τρίχας vix cogitari potest. Mihi vitii sedes potius
alter versus esse videtur, et nescio an olim fuerit

ἄλικες ἰμερτᾶν κρατ' ἀφέλοντο κόμαν.

Ep. 494.

Ἐν πόντῳ Σώδαμος ὁ Κρής θάνεν, ᾧ Φίλα, Νηρεῦ,
δίκτυα καὶ τὸ σὸν ἦν κείνο σύνηθες ὕδωρ,
Ἰχθυβολεὺς ὁ περισσὸς ἐν ἀνδράσιν, ἀλλὰ θάλασσα
οὔτι διακρίνει χείματος οὐδ' ἀλιεῖς.

Coniecturis accedat haec:

ἀλλ' ἀθαλάσσω
οὔτι διακρίνει χείματος οἷμ' ἀλιεῖς.

i. e. *sed a maris imperitis nequaquam distinguit tempestatis impetus
piscatores.* Pulchre ita τὸ ἀθαλάσσω opponitur τῷ συνήθες in
vs. 2. Praeivit Reiske coniciens ἀλλ' ἀθαλάσσους, quod tamen
aperte non sufficit.

Ep. 495, 3.

ἡιθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος· ἐν δὲ θαλάσῃ
πλεῖστα πολυκαύτου κήδεα ναυτιλίας.

Inepte *adolescentibus* tribuitur quod de omnibus valet mortalibus,
itaque corrigatur:

θνητῶν <μὲν> δακρυτὸς κτέ.

Quid sententia postulet iam sensit interpres Latinus apud Dueb-
nerum, vertens „*Hominum lamentabilis omnis mors*”.

Ep. 496.

Ἡερίη Γεράνεια, κακὸν λέπας, ἄφελεν Ἴστρον
 τῆλε καὶ ἐκ (ἐν Reiske, εἰς Heringa) Σκυθῶν μακρὸν
 ὄρᾱν Τάναϊν
 μὴδὲ πέλας ναίειν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης
 ἄγκεα νειφομένης ἀμφὶ Μεθουριάδας.

Quia inauditum est πέλας iunctum cum accusativo, nec praeter volucres marinas quisquam dici potest ναίειν οἶδμα θαλάσσης, mendosum existimo verbum ναίειν. Intelligam: μὴδὲ πέλας λεύσσειν Σκ. ο. θ., sed fortasse mutatione propemodum nulla emendandum est

μὴδὲ πέλας γ' αἰεὶν Σκειρωνικὸν οἶδμα θαλάσσης.
nec vero e propinquo audire tumidi maris Scironici sonitum.

Ep. 506, 3.

ἧ γὰρ ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος εἰς ἄλλα δύνων
 Ἴονίδν θ' ὑγρὸν κῦμα κατερχόμενος
 τὴν μὲν ἔσωσ' κτέ.

Invenuste Leonidas, si ita scripsit, duplici eiusdem fere notionis participio usus est, ubi unum sufficebat. Quare suspectum habeo δύνων, pro quo expecto aliquod maris epitheton, velut δεινὴν.

Ep. 514.

Αἰδῶς καὶ Κλεόδημον ἐπὶ προχοῆσι Θεαίρου
 ἀενάου στονόεντ' ἤγαγεν εἰς θάνατον
 Θρηκίῳ κύρσαντα λόχῳ.

Imo vero ἔγκύρσαντα, ut apud Homerum ἐνέκυρσε Φάλαγξι et similia alibi multa. Inauditus est dativus h. l. iunctus cum verbo simplicis. Facillimam correctionem omnes, quod sciam, criticos hucusque fugisse permiror.

Ep. 529.

Τόλμα καὶ εἰς Ἀίδαυ καὶ ἐς οὐρανὸν ἄνδρα κομίζει.

Cf. 578.

Χθῶν σε τέκεν, πόντος δὲ διώλεσε, δέκτο δὲ θῶκος
 Πλουτήρος· κεῖθεν δ' οὐρανὸν εἰσανέβης.

Ep. 534.

Ἄνθρωπε, ζωῆς περιφείδες μηδὲ παρ' ὄρη
 ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὡς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
 Δείλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
 ἠπέλεγυ, Κόιλης ἔμπορος ἐκ Συρίας,
 ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύστιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
 ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυσ.

Elegans epigramma dedecoratur inutili repetitione vocabuli ἔμπορος in vs. quinto. Cogitavi de corrigendo schemate Homericο
 ἄμμορος (s. πάμμορος) ὦ Κλεόνικε.

Ep. 546.

Εἶχε κορωνοβόλον πενίης λιμηρὸν Ἀρίστων
 ὄργανον ᾧ πτηνὰς ἠκροβόλιζε χέννας.

Ad suspectam formam pro χῆνας legitur haec editoris nota
 „γρ. κίχλας schol., quocum concinit Plan., ἠκροβόλιζ' ἀγέλας
 non poteris tueri cl. Hippol. 734 ποταναῖς ἀγέλαις, Ion. 106
 πτηνῶν ἀγέλας”. Voluit procul dubio non poteris non tueri.
 Aut hoc aut κίχλας verum videtur.

Ep. 555. Ἐς πόσιν ἀθρήσασα παρ' ἐσχατίας λίνα μοίρης
 ἦνεσα καὶ χθονίους, ἦνεσα καὶ ζυγίους.

Annotat editor „ζυγίους parum accurate [imo stupide] οὐρανίους
 interpretatur schol.” Nisi forte ex antiquiore scholio male ita
 transcripsit pro τοὺς γαμίους.

Ep. 557.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδες Μαιὴν χρόνος· ἐς τρία δ' ἄλλα
 ἔτρεχεν.

Admodum neglectenter lemmatista: Εἰς Μαιὴν τινὰ γυναῖκα
 τριάκοντα καὶ τρεῖς χρόνους ζήσασαν, nisi forte (lemmata enim
 saepe corrupta sunt) post χρόνους excidit οὐχ ὄλους.

Ep. 560, 5.

πᾶσι γὰρ ἦσθα λίην πεφιλημένος οἷά τε πάντων
 ξυνὸς ἐὼν κοῦρος, ξυνὸς ἐὼν ἔταρος.

Amasium intelligi posse vix credo, cum praesertim omnibus
 communia παιδικὰ fuisse puer parum honorifice diceretur. Valde
 igitur arridet editoris coniectura κόσμος.

Ep. 578, 5

αἰγανέη δὲ τάλαινα σίγυνά τε παρ χθονὶ κεῖται
αἰαῖ, θαρσαλέων παίγνια δορκαλίδων.

Vertunt in terra iacent, ut idem sit quod ἐπὶ χθονὶ κεῖται, suntque sane Byzantini in praepositionum usu parum diligentes. Cf. 680, 2. Hic tamen nescio an Agathias voluerit παράκειται (ἐν) χθονί, hūmi adiacent, ut haec in cippo tanquam symbola efficta putentur.

Ep. 579, 5. De Petri in theatri tecto delapsi obitu Leontius scholiasticus scribit:

τοῦτον ἔγωγε

ἄγριον οὐ καλέω, τὸν δὲ φύσει θάνατον.

Iure mireris hoc perversum hominis iudicium. Expectamus enim ipsum contrarium ἤπιον. Cf. 603, 1

α. Ἄγριός ἐστι Χάρων. β. Πλέον ἤπιος. κτέ.

An locum corrigi posse putas ponendo post θάνατον signum interrogandi, et explicari:

Num ego non hanc (violentam) mortem, sed naturalem, crudelem dicam? Vide tamen ne obstet verborum ordo. Sed aliorum expecto iudicium.

Ep. 604, 4 οἱ δὲ γόων πικρὸν ἔχουσι νέφος.

Cf. Eur. Med. 147 νέφος οἰμωγῆς, Herc. 1140 στεναγμῶν νέφος. Moneo propter otiosas Stadtmuelleri in addendis coniecturas μέρος et λάχος.

Ep. 614, 5

τῶς δὲ συνεύωνς

ἔκτανε <δὴ> τήνας τῆδε βιησόμενος.

Voculam δὴ editor, ὡς Iacobs inseruit. Constabunt etiam numeri substituto Aor. pr. ἔκτεινεν.

Ep. 622.

Βόρχος ὁ βουποίμην ὄτ' ἐπὶ γλυκὺ κηρίον εἶρπεν
αἰγίλιπα σχοίνῳ πέτρον ἐπερχόμενος,
εἴπετό οἱ σκυλάκων τις ὁ καὶ βοσίν, ὃς Φάγε λεπτήν
σχοῖνον ἀνελκομένῳ χραινομένην μέλιτι·
κάππεσε δ' εἰς Αἶδαο· τὸ δ' ἀτρυγὲς ἀνδράσιν ἄλλοις
κεῖνο μέλι ψυχῆς ὄνιον εἰρύσατο.

Quidni alii eodem modo rupe conscensa illud mel petere potuerint, non video. Quare vix dubito quin Antiphilus Byzantinus non ἄλλοις scripserit, sed ἄλλως. Verte „mel quod alia ratione ab hominibus colligi non poterat.”

Ep. 636, 5.

Φῦλον ἐπεὶ νήριθμον ἐν ἰχθυοπέδαισιν ἀγρευθὲν
ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς.

Agitur de maxima bestiarum copia in Africa iussu imperatoris spectaculorum causa capta. Certissima videtur Heckeri emendatio ἔθηκεν ἔν ὁ παῖς, sed laborare adhuc videtur ἐς μίαν, cui formulae vix locus est. Stadtmüller proposuit ἐς μέσον, equidem malim ἐς μόθον (i. εἰς μάχην) αἰχμηταῖς.

Ep. 650, 3

ἠεὶρῶ γὰρ ἔνεστι μακρὸς βίος· εἰν ἀλὶ δ' οὐπῶς
εὐμαρὲς εἰς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλὴν.

Ingeniose Stadtmüller ἐνδιᾶειν proposuit, at nihil facit ad vitae brevitatem coeli intemperies, cui nautae expositi sunt, et de solis agitur eorum per naufragia periculis; accedit quod praep. εἰς pro μέχρι usurpata, exceptis formulis quibusdam, dubiae est graecitatis; altera autem eiusdem coniectura ὁς π. ἤνθισ' ἰδεῖν κ. nimis artificiosa videtur et iusto violentior. Melius olim Iacobs ἀνδρας ἐλᾶν, sed displicet ἀνδρας. Malim:
εὐμαρὲς εἰς πολιὴν ἀνδρὶ μολεῖν κεφαλὴν.

Ep. 652, 7.

Τιμάρης δὲ κενὸν τέκνου κεκλαυμένον ἀθρεῖν
τύμβον δακρύει παῖδα Τελευταγόραν.

Multis coniecturis, quarum nulla mihi quidem satisfacit, addo κεκμημένον, erectum, coll. 653, 3:

ᾧ τὸδε σῆμα
δακρύσας κενεὸν παιδὶ πατὴρ ἔκαμεν.

Ep. 654.

Αἰεὶ ληισταὶ καὶ ἀλιφθόροι οὐδὲ δίκαιοι
Κρήτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;

ὡς καὶ ἐμὲ πλώοντα σὺν οὐκ εὐπίωνι Φόρτῳ
 Κρηταιεῖς ὄσαν Τιμόλυτον καθ' ἄλδς
 δειλαιοῦ κτέ.

Vocabulum nusquam lectum εὐπίων non sollicitarem, nisi potius contraria notio expectaretur, quoniam magna praeda piratas magis allicit quam exigua. Cogitavi igitur de corrigendo:

σὺν οὐκ εὐδαίμονι Φόρτῳ,

scil. quod onus domino navis non felix, sed exitiosum futurum erat.

Ep. 667, 3

λῆγε γῶν καὶ παῦε, πόσις, καὶ παῖδες ἐμεῖο
 χαίρετε, καὶ μνήμην σώζετε Ἄμαζονίης.

Olim παῦε ὁ glossemate fluxisse putans corrigebam χαῖρε, nunc ambabus arripio lenissimam editoris emendationem παῖδας, qui acute praeterea coniecit ἐς ἀεὶ | χαίρετε.

Ep. 678.

Πληρώσας στρατιῆν Σωτήριχος ἐνθάδε κείμει,
 ὄλβον ἐμῶν καμάτων γλυκεροῖς τεκέεσσιν ἔασας.

Quamquam poetae ὄλβον suum non eripio, melius, ni fallor, scripsisset καρπὸν ἐμῶν καμάτων.

Ep. 679, 7.

ἔργα δὲ θέσκελα πάντα λέγειν, ἄπερ ἐν χθονὶ τεῦξεν.
 οὐδ' ἐμοῦ ἐστὶ νόου οὐδ' ἐτέρων στομάτων.

Malim aut οὔτ' — οὔτ', aut οὐκ — οὐδ', sed potius illud.

Ep. 692, 5 οὐθ' Ἑλλάδι στρωτόν ποτ' οὔτ' ἐν Ἀσίδι
 ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπεν.

Incredibile dictu est Harbertonum conicere potuisse τρωτόν, quod si legeretur, nemo non statim στρωτόν corrigeret, quod verum esse clamat totum epigramma. Cf. praeter ἀνέτραπεν, vs. 2 ὁ πλατὺς πόδας. Sed omnino in omnibus viri docti arriptionibus, quas diligentius quam merentur editor in h. v. prolegomenis p. LXXXVIII sq. collegit, praeter paucissima, quae ipsi non displicuerunt, vix quidquam reperies mentione dignum. Ferri tamen potest quod ep. 733, 1 proposuit αἱ Φθίμεναι pro αἱ νόμιμοι.

Ep. 698, 11

ᾤχετο μουσοπόλοισι ποθὴν πάντεσσιν ἐάσας,
οὐς ἐπόθει πατέρων Φέρτερα γειναμένων.

Mire ἐπόθει legitur pro eo quod expectatur ἐφίλει. Sed haud scio an Christodorus dederit:

οὐς ποθέει (scil. nunc in Orco).

Reliquit sui desiderium omnibus, quos nunc ipse plus quam parentes desiderat.

Ep. 699.

Ἰκάρου ᾧ νεόφοιτον ἐς ἡέρα πωτηθέντος
Ἰκαρὴν πικρῆς τύμβε κακοδρομίας.

Doleas paene necessariam non videri elegantissimam editoris coniecturam *νεόφοιτον*. Cf. A. P. X 11, 1. Ipse merito defendit *κακοδρομίας* a Reiskii coniectura *νεφοδρομίας*, qui, si mutatione opus esset, *πολοδρομίας* proponere potuisset.

Ep. 700, 3

οὔτι μ' ἀνήρ, ὃ λέγουσι, κατέκτανεν ἐς γάμον ἄλλης
παπταίνων· τί μάτην οὔνομα Ῥουφιανός;

Frustra hucusque eruditi obscura verba τί — Ῥουφιανός explicare aut emendare conati sunt. Fortasse Rufianus falso crimine, quod uxorem necasset, damnatus et occisus fuerat. Quod si ita est, possis suspicari:

παπταίνων· τί μάτην ᾔλετο Ῥουφιανός;

aut:

παπταίνων — τί μάτην ᾔλετο; — Ῥουφιανός.

Ep. 711.

Ἦδη μὲν κροκόεις Πιτανάτιδι πίτνατο νύμφῃ
Κλειναρέτῃ χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων,
καδεμόνες δ' ἤλποντο διωλένιον Φλόγα πεύκας
ἄξειν ἀμφοτέραις ἀντχόμενοι παλάμαις.

Ingeniose Stadtmüller traditum ἀψειν (edd. ἄψειν) ita correxit, coll. Eur. Bacch. 145 ἀνέχων Φλόγα πεύκας — αἰσσει. Nescio tamen an huic loco et his personis melius conveniat ἄξειν, scil. *sponsam in thalamum*, qui mos in his epigrammatis saepe tangitur. Ita, si opus sit, possis:

ἄξειν <σφ'> ἀμφοτέραις κτέ.

Ep. 715, 3

ἀλλά με Μοῦσαι

ἔστερξαν, λυγρῶν δ' ἀντὶ μελιχρὸν ἔχω.

Pro *μελιχρὸν* requiro pluralem, quare corrigendum arbitror:

λυγρῶν δ' ἀντὶ μελίχρ' ἔλαχον.

Ep. 717, 3

ὡς ὁ γέρον Λεύκιππος ἐπ' ἀρσιπόδεσσι λαγωῖς

ἔφθιτο χειμερὴν νυκτὶ λοχησάμενος.

Exstat eadem forma contracta in hymno Veneris vs. 212:

καὶ μιν Ζεὺς ἐλέησε, δίδου δέ οἱ υἱὸς ἄποινα

ἵππους ἀρσιπόδας.

Iam vero *ἀρσιπούς* constans est *equorum* epitheton, contra *ἀργίπους* apud Homerum Ω 214 de *canibus* usurpatur, apud Sophoclem Ai. 234 de *arietibus*, similiterque Phantias A. P. VI 299 *ἀργιπόδης* de *capris* dixit. Quare nostro loco expectatur potius *ἀρσιπόδεσσι*.

Ep. 721

Τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσαι χέρρες, ἴσα δὲ τεύχη

συμβάλομεν· Θυραὶ δ' ἦσαν ἄεθλα δορός.

Non male editor coll. Hom. Ξ 468 edidit <Πλήντ'> Ἄργει κτέ. Incerta tamen correctio; quia enim τοῖς Ἄργει (= ἐν Ἄργει) pro τοῖς Ἀργείοις recte dictum videtur, reliquis coniecturis, quas vid. apud St., addi potest haec:

Τοῖς Ἄργει Σπάρτηθεν ἴσας χέρας, ἴσα δὲ (τε?) τεύχη
συμβάλομεν κτέ.

Harberton voluit Ἀργείοις Σπ.

Ep. 727.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου

εἶμεν, ὁ δὲ Φθονερός κλαιέτω ἔσκε θάνη.

ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις· εἰν Ἀἶδα γὰρ

Μίνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.

Notae execrandi formulae κλαιέτω mire additum est ἔσκε θάνη, et contra in prima sententia desideratur notio *per vitam*. Quare legendum arbitror:

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου

εἶμεν (ὁ δὲ Φθονερός κλαιέτω) ἔστε θάνεν κτέ.

Usque ad mortem Phileas eximia illa sapientiae fama fruebatur, quae tamen ad inferos, ubi *ισοτιμία* viget, eum comitata non est.

Pro *Μίνω* perperam Hemsterhusius coniecit *Νιρέως*, non enim hic de forma agitur, sed de sapientia, Thersites autem heroibus Homericis desipere videbatur.

Ep. 742. Οὐκέτι, Τιμόκλεια, τεῶν Φάος ὄλεσας ὄσων
 κούρους δισσοτόκῳ νηδίῳ γειναμένη,
 ὄμμασι δ' ἐν πλεόνεσσιν ἄθρεῖς πυροθαλπὲς ὄχημα
 ἠελίου προτέρης οὔσα τελειότερη.

Duebner, qui ceteroquin epigrammatis huius sententiam melius intellexit quam Iacobs, apposuit tamen in editione Didotiana hanc versionem „*Non*, Timoclea, tuorum lumen amisistis oculorum”, cum deberet „*Non amplius* T. lumine oculorum orba eras”. Scriptum enim est poematum (consolatorium) in mulierem caecam, enixam geminos.

Sequens huius editionis volumen simulac in lucem prodierit, in Anthologia Graeca pro viribus emendanda et illustranda deo volente pergam, modo Stadmülleri sagacitas et eruditio aliquid agendum mihi reliquerint.

De primo volumine egi in *Mnemosynes* vol. XXIII (1895) p. 1—14.

TERTULLIANUS.

Tertullianus, *Apolog.* c. 24: Unicuique etiam provinciae et civitati suus deus est, ut Syriae Astartes Romanis, ut opinor, provincias edidi, nec tamen Romanos deos earum, quia Romae non magis coluntur quam qui per ipsam quoque Italiam municipali consecratione censentur: *Casuensium Delucentinus*, *Namiensium Visidianus* *Faliscorum* in honore (sic) patris Curis et accepit cognomen *Iuno*.

Oehlerus sic interpretatur: zur Ehre für den Pater Curis der Faliscer empfing die Iuno sogar den Beinamen Curis. Léonard: chez les Falisques, Curis, qu'ils honorent comme leur père (in honore patris sc. habitus), et de qui Iunon a reçu le nom qu'elle porte. Uterque perperam. Ego: *Faliscorum* in honore Patris Curis (et accepit cognomen) *Iuno* (Iuno Curitis). Respondent igitur genetivus et nominativus casibus qui antecedunt.

J. W. BECK.

THUCYDIDEA.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.

(Continuantur e T. XXVI p. 334.)



THUCYDIDIS HISTORIAE. Recensuit CAROLUS
HUDE HAUNIENSIS. Lipsiae 1898.

II c. 5 § 4.

ὡς δ' ἤσθοντο οἱ Θηβαῖοι τὸ γεγενημένον, ἐπεβούλευον τοῖς ἔξω τῆς πόλεως τῶν Πλαταιῶν . . . ἐβούλοντο γὰρ σφισιν, εἴ τινα λάβοιεν, ὑπάρχειν ἀντὶ τῶν ἔνδον, ἣν ἄρα τύχῳσί τινες ἐζωγρημένοι.

Verissime εἴ τινας λάβοιεν coniecit HUDIUS nec aliter scribere potuit THUCYDIDES. Et hoc et contrario errore saepenumero a librariis peccari e cuiuslibet scriptoris lectionum varietate idoneis exemplis demonstrari potest. Lib. III c. 36 § 5: „Mytilenaeorum legati eo facilius prytanibus persuaserunt ut de sorte popularium iterum sententias rogarent. quo et illis ipsis perspectum erat maiorem civium partem, utpote maxima de re, cupere denuo consultandi copiam sibi dari”: βουλόμενον τὸ πλέον τῶν πολιτῶν αὐθίς τινας (imo τινα, ut suadet REISKIUS) σφισιν ἀπεδοῦναι βουλευσασθαι. Quam vellem Hudius (quem suspicor esse hominem non solum cauti et circumspecti iudicii, natura ab omni temeritate alienum, sed etiam nescio quomodo paullo timidior) talia atque alia complura quae certo certiora sunt, non in calcem relegasset sed fidenter recepisset in ordi-

nem ¹⁾. Nisi forte existimandum sit legentibus vel sic satis bene consultum esse, si egregia nonnulla huius generis, nescio qua ratione selecta, tamquam gemmas in sterquilinio pravavarum scripturarum acervo a docto editore hic illic admixta invenient, quippe qui saepissime ad locos manifesto corruptos criticorum emendationes coniecturas suspiciones speciosissimas alto premat silentio. Equidem autem ita mecum ipse cogitabam: septem codd. Thucydideos incredibili labore totos cum pulvisculo excussit, unde in critico apparatu non satis habuit expromere habilem variantium lectionum delectum sed quam accuratissime notavit veterum scribarum et monachorum lapsus tralaticios sine exceptione omnes: vocabulorum, syllabarum, singularum literarum omissiones repetitiones ineptissimas; vitia orthographica qualia vel pueri corrigant; spiritum asperum pro leni positum et contra; pravum aut casu deletum accentum: nihil horum inutile duxit; nec iota nec apicem neglexit ²⁾. Forsitan ingrati

1) Lib I c. 95 § 5 Hudium tamen evidentem Classenii correctionem: ἐλθὼν δ' ἐς Λακεδαίμονα (δ Πausanίας) τῶν μὲν ἰδίᾳ πρὸς τινὰς (codd. τινὰ) ἀδικημάτων ἠδύνη κτέ. in textum admisisse lubens animadverto. IV c. 69 § 1 commendo: πρὶν ἐπιβοηθῆσαι τινὰ (codd. τινὰς).

2) ad I, 24. 6 v. c. (δεόμενοι ... τοὺς τε φεύγοντας ξυναλλάξαι σφίσι καὶ τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον καταλύσαι) Hudius annotat: καταλύσαι Cod. B.

ad I, 50. 1 (τὰ σκάφη οὐχ εἴλκον): σκάφης B.

ad I, 53. 1 (ἄνδρας ἐς κελύτιον ἐμβιβάσαντας): κελύτιον G.

ad II, 31. 1 (πανδημεί): πανδημεῖ C. corr. c².

ib. ib. 2 (καὶ οὐπω νεοσηκυίας scil. τῆς πόλεως): νεοσηκυίας Codd.

ad II, 49. 5 (τὰ δ' ἐντὸς οὕτως ἐκάετο): ἐκάετο C; ἐκαίετο G; (ἐκαίετο CG secundum BEKKERUM).

ad II, 56. 6 (ἄραντες δὲ ... ἀφίκοντο ἐς Πρ.): αἴραντες EF.

ad III, 30. 2 (νεοστί): νεοστὶ E.

ad III, 34. 3 (ὡσπερ ἐσπέισατο): ἐσπίσατο C; corr. c².

ad IV, 114. 1 (ἐξιέναι ἐκέλευεν ἐκ τῆς Ληκύθου ὡς οὐσης Χαλκιδέων); Ληκύθου E; Λικύνθου M — οὐσης F.

ad IV, 129. 3 (ἄραντες ... ταῖς ναυσί): αἴραντες E.

ad IV, 133. 3 (ἐς Φλειοῦντα φεύγει): Φλιοῦντα C; Φλιοῦντα ABEFGM.

ad IV, 8. 7 (δπλίτας διεβήβασαν): διεβήβασαν B.

ad IV, 11. 2 (οἱ δ' ἄραντες ... τῷ ... στρατῷ): αἴραντες B.

ad IV, 11. 24 (ἐβόα [λέγων]): ἐβόαι B.

Haec tantum non omnia et eiusdem farinae alia sexcenta sciens praetermisisse et aperte videtur Immanuel Bekkerus. Ceterum de formis ἐκάετο (sic), αἴραντες, ἐβόαι sim. dubitari licet num codicum lectoris potius quam ipsorum codicum errata sint. Notum est literae α saepe hamulum adhaerere qui primo obtuto ab

sint qui miram viri sedulitatem patientiamque vituperent; quin potius speremus eximium inde fructum aliquando captura esse studia Thucydidea. Sed enim qui ad manum scriptoris sui restituendam vel imperitissimorum hominum fortuitis discrepantiis erroribusque omne genus tantum tribuere videtur; qui quotiescumque in uno pluribusve membranarum Πελοποννήσιοι invenit mendose exaratum pro Πελοποννήσιοι vel Μιτυληναῖοι pro Μυτιληναῖοι vel monstrum scripturae quale Ξευξιδάμου (III, 1 in.) id nequiquam negligendum ducit: quomodo fit ut idem excellentium criticorum varias lectiones adeo suspectas habere ne dicam aspernari videatur 1)?

unoquoque habebitur pro ι vel υ. Sunt libri in quibus πας et παῖς vel intentissima acie vix distinguas.

1) Ecce aliquot exempla:

I, 1. 6 (τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν ... σαφῶς μὲν εὐρεῖν ... ἀδύνατον ἦν· ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει, οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι). Accurate et exquisite de hoc loco disputavit COBETUS *Mnemos.* a. 1862 p. 337 seq. Qui coniecit ὧν scribae errorem esse pro ὡς verbumque νομίζω insititium esse, quoniam prorsus incredibile videatur Th. dixisse: *quae tamen ex argumentis indicibus QUIBUS CREDO, exigua fuisse arbitror.* „Si quis quid ex indicibus et argumentis collegisse se scribit, inepte addit se iis argumentis habere fidem”. Dissentire et vulgatam tueri licet: non nego. At boni editoris est eorum quae a DOBRAEIS COBETIS aliis docte eleganterque observata sunt, rationem habere.

I, 20. 2. vv. "Ἰππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ delenda esse animadvertit DOBRAEUS (*Adv.* I p. 45) cui astipulatus est COBETUS *Mnemos.* a. 1862 p. 344 mirificam oppositionem notans: ὅτι Ἰππίας μὲν πρεσβύτατος ὧν ἦρχεν, "Ἰππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ. Summorum virorum iudicium silentio praeterit Hudius.

I, 107. 4 (τὸ δὲ τι καὶ ἄνδρες ἐπήγον αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων κρύφα). VALCKENAEIUS (laudatus COB. N. L. p. 370) collatis Thuc. I, 67; II, 21; IV, 24; VI, 15; VI, 61; VII, 18; VIII, 26; VIII, 78 reponendum esse observavit: ἐνήγον (*solicitant*). Duorum locorum II, 85. 6 et VIII, 46. 1, qui soli in commentariis ad vulgatam tuendam afferri solent, prior eadem eget medicina; in posteriore (καὶ βασιλεῖ ἐξεῖναι αἰεὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ λυπηροῦς τοὺς ἐτέρους ἐπάγειν) verbo ἐπάγειν alia (*immitlendi*) sententia subiecta est. Coniecturam Valckenaerianam Hudius ne commemoravit quidem.

II, 8 3 (ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη, ὀλίγον πρὸ τούτων ... ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενέσεσθαι σημεῖναι· εἰ τέ τι ἄλλο τοιοῦτότροπον ξυνέβη γενέσθαι, πάντα ἀνεζητεῖτο) Obtemperatum oportuit NABERO *Mnemos.* a. 1886 p. 92 pro σημεῖναι quod librarii σφάλμα esse ostendit, συμβῆναι suadenti et contra II, 17. 2 (καὶ μοι δοκεῖ τὸ μαντεῖον τὸνναντίον ξυμβῆναι ἢ προσεδέχοντο) σημεῖναι commendanti. Apud Hudium nihil annotatum reperimus.

II, 15 in. (ἐπὶ γὰρ Κέρκροτος καὶ τῶν πρώτων βασιλείων ἢ Ἀττικῇ αἰεὶ κατὰ πόλεις ὤκεῖτο ... καὶ ὁπότε μὴ τι δείσειαν, οὐ ξυνήσαν βουλευσόμενοι ὡς τὸν

II c. 8 § 4.

ἡ δ' εὐνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἄλλως τε καὶ προειπόντων ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν.

In hac sententia naturalis verborum ordo turbatus est. Quomodo transponendum sit docet comparatio cum Dion. Cass. XLV, 11: ἡ δὲ δὴ σπουδὴ τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν Καίσαρα ἐποίει et App. B. C. I, 82: ἡ γὰρ εὐνοια τῶν ἀνδρῶν ἐς τοὺς ὑπάτους παρὰ πολὺ ἐποίει. Adde Thuc. VIII, 6. 3: οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι τὰ τῶν Χίων καὶ Τισσαφέρους παρὰ πολὺ προσεδέξαντο μᾶλλον et repono: ἡ δ' εὐνοια τῶν ἀνθρώπων παρὰ πολὺ ἐποίει μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους κτέ.

Vocabulorum apud Th. absurde transpositorum magnus exemplorum numerus occurrit in apparatu critico Hudiano et complures istiusmodi errores deprehendit imprimis COBETUS (vide e. g. *Mnemos.* N. S. T. VIII).

II c. 15 § 1.

ἀπὸ ἠ) γὰρ Κέρκρος καὶ τῶν πρώτων βασιλέων ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα αἰεὶ κατὰ πόλεις ᾤκειτο ** πρυτανεῖά τε ἐχούσας ἠ) καὶ ὅποτε μὴ τι δεήσειεν ἠ), οὐ ξυνῆσαν ὡς τὸν βασιλέα ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο καὶ ἐβουλευόντο.

α) codd. ἐπί: corr. Naber; ἠ) codd. ἔχουσα: corr. Bloomfield; ἠ) codd. δεήσειαν: em. Halbertsma.

Unum vocabulum excidisse suspicor: requiro enim: πόλεις... <Ἰδία> πρυτανεῖά τε ἐχούσας καὶ ἄρχοντας: „oppida, quorum sua cuique propria curia et archontes erant.” Nisi mavis scribere: ἰδία.

II c. 17 § 1.

οἱ δὲ πολλοὶ τὰ τε ἐρήμα τῆς πόλεως ᾤκησαν καὶ τὰ ἱερὰ [καὶ τὰ ἡρώα] πάντα πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κληστὸν ἦν.

Sunt qui vertant: plerique vero deserta urbis loca habitarunt

βασιλέα). Coll. VI, 41. 3 luce clarius est cum HALBERTSMA rescribendum esse: ὅποτε μὴ τι δεήσειεν (cf. *Adv. Crit.* ed. apud BRILL, Lugd. Bat. 1896) In idem iam prius incidisse video NABERUM *Mnemos.* a. 1886 p. 93. Hudius hanc emendationem aut non suo pretio aestimasse aut — quod credere malim — ignorasse videtur.

et templa et omnia heroa praeter arcem et Eleusinium." Satis absurde dictum, ut vides, pro „omnia templa atque delubra” vel simile quid. Nec tamen, ut nunc se habet locus, omnino aliter vertere licet propter articulum ante ἡρώα positum. Cuius inepta repetitio ¹⁾ indicio est tria ista vocabula καὶ τὰ ἡρώα, a tribus antecedentibus singularum literarum figuris nihil aut non fere multum differentia, nata esse e dittographia. Non nescius sum a grammaticis quibusdam docte distingui solere inter ἱερά ac τεμένη quae proprie deorum et σηκοὺς atque ἡρώα quae semideorum esse perhibent. Verum v. ἱερὸν apud probatissimum quemque scriptorem de utrisque promiscue dictum invenimus. Apud Herodotum (VI, 79), ut uno exemplo defungar, de Argo usurpatur et Atheniensibus τὸ Θησεῖον, quamquam profecto heroum erat, nihilo secius vulgo audiebat τὸ τοῦ Θησεως ἱερὸν.

Itaque quae cum otiose tum vitiose addita sunt includenda esse censeo.

II c. 24 § 1.

Ἀναχωρησάντων δ' αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι Φυλακὰς κατεστήσαντο κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ὥσπερ δὴ ἐμελλον διὰ παντὸς τοῦ πολέμου Φυλάξειν.

Longe praefero ὥσπερ.

II c. 29 § 4.

Τήρης δ' οὐδὲ ταύτην ὄνομα ἔχων βασιλεύς [τε] ^{a)} πρῶτος ἐν κράτει Ὀδρυσῶν ἐγένετο. οὐ δὴ * * ὄντα τὸν Σιτάλκην οἱ Ἀθηναῖοι ξύμμαχον ἐποίησαντο κτέ.

a) τε exp. Classen.

Excidit vox trium literarum, qua aegre hoc loco caremus (cf. KÜHNERI *Gramm. Gr.* II, 1 § 418 b). Ecquid autem inter ΔΗ et ΟΝτα facilius excidere potuit quam ὄδν?

II c. 32 in.

Ἐτειχίσθη δὲ καὶ Ἀταλάντη ὑπ' Ἀθηναίων [Φρούριον] τοῦ θέρους τούτου τελευτώντος ἢ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσας, ἐρήμη πρότερον οὔσα κτέ.

1) Cf. RAPH. KÜHNERI *Gramm. Gr.* II, 1 § 463, 2.

Cf. Diod. Sic. XII, 44.

„Muris etiam cincta est Atalante ab Atheniensibus, *castellum* quae insula est apud Locros Opuntios etc.

Quis umquam sic locutus est?

Si Classenium audis „Φρούριον ist Prädikat: zu einem befestigten Platz, in dem eine Φρουρά liegen konnte.“ Qui de usu loquendi me quidem iudice frustra confert Thuc. III, 92. 1 (Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν . . . ἀποικίαν καθίσταντο) et VIII, 62. 3 (Στρομβιχίδης . . . Σηστὸν . . . καθίστατο Φρούριον καὶ Φυλακὴν τοῦ παντὸς Ἑλλησπόντου).

Dele otiosum interpretamentum, nam inter subiectum Ἄταλάντη eiusque appositum ἢ ἐπὶ Λ . . . νῆσος tertio substantivo nullus locus est. Accedit, id quod nemo nescit, ν. Φρούριον, ut et πόλις, λιμὴν, νῆσος, ὄρος sim., haud raro ab eruditis magistellis in commodum lectoris scilicet textui adiectum esse. Thuc. II. 94. 3 Φρουρίου post Βουδῶρου induxit Cobetus¹⁾.

II c. 40 § 1 (in Periclis oratione funebri)

Φιλοκαλοῦμεν γὰρ μετ' εὐτελείας καὶ Φιλοσοφῶμεν ἄνευ μαλακίας· πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῶ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα, καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ [αἴσχιον]

„nec cuiquam turpe est,” inquit, „paupertatem fateri, at non quantum fieri potest laborando elevare et evitare eam.”

Verum iure quaerunt interpretes quam vim hic habeat αἴσχιον. Nonnullis — quod miror — plane idem esse videtur atque μᾶλλον αἰσχρὸν, quippe qui vertant: „hoc *potius turpe* est.” Classenius contra interpretatur: „nicht die Armuth bekennen ist unwürdig: *unwürdig* ist est, sich nicht aus ihr herauszuarbeiten.” Quod vereor ut satis recte cogitatum sit. Quorsum enim *turpius*, ubi nullam omnino turpitudinem habere dicitur

1) Non litram sed aliam medelam requirit locus leviter turbatus qui legitur VI, 76. 1: ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακόσιοι πρὸς τε τῆ πόλει, τὸν Τεμενίτην ἐντὸς ποιησάμενοι, τεῖχος . . . ὕψους μὴ δι' ἐλάσσονος εὐαποτείχιστοι ὄσιν, ἐὰν ἄρα σφάλλωνται, καὶ τὰ Μέγαρα φρούριον καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιεῖ ἄλλο. Quae ut sana sint transposuisse suffecerit: καὶ τὰ Μέγαρα καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιεῖ ἄλλο φρούριον: *murum instrunt prope urbem: Megara (castello) communiunt; alterum castellum in Olympico aedificant.*

paupertas? Nonne supervacaneum illum comparativum, qui non ornat sed onerat sententiam, ludimagistro potius quam Thucydidi deberi probabile est?

Ibidem § 2 seq.

ἔνι δὲ τοῖς αὐτοῖς οἰκείων ἅμα καὶ πολιτικῶν ἐπιμέλεια, καὶ ἑτεροῖα^{a)} πρὸς ἔργα τετραμμένοις τὰ πολιτικὰ μὴ ἐνδεῶς γνῶναι· — μόνοι γὰρ τόν τε μηδὲν τῶνδε μετέχοντα οὐκ ἀπράγμονα, ἀλλ' ἀχρεῖτον νομίζομεν — καὶ * αὐτοὶ ἦτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα [ὀρθῶς]^{b)} τὰ πράγματα, οὐ τοὺς λόγους τοῖς ἔργοις βλάβην ἠγούμενοι, ἀλλὰ μὴ προδιδαχθῆναι μᾶλλον λόγῳ πρότερον [ἢ] ἐφ' ᾧ δεῖ ἔργῳ ἐλθεῖν. διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τότε ἔχομεν ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα καὶ περὶ ὧν <ἄν>^{c)} ἐπιχειρήσωμεν, ἐκλογίζεσθαι.

a) ἑτεροῖα scr. Herwerdenus in editione; ἕτερα Classenius: ἕτερα <ἐτέροις> vel ἐτέροις <πρὸς ἕτερα> alii: ἐτέροις codd.; b) ὀρθῶς! ut plausum, qui ex ora libri tollitur, damnat Halbertsma et certe melius abesset; c) περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν libri; em. Cobetus.

Qui sententiam aliquanto longiorem et intricatiorem diligenter considerare voluerit, haerebit, credo, paulisper in νν. καὶ αὐτοὶ ἦτοι κρίνομέν γε ἢ ἐνθυμούμεθα τὰ πράγματα: „atque ipsi res aut diiudicamus aut animo concipimus.” Facile tamen agnoscat illa non pendere ab iis, quae proxime antecedunt — haec enim sermonis continuationi ut *sensus medius* interveniunt — verum a § 2 initio, et duabus literulis revocatis legendum esse καὶ <οἱ> αὐτοί, iidem animadvertet. Quod pronomen cum articulo eadem fere sententia qua adverbium ἅμα (*simul, uno eodemque tempore*) usurpatum cum alibi passim occurrit, tum bis in vicinis (ἔνι δὲ τοῖς αὐτοῖς in initio; οἱ αὐτοὶ μάλιστα in fine periodi).

In proxime sequentibus autem necessario eliminanda est coniunctio ἢ. Verborum structura enim haec est: ἀλλὰ μᾶλλον μὴ πρότερον προδιδαχθῆναι λόγῳ ἐφ' ᾧ δεῖ ἐλθεῖν ἔργῳ.

Totum locum Laurentii Vallae vestigiis ingressus ita fere verterim:

„Elegantiae enim studemus cum frugalitate et philosophamur „sine mollitie; opibusque libentius utimur quandocumque op- „portuna datur rerum gerendarum occasio quam ad inanem „ostentationem. Nec cuiquam dedecori esse existimamus pauper-

„tatem confiteri, at non pro virili parte factis evitare pauper-
 „tem. Atque inest in iisdem hominibus (i. e. in nobis Athe-
 „niensibus simul cernitur) et rerum privatarum publicarumque
 „cura et, licet <maximam partem> alii aliis diversae generis
 „occupationibus implicati simus, probabilis tamen reipublicae
 „administrandae peritia — nam hac in re a reliquis omnibus
 „Graeciae gentibus differimus quod civem harum rerum plane
 „rudem non tantum otiosum sed inutilem esse ducimus —
 „iidemque quid <quoque tempore> agendum sit aut ultro
 „propriis ingenii viribus concipimus aut saltem aliorum consilia
 „diiudicare valemus. Nec verba rebus nocere opinamur, verum
 „hoc potius: oratione si non antea nos doceri patiamur ad
 „quas res gerendas accedendum sit. Scilicet hoc quoque nos
 „prae ceteris eximium habemus, iidem ut et quidquid suscepturi
 „simus consideratissime reputemus et <ubi iam agendum sit>
 „maxime audeamus.”

Ibidem § 3 s. f. legimus:

κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ τὰ τε δεινὰ καὶ
 ἡδέα σαφέστατα γινώσκοντες καὶ διὰ ταῦτα μὴ ἀποτρεπόμενοι
 [ἐκ]^{a)} τῶν κινδύνων.

a) ix del. Herwerdenus.

Quo loco sine controversia τὰ δεινὰ, ut ait Scholiastes,
 sunt saeva belli (cf. quae disputavimus *Mnemos.* Vol. 26 p. 329);
 verum quod addit: ἡδέα τὰ τῆς εἰρήνης, id quidem, etsi non
 illepide excogitatum, tamen sine exemplo novum atque inaudi-
 tum esse videtur. Quae explicatio — quam recentioribus quoque
 nonnullis Thucydidis interpretibus non adeo displicere video —
 si nobis probanda foret, scriptor Periclem iam ea dicentem
 fecisset quae rerum veritati manifesto repugnant. Cautos enim
 providosque, non audacissimos (τολμηροτάτους, ὥστε μάλιστα
 τολμᾶν) evadere solere qui cum saeva certamina belli tum
 aureae pacis commoda meditentur, qua haud quidquam dulcius
 orbis habet, docet experientia. Quamquam noli καὶ ἡδέα,
 cum idoneam sententiam non praebeat, cum Badhamo (*Mnemos.*
 a. 1876 p. 376) quasi immedicabile vulnus recidere, siquidem
 satis erit prima litera mutata pro ΗΔΕΑ reponere ΑΔΕΑ.
 Nimirum in quovis belli genere ii procul dubio prae ceteris

intrepidi ducendi sunt et fortes qui — ut hodie coloni illi Africani, quos cordatos homines Deo confidentes honoris causa nomino — *quid metuendum sit, quid non sit* clare dispiciunt neque ob ea quae longa meditatione atque usu probe comperta habent, a periculis deterreri se sinunt.

Apud Th. conferre licet III, 37 in. (διὰ γὰρ τὸ καθ' ἡμέραν ἀδέεος) et III, 114 in. (καὶ ἐγένετο . . . ἀδέεστ' ἢ κάθοδος).

II c. 44 § 3.

καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παιδῶν ἐλπίδι, οἷς ἔτι ἡλικία τέκνωσιν ποιῆσθαι· ἰδίᾳ τε γὰρ τῶν οὐκέτ' ^{a)} ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνώμενοί τισιν ἔσονται, καὶ τῇ πόλει διχόθεν, ἕκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ ** ξυνοίσει.

a) οὐκέτ' em. Cobetus; οὐκ libri.

καρτερεῖν χρὴ (scil. τὰ παρόντα δεινά): „hoc tamen defunctorum filiorum desiderium” dicit Orator, „vobis patienter perferendum speque novae prolis, quotquot per aetatem liberos adhuc suscipere potestis, solandum est: namque et privatim futura suboles amissae vobis oblivionem parabit et reipublicae nostrae duplex inde commodum redundabit (διχόθεν ξυνοίσει): alterum quod non deserta relinquatur (ἕκ τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι): alterum quod otio et incolumitate (ἀσφαλείᾳ) <ΑΥΓΕΒΙΤΥΡ> Latine suppleveris. Sentisne dativum ἀσφαλείᾳ in libris nostris aegre infinitivo suo carere unde pendeat? Quod sensisse certe videtur librarius cod. E (Palatini Heidelbergensis) qui pro ξυνοίσει maluit dare ξυνοίσειν, quemadmodum etiam in aliis quibusdam codd. non optimae notae secunda manu correctum invenimus. Sensit quoque GUILIELMUS CANTERUS, cui — quod parum feliciter nunc nihil ad rem — in mentem venerat: ξυνοικήσειν.

Mihi bonorum librorum bonam lectionem ξυνοίσει sollicitare religio est, sed cum incurrat in oculos quam egregie τοῖς συμφραζομένοις αὐγεῖνδὶ verbum conveniat, commendabo:

τῇ πόλει διχόθεν, ἕκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ <αὐξέσειν> ξυνοίσει.

II c. 65 § 5 seqq.

Pericles et in pace, quamdiu αὐτοκράτωρ reip. Atheniensium praefuit, civitatem moderate rexit constanterque tutatus est

„ἐπεὶ τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προ-
γνοῦς τὴν δύναμιν” . . . postque obitum eius, ἐπὶ πλέον ἔτι
ἐγνώσθη ἡ πρόνοια αὐτοῦ [ἐς τὸν πόλεμον] ^{a)}. ὁ μὲν γὰρ ἡσυ-
χάζοντάς τε καὶ τὸ ναυτικὸν θεραπεύοντας καὶ ἀρχὴν μὴ ἐπικτω-
μένους ἐν τῷ πολέμῳ μηδὲ τῇ πόλει κινδυνεύοντας ἔφη περιέσεσθαι·
οἱ δὲ ταῦτά τε πάντα ἐς τὸναντίον ἔπραξαν καὶ ἄλλα ἔξω τοῦ
πολέμου δοκοῦντα εἶναι κατὰ τὰς ἰδίας φιλοτιμίας καὶ [ἴδια] ^{b)}
κέρδη κακῶς . . . ἐπολίτευσαν.

a) ἡ ἐς τὸν πόλεμον codd. C et G; b) exp. Cobetus.

Et abesse posse et longe melius abesse vñ. ἐς τὸν πόλεμον
post ἡ πρόνοια haud pauci erunt, ut opinor, qui mihi concedant.
Quocirca admodum quidem probabile est hic, ut alibi sexcenties,
interpolatori deberi quod bono scriptore indignum esse apparet,
invictis argumentis tamen hoc et huius generis alia bene multa
demonstrari non possunt.

Nec alia ratio eiusdem additamenti ἐς τὸν πόλεμον est in
fine eiusdem sententiae:

Ibidem § 7.

ἂ κατορθούμενα μὲν τοῖς ἰδιώταις τιμὴ καὶ ὠφέλεια μᾶλλον ἦν,
σφαλέντα δὲ τῇ πόλει [ἐς τὸν πόλεμον] βλάβη καθίστατο.

Quamquam quem aures non monent inclusis vocabulis orationis
nervos infringi, eum hominem aures religiosas et teretes non
habere crediderim.

Ibidem § 10.

Pericles in civitate facile princeps erat ἐγίγνετό τε λόγῳ μὲν
δημοκρατία, ἔργῳ δὲ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. οἱ δὲ ὕστερον
ἴσοι [αὐτοὶ] μᾶλλον ^{a)} πρὸς ἀλλήλους ὄντες καὶ δρεγόμενοι τοῦ
πρώτος ἕκαστος γίγνεσθαι ἐτράποντο καθ' ἡδονὰς ^{b)} τῷ δήμῳ [καὶ] ^{c)}
τὰ πράγματα ἐνδιδόναι.

a) duo codd. C et G et Aristides habent μᾶλλον αὐτοί; b) <πρὸς τὸ> καθ' ἡδονὰς
coniecit Badhamus; c) καὶ recte om. G.

In hac sententia v. αὐτοί, quod uncinis inclusi, vitiosum
et sensu cassum est ¹⁾. Sed remedium paratum habeo. Compo-
nam Thuc. VIII 89 s. f.:

1) Classenius frustra vertere conatur: „diejenigen, welche an sich (αὐτοὶ d. h. in ihrem wahren Werthe) sich gleich standen.” Cui obloquitur Croisetus nihilo melius interpretans: „chacun à l'égard des autres.”

πάντες γὰρ αὐθμερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι

et ad hanc lucem transposito atque correcto pronomine αὐτοὶ rescribendum esse moneo:

οἱ δὲ ὕστερον ἴσοι μᾶλλον πρὸς ἀλλήλους ὄντες καὶ δρεγόμενοι τοῦ πρῶτος <αὐτὸς> ἕκαστος γίγεσθαι.

πρῶτος <αὐτὸς> Herwerdeno quoque olim placuit (*Stud. Thuc.* p. 32): postea tamen in editione librorum lectionem retinuit.

II c. 79 § 3

οἱ δὲ ἰππῆς τῶν Χαλκιδέων καὶ * ψιλοὶ νικῶσι τοὺς τῶν Ἀθηναίων κτέ.

Imo: καὶ <οἱ> ψιλοί.

II c. 102 § 5.

λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμέωνι τῷ Ἀμφιαράῳ, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν Φόνου τῆς μητρός, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν κτέ.

Recentiores interpretes Krügerum, Classenium, Croisetum alios si audias, infinitivus ille ἀλᾶσθαι, pro quo merito indicativum expectes, prorsus nullam difficultatem habet. Ne restet scrupulus, suffecerit, ut aiunt, paullo superius comparavisse II, 93. 3: οὔτε γὰρ ναυτικὸν ἦν προφύλασσον ἐν αὐτῷ οὐδὲν οὔτε προσδοκία οὐδεμία μὴ ἂν ποτε οἱ πολέμιοι ἐξαπιναιῶς οὕτως ἐπιπλεύσειαν, ἐπεὶ οὔτ' ἀπὸ τοῦ προφανοῦς τολμῆσαι ἂν, οὔτ' εἰ καθ' ἡσυχίαν διεννοῦντο, μὴ οὐκ ἂν προαισθῆσθαι. vel I, 91 § 4 seq.: Θεμιστοκλῆς . . . ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετειχίσται ἤδη . . . εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι αὐτῶν, πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τὸ λοιπὸν [ἶναι del. Classes] τά τε σφίσι αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά. τὴν τε γὰρ πόλιν ὅτ' ἐδόκει ἐκλιπεῖν [ἄμεινον εἶναι del. Badham] . . . ἄνευ ἐκείνων [ἔφασαν del. Krüger] γνόντες τολμῆσαι, καὶ ὅσα αὐ μετ' ἐκείνων βουλευέσθαι (= ἐβουλεύοντο), οὐδενὸς ὕστερο γνώμη φανῆναι. Et mehercle exigua res est ex optimis scriptoribus tam Romanis quam Graecis ingentem huiusmodi exemplorum nubem afferre in quibus cunctis tamen ut et II. laudatis quaecumque ἐν παρενθέ-

σειν occurrunt verba infinita, ex infinitivo modo in praegressa sententia commodam et naturalem habent explicationem. Quod nostro loco secus est. Quapropter operae pretium est in memoriam revocare quid HENRICUS STEPHANUS summus philologus ad hanc § annotaverit:

„Unde, inquit, pendere hunc infinitivum (ἀλλᾶσθαι) dicemus? „Alter quidem certe infinitivus χρῆσαι pendet a verbo λέγεται: „sed hic quoque ab eo pendere, non video quomodo dici possit: „praesertim cum haec velut per parentheses intericiantur: ὅτε δὴ „ἀλλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν Φόνον τῆς μητρός. Quid si igitur verbum ξυνέβη a librario omissum dicamus?”

STEPHANUS meo quidem iudicio et loci, ut nunc habet, vitium acute perspexit et simul vidit quomodo tollendum esset... licet quasi per transennam. Cui bono enim erit cum Stephano inserere ξυνέβη vel simile quid, cum ipsa Thucydidis manus e librorum MSS. scriptura levissime tantum deformata tam clare pelluceat?

Ut sanata sit sententia satis est pro ὅτε δὴ reponere: ὅτ' εἰ ἀλλᾶσθαι αὐτόν, cum ei post matris caedem vagandum esset.

Quam frequenter η et ε: a librariis inter se confundantur novimus omnes quotquot in arte palaeographica non plane hospites sumus. Iuniores, si tanti est, inspiciunto mihi apparatus Hudianum ad Thuc. II, 40. 3: διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ τῶδε ἔχομεν ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα κτέ·

Codd. A et B exhibent δετ.

Scripsi Bruxellis mense Octobri anni MDCCCXCIX.

APULEIUS.

Apul. Met. V, 28: *Tunc indignata Venus exclamavit vel maxime*: ... Luetjohann (act. soc. phil. Lips. III p. 463) 'vel maxime' transposuit ante 'indignata'. Quem sequitur v. d. Vliet. Utrumque fugit sub illa voce *vel* (ut Fφ) latere *ut*; cf. c. 29 *quam maxime boans* et VI, 8 *statimque quantum maxime potuit exclamat*. De elocutione *ut maxime* (sc. potuit) hoc loco non dicam.

J. W. BECK.

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(Continuantur ex Vol. XXVII pag. 284).



LXXXIV.

DE ACTIONIS DENEGATIONE.

Credit Bülow ¹⁾ aliam esse vim et effectum actionis denegationis, quae fiat per magistratum, aliam absolutionis, quae fiat per iudicem. Si magistratus denegaverit actionem, *instantiam* tantummodo periisse, iterumque agi posse; sin iudex absolverit, iterum agenti obstare rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem. Quam doctrinam nullis confirmat argumentis, eadem statim concidit, reputantibus, cuius rei instantia ²⁾ periisse dicenda sit, si sequamur Oscari Bülow opinionem? Nam invenietur nulla. Aliud dicemus, si de novo iure quaesierimus, nam ibi perire potest instantia libelli vel denuntiationis cuius ea vis est, ut ad respondendum teneatur adversarius ³⁾, perierit autem, postquam hunc ab instantia iudex liberaverit, vel, cum Valentiniano ⁴⁾ et Iustiniano ⁵⁾ ut loquamur, *ab observatione iudicii relaxa(verit)*. Nam ipsum vocabulum absolutionis *ab instantia*,

1) *Lehre von den Prozesseinreden* (1868) p. 8, 274, 281.

2) *Instantia* est alia, quae in facto consistit (l. 32 pr. D. 22. 1: *repetendi debiti*, l. 33 pr. eod.; Iustin. c. 2 pr. C. 2. 58 s. 59), alia, quae in iure. Hanc solam perire posse, palam est.

3) Symm. Rel. 32 § 3.

4) c. 1 § 14 Nov. *de episcop. iudicio* (tit. 34).

5) c. 13 § 2a C. 3. 1.

quod hodie frequentatur, adeo ignorat Triboniani dominus, ut cum detrimento sententiae etiam hanc simpliciter *absolutionem* appellet ¹⁾). Fuit quoque absolutio ab instantia edicti peremptorii ²⁾, si post edictum propositum is abesset, qui id impetrasset; quae instantia eo continebatur, ut in absentem valeret condemnatio. Sed denegationem actionis eandem vim habere atque plenam *absolutionem*, vel eo demonstratur, quod, *si controversia erit, id est, si ambigitur, an teneat exceptio, iudicium constituitur sub exceptione, sin minus, ipse praetor statim denegat actionem* ³⁾, erit igitur secundum Oscari Bülow sententiam melior condicio convicti calumniatoris, quam qui bona fide litiget. Accedit, quod *iudicatum est non tantum id de quo sententia lata est, sed etiam de quo decretum interpositum, sive detur actio sive non detur* ⁴⁾, nec *adversus decreta magistratum remedium (u)llum est* ⁵⁾, quod quo pertineat dicat cui videatur integra res esse. Quamquam, ne quid dissimulemus, facit prima facie pro Oscari Bülow doctrina ab ipso praetermissus Ulpiani locus, ubi is ex auctoritate Servii negat actionem, quae exempta esse dicatur, restitui eam, quam *causa cognita* ⁶⁾ *denega(verit) magistratus* (l. 26 § 4 D. 4. 6). Videtur igitur tempore eximi posse, quae denegata sit, quod ut procedat, sumendum est ipso decreto actionem non consumi. Sed probabilius est Servium hoc dicere voluisse: clausulam *sive cui per magistratus sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur* ad ea tantum pertinere, quae tempore exempta sint quum per magistratum negotium traheretur, non etiam ad subvertenda magistratum decreta porrigendam esse ⁷⁾.

1) c. 13 § 2c C. 3. 1: *actor contumax cadat omnimodo lite, si reus absolvetur, id est (§ 2a), si reus ab observatione iudicii relaxabitur. Item (§ 5) in sola absolute.*

2) L. 73 § 2 D. 5. 1 (cf. l. 23 § 3 D. 49. 1: *edicti denuntiationem rumpere*).

3) L. 9 pr. D. 12. 2.

4) ad Herenn. II. 18 § 19.

5) Quintil. Instit. V. 2 § 5. Non tollit his verbis appellationem sed sumit appellatum non esse. Cf. l. 23 § 1 D. 12. 6.

6) Cf. l. 97 § 2 D. 45. 1.

7) In superioribus clausulis est: *sive cuius actionis eorum cui dies exisse dicetur et mox: actione ve qua solutus ob id quod dies eius exierit*. Ergo hic quoque tacite supplet: *ob id quod dies eius exierit*, sicut vocabulum plurimi Sabinus in tertio capite legis Aquiliae (Gai. III § 218).

Alioquin, denegata quae sit actio, periisse eam, indicat iurisconsultus, ubi monet (l. 19 D. 39.1): *denegata executione operis novi* ¹⁾ *nihilominus integras legitimas actiones manere*. Licet enim duplex sit conceptus denegationis: strictior, quem *propriam* appellat Lenel ²⁾, ubi praetor copiam iudicis non facit ³⁾, latior ubi vel non facit vel facit quidem sed vincendi spem exceptione praecludit ⁴⁾, apparet tamen non posse denegationis conceptu ipsam denegationem excludi. Itaque consumitur actio, quum praetor formulam denegaverit. Quod perspexisse videtur Savigny, sed non recte docet in eam rem non sufficere rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem ⁵⁾, est enim *iudicatum* id de quo *decretum interpositum* sit sive detur actio sive denegetur ⁶⁾. — Potest magistratus ita actionem denegare, ut simul aliam decernat, cuius rei exemplum est apud Ulpianum l. 49 D. 10. 2: *si quis testatorem iussus a praetore sepelire* ⁷⁾, *servum hereditarium distraxit*, deinde conveniatur *ex emto* ⁸⁾ ad stipulationem duplae interponendam, *decernere praetor(em) debe(re) esse* ⁹⁾ *emptori adversus heredem existentem* ¹⁰⁾ *actionem ex emto, si res distracta fuisset evicta*. Cui speciei proxime accedit interlocutio, quam novimus adsidente Ulpiano prolatam esse in eius causa, cui, quum cautio ei extorta esset a Campanis, rescriptum erat: *posse eum a praetore in integrum restitutionem postulare*. Nam, quia nolebat ipse cognoscere ¹¹⁾, decrevit praetor (l. 9 § 3

1) Intellegitur interdictum, quod appellare consuevimus *demolitorium*. Cf. l. 5 pr., l. 7 pr. D. 39.1; l. 7 § 14 D. 2.14; Stölzel, *die Lehre von der op. nov. nunt.* (1865) p. 201 sq.

2) *Das edict. perp.* p. 117*.

3) Exempla sunt in l. 9 pr., § 5 D. 12.2; l. 23 D. 16.1; l. 21 § 9 D. 4.8 (*si paratus sit in eundem compromittere, actionem denegari aut exceptione tutum fore*).

4) Aliquot exempla collegit Lenel, *Ueber Ursprung und Wirkung der Exceptionen* (1876) p. 18-24. — Cf. praeterea l. 12 D. 4.4; l. 7 § 4 (ia. § 6) D. 14.6; l. 24 § 2 D. 5.1 ia. l. 28 § 1 eod. (deleto, ut in Palingenesia, *Trebellian*).

5) *System VI § 284 not. c.* Addit: *«indessen mag man doch irgend eine Form gefunden haben, um auch diesem abweisenden Decret die Rechtskraft zu sichern.»*

6) Locum supra dedimus (ad Herenn. H. 13 § 19).

7) Cf. l. 12 § 4, § 6 D. 11.7.

8) Cf. l. 31 § 20 D. 21.1.

9) I. e. futuram esse (cf. l. 5 D. 37.4).

10) I. e. exstaturum.

11) Cf. l. 8 D. 4.1.

D. 4. 2) *ut* ¹⁾ *sive actione vellet adversus Campanos experiri esse propositam sive exceptione adversus petentes, non deesse exceptionem.* Est ex eodem genere decretum Q. Ciceronis, quod servavit nobis Marcus frater in pro Flacco oratione (21 § 49). Sed est notandum hunc petitori Heraclidæ, dum alteram ei salvam facit actionem, illuisse magis quam decresse *pro sua aequitate prudentiaque*, quam palam commendans frater èt alios decepit èt Fridolinum Eisele ²⁾. Sed re perspecta cognoverimus hominis iracundiam, quam domi reprehendere solebat Marcus, qua *quum eum alicuius improbitas perversitasque commovisset, sic animo incitab(atur), ut ab omnibus ipsius desider(aretur) humanitas* ³⁾. Postulaverat actionem Heraclides adversus Hermipum ad repetenda mancipia, quæ ex causa iudicati eidem *vendidisset* ⁴⁾, quod recuperatores vi coacti falsum iudicavissent. Decernit Quintus, *ut, si iudicatum negaret, in duplum iret, si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores*, quo decreto permittebat adversæ parti restituti mancipiis ex integro mandati ⁵⁾, vel cum infitiantè in duplum agere ⁶⁾. Itaque mirum non est Heraclidam neutrum fecisse, sed potius adisse M. Grattidium, cui mandata erat iurisdictio, qui simpliciter, quod per ambages Quintus, *actionem se daturum negavit: re iudicata stari ostendit placere.* — Videamus, quis actionem denegare possit. Et scribit Ulpianus ⁷⁾: *eius es(se) actionem denegare, qui possit et dare.* Quod verum est, si quis ius Romanum spectat, quod fuerit post legem Aebutiam; nam, quod legis actiones aliquando prætores denegaverint ⁸⁾, quod factum esse potest formularum exemplo, eo sane non demonstratur ab initio hoc competitivisse. Apud Græcos utique perinde dant actiones magistratus atque apud Romanos (cf. *Inscr. jurid. grecques* XI § 9: *τόνκαλειμένοι*

1) Nota *ut* (cum infinitivo).

2) *Abhandl. z. röm. Civilproz.* (1889) p. 161: *„Allem nach scheint es mir gerechtfertigt, wenn Cicero gelegentlich dieses Decrets von aequitas und prudentia seines Bruders spricht.“*

3) Ad Q. Fratrem I. 1. 13 § 37 sqq.

4) I. e.: in solutum dedisset (Eisele, op. cit. p. 160 not. 37).

5) Cf. Cic. pro Flacco 20 § 47.

6) Ex causa iudicati.

7) L. 102 § 1 D. 50. 17.

8) Valer. Max. VII. 7 § 5 (*Herodes lege agere passus non est*). Ex professo ea de re quaeremus cap. XCVI.

τὰν δίκαν δόμεν τὸν ἀρχὸν ἐν τριάκοντ' ἀμάραις), vel certe introducunt in iudicium litigatores ¹⁾, quod eodem redit, quid enim differunt introducere in iudicium, atque δοῦ(ναι) κατηγορίαν ²⁾? Unde dicuntur apud quosdam populos, velut Athenienses ³⁾ et Arcesinenses ⁴⁾, εἰσαγωγῆς, nec potest absque eorum interventu litigator *apud iudices intrare* (cf. § 6 Inst. I. 12; Tribon. l. 61 § 1 D. 23. 3), sicut est apud Demosthenem in Midiana (§ 3): κατηγορήσων, ἐπειδὴ τις εἰσάγει, πάρειμι. Hos tamen nusquam legitur veram denegandi iudicii habuisse potestatem, nam, quod scribunt Meier et Schoemann ⁵⁾ magistratus Athenienses potuisse privatorum actiones non admittere (μὴ ἀποδέχασθαι), quin immo admissas circumducere (διαγράφειν), utrumque verum est ⁶⁾; sed non suo arbitrio verum aut κατὰ συγχώρησιν τοῦ δῶκοντος ⁷⁾, aut ex lege ⁸⁾, veluti quod τὰ πρυτανεία non solvantur. Quae, sicuti Romae sacramenta ⁹⁾, ita oportebat καταβαλεῖν πρὸ τῆς δίκης τὸν δῶκοντα καὶ τὸν διωκόμενον ¹⁰⁾, hoc solo discrimine, quod Romae victi tantum sacramentum publico cedebat, verum πρυτανεία utraque, ita tamen ut sua victor a victo reciperet ¹¹⁾. Quodnisi τὰ πρυτανεία depo-

1) Apud Athenienses ipsis magistratibus iudicia dabant Thesmothetae, illi deinde privatos introducebant (Aristot. de rep. Ath. cap. 59 § 1: καθ' ἕτι γὰρ ἂν οὗτοι δῶσιν, κατὰ τοῦτο (αἱ ἀρχαί) χρωῖνται).

2) καὶ ἀπολογίαν (Aristot. de rep. Ath. c. 55 § 4).

3) Apud Athenienses ἔτ generale nomen est τῶν εἰσαγωγέων (Demosth. XXXVII § 33, 34) ἔτ speciale eorum, οἱ τὰς ἐμμήνους εἰσάγουσι δίκας (Aristot. de rep. Ath. cap. 52 § 2).

4) Habet Arcesinense decretum (*Bull. de corr. hell.* XII (1888) p. 232) lin. 40: εἰσαγωγεὺς εἰσαγέτω. Editor (p. 234 not. 1) vertit „ανουέ,” quia nimirum statim sequitur (lin. 43): ὁ εἰσαγωγεὺς ἐκάτερος ὀφελέτω, sed legendum est: ἐκατέροις. — Praeterea commemorantur in: *Inscriptions jurid. grecques* V § 4, et sub Ptolemaeis qui iudicio chrematistarum interfuerint, sed ita ut de eorum officio non constat.

5) *der attische Prozess* (1824) p. 26 (Lipsius, p. 42), p. 599 sqq. (Lipsius, p. 795 sqq.).

6) *Lys.* X § 10 (οὐδ' ἂν τῶν ἕνδεκα γενόμενος ἀποδέξαιο); XIII § 86 (οἱ ἕνδεκα οἱ παραδεξάμενοι τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην); Aristot. de Rep. Ath. 48 § 5 (οἱ δὲ θεσμοδέται, ἔαν παραλάβωσιν, πάλιν εἰσάγουσιν); Demosth. XLVIII § 26 (διέγραψεν ὁ ἄρχων . . . τὴν ταυτοῦ . . . ἀμφισβήτησιν).

7) Suid. v. διαγραφὴ δίκης. Cf. Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 104.

8) Demosth. XLVIII § 26 (κατὰ τὸν νόμον).

9) Antequam scilicet sacramentorum nomine praedes dari coepti sunt.

10) Poll. VIII. 38.

11) Ergo victus ἀπεδίδου (= perdebat) τὸ παρ' ἀμφοτέρων δοθὲν (Poll. l. l.).

nebantur, *δίγραφοι τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγῆς* ¹⁾). Qua re cogebatur actor non sua tantum, sed adversarii quoque *πρυτανεῖα* deponere ²⁾, vel solius adversarii, si causa talis erat, ut ipsi actori τὰ *πρυτανεῖα* remittenda essent. Remittebant enim leges (τῶν *πρυτανείων τὴν*) *παρακαταβολή(ν)* ³⁾ iniuriarum agenti ⁴⁾, eaque causa est, cur Theophemus apud Demosthenem XLVII § 64 una *πρυτανεῖα* (triginta drachmas) exigat, id est, non sua ⁵⁾, qui iniuriarum egisset (§ 45), sed adversarii, quae progasset, *ἐπωβελίαν* autem, non quia *ἀντεγράψατο* ⁶⁾ — primum quia τὴν *ἐπωβελίαν* non sperat sed vitat ὁ *ἀντιγραφάμενος* ⁷⁾, deinde vero quia ne *ἀντεγράψατο* quidem, sed *ἀντιπροσεκαλέσατο* ⁸⁾ Theophemus — sed ideo, quia, opinor, in actione iniuriarum non ut in ceteris actionibus, quae quidem habeant τὴν *ἐπωβελίαν*, actori, sed reo hoc *ἐπιτίμιον* infligitur ⁹⁾. Nam hoc modo omnis difficultas evanescit, non eo qui placet Hermanno Ferdinando Hitzig ¹⁰⁾, in *ἀντιπροσκήσεσιν* transire τὴν *ἐπωβελίαν*; novimus enim in actione iniuriarum favorabilem esse actoris causam (Isocr. XX § 2); altera sententia quas difficultates habeat, ne Hitzig quidem dissimulat ¹¹⁾. Inciderant in aliud erroris genus Meier et Schoemann ¹²⁾, dum putabant *ἀντιπρόσκλησιν* (Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) p. 664³: *Gegenklage*) veram

1) Poll., l. l.

2) Hoc viderunt Meier et Schoemann, op. cit. p. 604 (Lipsius p. 800).

3) Cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 617 (Lipsius p. 815).

4) Isocrat. XX § 2. Remittere Isocratem agenti (*dem Kläger*) τὴν *παρακαταβολήν*, vidit Hitzig, *Iniuria* (1899) p. 12, nam litigatoribus putabant Meier et Schoemann, op. cit. p. 618 (Lipsius p. 810 sq.). In *ἀντιπροσκήσεσιν* quidem Hitzig (p. 22) reum liberat.

5) *Sua* putabat Hitzig, *Iniuria* (1899) p. 22; fuisse autem deponenda, quia *ἀντιπροσεκαλέσατο*.

6) Hoc putabant Meier et Schoemann, op. cit. p. 618, 653 (Lipsius p. 811, 858 sq.), eandem vero ob causam *πρυτανεῖα* fuisse deponenda.

7) Poll. VIII. 58. Vidit hoc Hitzig, *Iniuria* (1899) p. 21².

8) Interesse, statim demonstrabimus.

9) *εἰ μὴ μεταλάβοι τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων* (cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 780²; Lipsius p. 948 not. 518).

10) *Iniuria* (1899) p. 20 sq.

11) Ergo ad fictionem decurrit non probabilem: *man sah die Sache so an, dass der Unterliegende zugleich den Prozess, in dem er Kläger war, verloren hatte.*"

12) Op. cit. p. 652 (Lipsius p. 858).

esse *ἀντιγραφὴν* (*Widerklage*), quos refellit Pollux (VIII. 58): ἡ *παραγραφὴ* *ἀντιγραφῆ* (i. *ἀντιγραφὴ* *παραγραφῆ*) *ἕοικεν*, quod non convenit τῇ *ἀντιπροσκήσει*, et simul refellit Rudolphum Dareste ¹⁾ existimantem veram *ἀντιγραφὴν* (*demande reconventionnelle*) iure Attico non esse, a quo caverant errore Meier et Schoemann ²⁾. — Ergo *διαγράφουσι τὴν δίκην οἱ εἰσαγωγῆς*, quod τὰ *πρυτανεῖα* non solvantur. *Διαγράφουσι* praeterea, quod actor defuerit *καλούντων αὐτὸν εἰς τὴν ἀνάκρισιν τῶν ἀρχόντων* ³⁾ vel *εἰς τὸ δικαστήριον* ⁴⁾, vel quod actio non sit *εἰσαγωγίμος*, disceptant enim (*ἐξετάζουσιν*) magistratus, *εἰ ὄλως εἰσάγειν χρή* ⁵⁾. Quamquam arguetur ideo sententia, quia videtur tolli hoc modo ius *παραγραφῶν*; ubi enim reus intendit *μὴ εἰσαγωγίμον εἶναι τὴν δίκην*, id est ubi *παραγραφὴν* obicit ⁶⁾ vel *ἐξωμοσίαν* ⁷⁾, debet hoc obstaculum removeri secundum ius priscum actoris *διαμαρτυρίᾳ* ⁸⁾ (*εἰσαγωγίμον εἶναι*), quod nisi fecerit, obiectionem reus confirmat per *διαμαρτυρίαν* (*μὴ εἰσαγωγίμον εἶναι*) ⁹⁾, et erit actio propter *διαμαρτυρίαν* aut *εἰσαγωγίμος* aut *οὐκ εἰσαγωγίμος*, donec ipsa *διαμαρτυρία* convellatur *ψευδομαρτυρίων δίκῃ*. Licet enim rei *διαμαρτυρίαν* non constet obstitisse, donec testis *ψευδομαρτυρίων* damnatus sit ¹⁰⁾, tamen probabiliter ita ius fuisse coniciunt Meier et Schoemann ¹¹⁾ exemplo quum pro actore *διαμαρτυρίας* (Lys. XXIII § 14), tum *διαμαρτυρίας μὴ ἐπίδικον εἶναι*, quae obicitur *ἐπίδικαζομένῳ κλήρου ἢ ἐπικλήρου* ¹²⁾. Ergo secundum ius vetus *διαμαρτυρία* omnis, nisi removetur, *παρα-*

1) *Plaidoyers civils de Démosthène* I (1875) p. 384 (18).

2) Op. cit. p. 651 (Lipsius p. 857).

3) Demosth. LVIII § 8.

4) Modo iudices pronuntiant *τῆς δίκης ἕνεκα ἀπειναί τοῦτον* (Demosth. XLVIII § 25).

5) Harpocrat. v. Ἀνάκρισις.

6) Est enim omnis *παραγραφὴ* intentio eius quocum agitur, *μὴ εἰσαγωγίμον εἶναι τὴν δίκην* (Poll. VIII. 57).

7) Suid. v. ἐξωμοσία.

8) I. e. *προβολῆ μάρτυρος* (cf. Harpocr. *Διαμαρτ.*, Isocrat. XVIII § 11).

9) Harpocrat. v. *Διαμαρτυρία*. Utriusque *διαμαρτυρίας* exemplum invenitur, pro actore apud Lysiam XXIII § 13; pro reo apud Isocratem XVIII § 11.

10) Damnari posse constat (Isocrat. XVIII § 11).

11) Op. cit. p. 640 (Lipsius p. 843).

12) Haec *διαμαρτυρία*, quia admittit *αὐτὸν (μάρτυρα) ἐπιγράφεσθαι* (Meier et Schoemann, op. cit. p. 642—644; Lipsius p. 846—848) proprie *διαμαρτυρία* non est, sed initio fuisse potest.

γραφῆ confirmatur, verum novo iure ¹⁾ ipsa in iudicium deducitur ²⁾, ut declaretur iudicium sententia sitne principalis actio εισαγωγίμος necne. Ergo prisco iure res pendet ex eventu τῶν διαμαρτυριῶν et ψευδομαρτυριῶν δίκης, novo iure ex iudicii exitu, quod de exceptione obiecta constituitur; ex neutro iure dirimitur cognitione magistratus. Rursus, quum sit sine dubio παραγραφῆ (περὶ ὧν ἂν ἄπαξ γένηται δίκη ³⁾), tamen apud Demosthenem (XXIV § 55) legitur: ὁ μὲν (νόμος) περὶ ὧν ἂν ἄπαξ γυνῶ δικαστήριον μὴδ' ἐπιψηφίζειν Φησὶ τῶν ἀρχόντων παρὰ ταῦτα μηδένα. Quid igitur est? Putant Meier et Schoemann ⁴⁾ potuisse magistratus εἰ ὅλως εἰσάγειν χρή disceptare, sed ⁵⁾ ius eorum valde fuisse circumscriptum („sehr beschränkt“); accuratius dici potest, apud magistratum verbo tenus causam dicendam fuisse, quidni actio esset εισαγωγίμος ⁶⁾, — velut apud Isocratem (XVIII § 11): προβαλλομένου δ' ἐμοῦ μάρτυρα, ὡς οὐκ εισαγωγίμος ἦν ἡ δίκη διαίτης γεγενημένης et item apud Lysiam (XVII § 5): πέρυσι μὲν οὖν διέγραψάν ⁷⁾ μου τὰς δίκας ἔμποροι φάσκοντες εἶναι, — causa dicta magistratum cognovisse, essetne causa probabilis ⁸⁾, omni controversia vel de facto vel de legis interpretatione salva. Hactenus igitur concedo κατὰ διάγνωσιν τοῦ ἄρχοντος ⁹⁾ potuisse actionem et debuisse διαγράφεσθαι ¹⁰⁾, ipsius enim fuisse, quodsi ἡ παραγραφῆ videretur probabilis, (ταύτη δίδόναι) χρῆσθαι atque simul διαγράφειν τὴν

1) De huius iuris origine cf. Isocrat. XVIII § 1, § 2.

2) In eo iudicio reus pro actore est (Demosth. XLV § 6: προλαβὼν δέ μου ὥστε πρότερον λέγειν διὰ τὸ παραγραφῆν εἶναι; Isocrat. XVIII § 1).

3) Poll. VIII. 57. Cf. Isocrat. XVIII § 11.

4) Op. cit. p. 681 (Lipsius p. 833).

5) Op. cit. p. 646 not. 3^R (Lipsius p. 850 not. 234). Cf. ibid. p. 600 (L p. 796).

6) Suid., v. ἔξωμοσία: ὅταν τις φάσκη μὴ δεῖν εἰσάγεσθαι τὴν δίκην, εἴτα καὶ τὴν αἰτίαν, εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιούν, ἐδίδοτο αὐτῷ ἔξωμοσία (= παραγραφῆ) χρῆσθαι.

7) Rescribendum non est διεγράψαντο (= remis(er)unt), sed vertendum circumduxerunt, quod fit quidem per magistratum, sed, ut fiat, efficit reus. Itaque διαγράφειν is quoque recte dicitur. Cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 30 (Lipsius p. 45) not. 12, qui nihilominus p. 27 (Lipsius p. 42) not. 3 emendare cupiunt Lysiam.

8) Suid. l. l. εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιούν.

9) Ex emendatione Hemsterhusii (τοῦ ἄρχοντος pro τυχόντος).

10) Suid. v. διαγραφῆ δίκης.

δίκην¹⁾, actoris autem τὴν παραγραφὴν convellere. — Vetatur adhuc legibus magistratus δοῦναι τὴν ψῆφον, quum quis libellum conventionis (δίκης λήξιν) porrexerit, nec testem vocationis adscripserit²⁾, vel saltem sistat³⁾. Quia enim iure Attico neque magistratus προσκαλεῖται, neque vocatus, nisi is forte peregrinus est⁴⁾, ad tribunal statim sequitur, sed expectat (ἄρχοντος κλήσιν) εἰς τὴν ἀνάκρισιν⁵⁾, ideo iure Attico sicuti Salico⁶⁾ cum testibus oportet μαρτυρεῖν, id est in ius vocari⁷⁾. Proinde non videtur mentiri Hesyechius (v. ἀπρόσκλητος δίκη), quum scribat, (ὅτι) ἢ μὴ τυχοῦσα κλητόραν (δίκη) οὐκ ἦν εἰσαγωγίμος, licet etiam verum sit testimonium Pollucis (VIII. 62): εἰ δὲ μὴ προσκαλεσάιτό (τις), ἀτελής ἢ δίκη, quia, quae ἀτελής, vel magis ea οὐκ εἰσαγωγίμος. Nihilominus inanis fuerit oportet querela Demosthenis de Stratone nec in ius vocato et condemnato⁸⁾, quod sic colligo. Εἰσαγγέλλειν permittitur εἰς τοὺς διαιτητάς, sive praestat πρὸς τοὺς δικαστάς⁹⁾, quum quis a suo diaeteta (ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ) iniuriam passus sit¹⁰⁾. Huius intentionis excipiendae causa omnibus diebus anni sui copiam sui ultro facere (ἐρχεσθαι) debent singuli diaetetæ¹¹⁾, itaque quia aut in iure¹²⁾ sunt aut pro praesentibus habentur, nulla

1) Scribit Pollux VIII. 57 (τὴν δίκην) ὑπὸ τῆς παραγραφῆς ἀναίρειν (εἶσθαι) καὶ διαγράφεσθαι, Suidas autem (v. ἐξωμοσία) statim hoc fieri, quum probata sit ipsa excipiendi causa: εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιοῦν, εἰδίδοτο αὐτῆ ἐξωμοσία (= παραγραφῆ) χρῆσθαι, καὶ οὕτως διεγράφετο ἡ δίκη. In re simili cf. Isae. V § 17.

2) Demosth. XXI § 87 (κλητήρ' οὐδ' ὄντιν οὖν ἐπιγραφάμενος).

3) Hoc sufficere putat Lipsius, *Att. Prozess* p. 797¹¹⁶.

4) Peregrinus πρὸς τὸν πολέμαρχον (ἐλευεται) (Isocrat. XVII § 12). Cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 580 not. 20 (Lipsius p. 776 not. 84).

5) Demosth. LVIII § 8.

6) L. Salica (ed. Behrend 1897) I § 8.

7) Acute observat Heffter, *Athen. Gerichtsverf.* (1822) p. 284 sq.: „dies (hätte) nicht sein können (l. brauchen), wenn die Ladung (entweder) unmittelbar von dem Archonten ausgegangen, oder der Beklagte sofort zu ihm geführt worden wäre.“

8) Cf. Lipsius, *Att. Prozess* p. 335 (not. 385).

9) Διαιτητάς nunc est apud Aristotelem, sed legit δικαστάς Harpocration. Quod si vera est Harpocrationis lectio, intelligendi sunt οἱ τετταράκοντα.

10) Aristot. de rep. Athen. 53 § 6, Harpocrat. v. εἰσαγγελία.

11) Ergo Midias, quum Stratoni insidias strueret, expectavit τὴν τελευταίαν ἡμέραν τὴν τοῦ Σκίροφοριῶνος (= τοῦ ἐνιαυτοῦ), εἰς ἣν ὁ μὲν ἔλθε τῶν διαιτητῶν, ὁ δ' οὐκ ἔλθε. Cf. Lys. XXVI § 6.

12) Cf. Demosth. LVII § 12 (ἐν τῇ ἡλιαῖα).

in ius vocatio desideratur, quasi se obtulerint. In iudiciis enim oblatitiis, quæ in usu *provocationes* appellantur ¹⁾, id est, in quibus reus actori se offert vel certo, quæ provocatio *specialis* dici solebat ²⁾, vel omni, quæ *generalis* dicitur ³⁾, palam est actori in ius vocationem remitti, aut, ni remittatur, dicis causa tantum iri interpositum. Quomodo enim imperari potest *ut in ius ea(t)*, qui ultro venit? Inveniuntur autem iudicia oblatitia iure Attico quamplurima, unde maior iniquitas fuit Alcibiadi non dandi ⁴⁾. Quæ diriguntur omnia ⁵⁾ in actorem incertum, non, ut apud Romanos et Germanos ⁶⁾, partim in actorem certum partim in omnem. Licet enim percrebruerit opinio apud Romanos oblatitia iudicia incognita fuisse ⁷⁾ — postquam demonstratum est ⁸⁾ non inesse provocationem c. 5 C. 7. 14 — attamen habent *generalem* provocationem c. 6 C. 8. 25 (26) et c. 11 pr. C. 11. 59 (58), habet *specialem* c. 4 C. 5. 56, quam putamus nos, licet scripta sit de *actione tutelae*, tamen ad omnes omnino actiones porrigendam esse. Nec negligendum est in duplum revocationem, quæ adversus iudicati executionem interponi solet, natura sui habere iudicii oblationem ⁹⁾. Ex diverso l. 29 § 2 D. 4. 4 (cf. Savigny, *System* § 337 (VII p. 231) not. *h*) in hunc censum non venit, siquidem *ad agendum* ibi intelligi debet *ad respondendum* (sicut l. 11 § 1 D. 2. 1 et l. pr. D. 2. 13). Solebat apud Athenienses, ubi causa erat iudicii oblatitii, *κήρυγμα* interponi, veluti quum probarentur magistratus ¹⁰⁾ et quum rationes redderent ¹¹⁾: 'του του βούλεται τις κατηγορεῖν' et post *λήξιν* aut *κλήρου* aut *ἐπι-*

1) Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 103.

2) Iam enim sublata est (Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 134 not. 5).

3) Germanis hodie quidem "*Aufgebotsverfahren*" (*Civilprozessordnung* (1879) § 828 sqq.).

4) Thuc. VI. 29.

5) Omitto Proti provocationem Zenothemidis *ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὴν τῶν Συρακοσίων* (Demosth. XXXII § 18).

6) De Germanis cf. inprimis Planck, *Gerichtsverfahren* I (1879) p. 624.

7) Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 103^a.

8) Glück, *Erläuterung* § 533a (VI p. 484 sq.).

9) Cf. supra (cap. LXXX).

10) Aristot. de rep. Athen. 55 § 4.

11) Aesch. III § 23

κλήρου, εἴ τις ἀμφισβητεῖν βούλεται ¹⁾, quo praeconio tunc quoque utebantur ²⁾, quum pupilli heredis patrimonium elocaretur, optima sane ratione, quia haec locatio pro adiudicatione hereditatis cedit ³⁾. Quin immo maiorem vim habet οἴκου μίσθωσις, quam directa hereditatis adiudicatio, siquidem in hac specie licet non adesse ⁴⁾ atque postea via ordinaria ab adiudicatario semper vel ab herede eius intra quinquennium hereditatem vindicare ⁵⁾, in illa vero post τὴν μίσθωσιν nulla permittitur ἀμφισβήτησις ⁶⁾. Sicut in illis causis κήρυγμα, ita programma adhibetur ⁷⁾, quum aut fundus aut domus alienatur ⁸⁾ et vult emptor tutus esse *adversus futuram calumpniam* (cf. c. 4 C. 5. 56), alioquin rata est privata emtio ⁹⁾ sed periculosa ¹⁰⁾. Sive autem *προγραφαίς* sive *προκηρύξεσιν* agatur, plus non interest, quam quod illae facilius in omnium notitiam perveniunt ¹¹⁾. Itaque κλήρων et ἐπικλήρων λήξεσιν praescriptum erat, ut salvo *προκηρύξεων* iure, etiam (ἀναγιγνώσκοντο ἐν κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ) ὄπως μηδένα λά(θοι) μηδὲν ἔρημον γενόμενον ¹²⁾. Potest nihilominus sine ullo programme praeconiove ipsis rebus et factis provocatum videri ¹³⁾, veluti

1) Demosth. XLIII § 5; Meier et Schoemann, op. cit. p. 592 sq. (Lipsius p. 788 sq.).

2) Isac. VI § 37.

3) Nondum animadversum videtur. Aperte tamen docet Isaeus VI § 37 (ἀπεχειροτόνησαν οἱ δικασταὶ μὴ μισθοῦν) ia. § 45 (εἶναι κληρονόμους . . . ὑμεῖς ἀπεχειροτόνησατε). Hinc illustratur Isae. XI § 34.

4) Non adesse licere hodie pignoris vel bonorum venditioni scribit Endemann, *Civilprozessrecht* (1868) § 103 (p. 381), § 257 (p. 1017), § 290 (p. 1127), § 297 (p. 1150), quia scilicet ius nominis retinetur (§ 290 not. 3). Sed perit ius pignoris (§ 258 not. 16), si competeat. Ergo non prorsus liberum est.

5) Isac. III. 58 ia. VI § 4.

6) Isac. VI § 45.

7) Athenis quidem, alibi κήρυγμα. Ex iure Romano cf. c. 6 C. 8. 25 (26): *programme*; c. 11 pr. C. 11. 59 (58): *edictis*.

8) Theophrast. *περὶ συμβολαίων* (ediderunt cum commentario et Hofmann, *Beiträge z. Gesch. des griech. und röm. Rechts* (1870) p. 76-79, et Thalheim, *Rechtssaltterthümer* (1884) p. 128-134).

9) Demosth. XL § 58, 59. Cf. quoque Hitzig, *Zeitschr. der Sav.-St.* XVIII (1897) p. 177.

10) Ex diverso αἱ προγραφαὶ non fiebant gratis sed quadragesima posita (ὄπως) ὁ δικαίως ἐωνημένος φανερός ἢ τῷ τέλει, quod explicat Thalheim, *Rechtssaltterthümer* (1884) p. 128 not. 1, adhib. Demosth. XXXII § 18.

11) Nov. 112 c. 3 pr.

12) Aristot. de rep. Ath. 43 § 4.

13) De iure Saxonico cf. Planck, l.l.: *-d(as) Erbieten . . . kann ausdrücklich*

quum res φαίνονται ¹⁾ ut hostiles ²⁾. Habere similiter videtur provocationis instar omnis ἀπογραφή δημοευμένων, quapropter τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημοευμένων perinde ut τὰς λήξεις τῶν κλήρων καὶ τῶν ἐπικλήρων (ἀναγιγνώσκειν δεῖ ἐν κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ) ³⁾. Sed ceterarum quidem rerum, si quis suas esse dicit, iudicium constituitur ⁴⁾, τὰ (δ'), ἀπογραφόμενα χωρία καὶ οἰκίας omnimodo (οἱ ἔνδεκα) εἰσά(γουςιν) εἰς τὸ δικαστήριον ⁵⁾, ut constet iudicium sententia δημόσια εἶναι ⁶⁾, neque propterea contradictoris causa fit deterior ⁷⁾. Extra iudicia oblatitia non est πρόσκλησις peregrini, quia in ius ductio pro vocatione cedit ⁸⁾, sicuti servi in ius ductio apud Romanos ⁹⁾, quatenus is conveniri potest, id est ex delictis suis ¹⁰⁾. Sed ne civis quidem est πρόσκλησις in quibus causis cives ex vinculis causam dicunt, id est ἀπαγωγᾶς, ἐφηγήσεσιν, ἐνδείξεσιν, εἰσαγγελίαις, quae fiant εἰσαγγελίαι πρὸς τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ¹¹⁾, vel certe dicis gratia tantum in talibus ἢ πρόσκλησις interponetur ¹²⁾. Quo modo enim imperari potest ut in ius ea(t), cui eundi arbitrium ademptum est ¹³⁾? Actoris autem vincula τὴν πρόσκλησιν

erfolgen, versteht sich aber nach S(sp.) II 6 § 4 ohnedies als οι(π) stillschweigendes vom selbst." Atheniensium iure etiam fingi provocatum esse, supra demonstravimus.

1) Isocrat. XVII § 42.

2) Aristoph. Acharn. 819 sq.; 912 (et 914). Apud comicum clarius elucet, quam apud Lipsium (*Att. Pros.* p. 297 not. 286) aliam esse personarum φάσιν, rerum aliam.

3) Aristot. de rep. Athen. 43 § 4.

4) Hoc modo litigatum videtur Nicostratum inter et Apollodorum de mancipiis publicatis (Demosth. LIII).

5) Ibi προκήρυξιν interpositam esse, credibile est.

6) Aristot. de rep. Athen. 52 § 1. — Hoc genus διαδικασίαν agi puto a Lysia XVII, ubi tamen iudicio praesunt (§ 10) οἱ σύνδικοι. Qua de re cf. Lipsius, *Att. Prozess* p. 124.

7) Fieri putat Lipsius, *Att. Prozess* p. 309²¹⁰.

8) Hoc modo explicatur Demosthenes XXXII § 29: ἔμ' ἂν αὐτὸν προσκεῖλαι καὶ κατηγγύας πρὸς τὸν πολεμάρχον.

9) L. 8 pr. D. 2. 7.

10) L. 14 D. 44. 7. De iure Graeco cf. Meier et Schoemann, op. cit. p. 572 sq. (Lipsius p. 766 sq.).

11) Meier et Schoemann, *Att. Prozess* p. 580 sqq. (Lipsius p. 775 sqq.). Ceterum neque in ἐνδείξεσιν (Meier et Schoemann p. 584 not. 24, Lipsius p. 780 not. 89) neque in εἰσαγγελίαις (Lipsius p. 781 not. 89) semper ex vinculis causa dicitur.

12) Exemplum est in vita Antiphontis § 23. Batavus lector conferat: *Wetb. v. Strafs.* (1838) art. 146 (et Pols, *Leidraad* (1890) § 120, § 164).

13) Vidit hoc δ Τραπεύς (Philostr. VII 29).

non tollunt ¹⁾, potest enim in ius eius nomine vocare alius ²⁾. — Vidimus, quibus de rebus lex vetaret δούναι τὴν ψῆφον, in ceteris igitur cogebatur magistratus δέχεσθαι τὴν λῆξιν ³⁾ metu poenae, dabatur enim Athenis τοῖς ιδιώταις εἰσαγγέλλειν ἢν ἂν βούλωνται τῶν ἀρχῶν μὴ χρῆσθαι τοῖς νόμοις ⁴⁾, et erat similiter apud ceteros Graeciae populos provisum, ne magistratus de suo iudicium quodcumque denegarent, veluti in lege Lorenensium (*Inscr. jurid. grecques* XI), quam supra quoque laudavimus, ita est (§ 9): αἶ κα (τὰν δίκαν) μὲ διδοῖ ἄτιμον εἶμεν καὶ χρέματα παρατοφαγεῖσται. Qualis actio apud Romanos invenietur nulla ⁵⁾, sed comminatio sola in ὑβριστοδίκας: *quod quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur*, atque praeterea maioris iudicis appellatio ⁶⁾. Graecorum magistratum similis causa fuit atque τῶν τὰς δίκας εἰσάγοντων ⁷⁾ apud Romanos postea extitit, quam in secretariis ius dici consuevit. Spectavit enim exinde vel principem officii ⁸⁾ vel cornicularium vel cetera capita ⁹⁾ cura litigatorem advoca-

1) Demosth. XXIV § 81.

2) Ipse potest καταστήσας ἔγγυητάς (Andoc. I § 17), nisi hoc fieri aliqua lege prohibetur (Meier et Schoemann, op. cit. p. 585 not. 27; Lipsius p. 781 not. 92).

3) Testis est Demosthenes XXXIX § 17.

4) Aristot. de rep. Athen. 45 § 2.

5) Meram fabulam narrat Wlassak, *röm. Prozessges.* II (1891) p. 336: *„missbrauchte (der Praetor) sein Recht der Denegation, so musste er wohl eine Anklage (wegen Justizverweigerung) fürchten“* Hoc si fuisset, nullum fuisset ius honorarium.

6) c. 18 pr. C. Th. 11. 36 (cf. quoque Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 132 not. 59). Ex hodierno cf. *Code civ.* art. 4, *Code de procéd.* art. 505, *Code pénal* art. 185 (deque eius origine: du Cange v. *Defectus iustitiae*).

7) Nov. 119 c. 4, c. 5. — Similiter Interpr. c. 8 C. Th. 2. 1: *qui negotia intromittunt*.

8) c. 7 C. Th. 1. 16; c. 5 pr. C. Th. 1. (29); c. 4 C. Th. 6. 28 (= c. 1 § 1 C. 12. 21 s. 22).

9) Hos addit c. 5 C. Th. 6. 26 (= c. 3 C. 1. 48 = c. 2 C. 11. 19). De capitibus sive primatibus cf. Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 142^a. Docet autem Lydus (de magistrat.) in iudicio praefecti praetorio τὰς χρηματικὰς ὑποθέσεις introducere solitos τοὺς ἀδ actis (III 20), commentarienses τὰς ἐγκληματικὰς ἐξετάσεις (III 16), principi competituisse ex concessione cornicularii τὴν τῶν μονομερῶν ἐντυχιῶν (cf. adnotatio editoris et Steph. sch. 1 ad Bas. 25. 1. 4) εἰσαγωγὴν (III. 24). Similiter in foro Aegyptio introduxisse docet Lucianus (ἀπολ. τῶν ἐπὶ μισθ. συνόντων 12) τὸν γραμματεῖα, cui similem fuisse demonstrat Mommsen, *Ztschr. der Sav.-St.* XVI (1895) p. 181-189 τὸν προσοδοποιόν, quem offendit in pap. Berol. 388. — Cf. etiam c. 82 § 2, § 4a C. 7. 62; Cassiod. Var. XI. 6 § 3.

tumve ¹⁾ apud iudicem vel primum vel appellationis ²⁾ inducendi, ad quem libera ingrediendi facultas praeter eos *qui ex ipso officio ingrediuntur secretarium* ³⁾ salva tunc erat iis tantum, quibus id pro privilegio concessum esset ⁴⁾, et defensori civitatis ⁵⁾. Debebantur quidem certae sportulae pro ingressu litis ⁶⁾, quod *ινδουκέντων* appellaverunt Byzantini ⁷⁾; ceterum nemo dixerit apparitori iudicis denegandi ius ⁸⁾ fuisse, qui gravem poenam luere iubetur, *si cessaveri(t) causa(m) instructa(m) iudici offerre* ⁹⁾. Unde apparet officialem *instruxisse* litem, quam iudici oblaturus esset, quod etiam *praepara(re)* dicitur quum imperatori Iustino ¹⁰⁾, tum in codice Carolino ¹¹⁾ papae Paulo: *cum (Desiderio) rege constitit* ¹²⁾, *ut nostris eiusque missis per diversas civitates progredientibus ipsae praeparatae fuissent iustitiae*. Idem *defini(re)* dicitur (c. 8 C. Th. 1. 5) et *παρασκευάζειν* (Nov. 82 c. 7) et *τρακτεύειν* ¹³⁾ et in papyro quodam ¹⁴⁾ *χρηματίζειν* ¹⁵⁾, apud Lucianum ¹⁶⁾ autem *τάξειν* ¹⁷⁾ *ἐπιτιθέναι*. Neque aliud apud Athenienses significari putabant Meier et

1) Testem denique (c. 14 C. 4. 20).

2) c. 5 § 4 C. 7. 63.

3) c. 8 § 8 C. Th. 2. 1.

4) Locos dabit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 147¹², quibus add. c. 6 C. Th. 1. (32); c. 2 § 1 Nov. Theod. tit. XV. Erat hoc in quaestu (Liban. (ed. Reiske) II p. 107; 596 sq.).

5) c. 4 C. 1. 55.

6) Ammian. Marcell. XXX. 4 § 18 (*vendibiles introitus*); c. 15 C. 3. 1; c. 12 § 1 C. 12. 19; c. 8 § 8 C. 12. 21 (22); c. 4 § 2 C. 12. 25 (26); c. 3 § 2 C. 12. 29 (30); c. 18 § 2a C. 12. 35 (36); Nov. 49 c. 1. — Add. c. 5 pr. C. Th. 1. (29), quod emendabitur.

7) Bas. VIII. 1. 34 (i. f.).

8) Facti, non iuris, *δύναμιν* tribuit Lydus, de magistr. II. 18 (i. f.).

9) c. 3 C. 3. 2. Potest quidem ex causa introductioni poena esse statuta (c. 8 C. Th. 2. 1, ibique Gothofr. comment. i. f.).

10) c. 26 § 6 C. 2. 7.

11) Epist. (apud Muratorium) 26. — De codice Carolino cf. Savigny, *Gesch. des röm. Rechts* (1834) § 109 not. a.

12) I. e. convenit.

13) Lyd. III. 20. — Cf. Tac. German. 11: *ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est apud principes pertractantur*.

14) Taur. III lin. 88/9.

15) *(έντευξιν) εις κρίσιν*.

16) Ἄπολ. τῶν ἐπὶ μισθ. συνόντων 12.

17) *(ταῖς δίκαις) τὴν προσήκουσαν*.

Schoemann¹⁾ verbo *ἀνακρίνειν*, sed errabant; est enim *ἀνάκρισις ἢ πρὸς τῷ ἄρχοντι*²⁾, perinde ut *δλαιτα*, non litis instructio sed iusta lis, itaque tam archon³⁾ quam *δλαιτηγῆς* sententiam pronuntiat, qua stabitur, nisi appelletur. Nec differunt genere *δλαιτα* et *ἀνάκρισις*, sed persona cognoscentis, eaque causa est, cur non possit eadem lis quum *δλαιτᾶσθαι* tum *ἀνακρίνεσθαι*⁴⁾. Scilicet iudicium primum utraque hac appellatione continetur, postquam èt Solon dedit a magistratuum sententiis (τὴν) εἰς τὸ *δικαστήριον ἔφεσι(ν)*⁵⁾, èt posterior legislator⁶⁾ ordinariis iudicibus, id est *τοῖς τὰς Φυλὰς δικάζουσιν*⁷⁾ ipsam *ἀνάκρισιν* eripuit commutavitque eam τῇ *δλαιτῇ*, id est cognitionem magistratus privato iudicio. Mansit igitur ἡ *ἀνάκρισις* specialibus iudiciis, veluti τῷ ἄρχοντι vel τῷ *πολεμάρχῳ*, ab ordinariis eadem ad arbitrum translata *δλαιτα* coepit appellari. Ipsum vocabulum *ἀνάκρισιν* etiam Marcianus adhibet⁸⁾ significando *cognitionem magistratus*. — Litem praeparare quid sit, quibusdam⁹⁾ interpretationem non magnopere flagitare videtur; sed observat Bethmann-Hollweg¹⁰⁾ dictu difficile esse ac ne vix quidem apparere, apud Romanos quid proprie in causae praeparationem venerit¹¹⁾, quid ad ipsam cognitionem pertinere creditum sit; sed ne apud Gallos quidem hoc satis exprimitur¹²⁾, nisi quod

1) *Att. Proc.* p. 622, 693 (Lipsius p. 823, 906).

2) Cf. Isae. VI § 12.

3) Isae. VI § 32 (Lipsius, *Att. Proc.* p. 43 not. 5 i. f.).

4) Non fieri docent Meier et Schoemann, op. cit. p. 623 sq. (Lipsius p. 826).

5) Aristot. de rep. Athen. 9 § 1. Ante Solonem *κυρ(ι)ου* fuisse dicit (3 § 5 i. f.) magistratus καὶ τὰς δίκας αὐτοτελῶς κρίνειν καὶ οὐχ ὡσπερ νῦν *προαν ακρίνειν*. Mansit antiqua potestas μέχρι δέκα δραχμῶν ordinariis utique iudiciis (53 § 1).

6) *Lys fr.* 16 (44) i. f.: οὐδὲ δλαιταν ἐπιτρέψαι (ἠθέλησεν) ἕως ἡμεῖς τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν δλαιτηγῶν ἔθεσθε. Quamquam aliter de hoc loco sentit Lipsius, *Att. Prozess* p. 1011 sq.

7) Aristot. de rep. Athen. 53 § 1. Ergo, quia de publicis maleficiis speciales indices sunt, ἐν (ταῖς σανίσι) ταῖς τῶν τετταρακόντα haerere necesse est τοὺς τ' ἐν τοῖς ἰδίαις πράγμασιν ἀδικούντας καὶ τοὺς μὴ δικαίως ἐγκαλοῦντας (Isae. XV § 237).

8) L. 6 § 1 D. 48. 3. Cf. *Evang. Luc.* XXIII 14; *Act. apost.* XII 19; XXV. 26.

9) E. g. Henrico Hallam, *Europe during the middle ages* I (Paris, 1840) p. 142.

10) *Civilprozess* III p. 158 (§ 142) lin. 3-8.

11) Aliquid ad eam rem proficere pap. Berol. 388, opinio est Theodori Mommsen, *Ztschr. der Sav.-St.* XVI (1895) p. 182.

12) *Code de procéd. civ.* art. 452: „sont réputés préparatoires les jugements rendus pour l'instruction de la cause.”

excludit horum legislator testium interrogationem, tabularum inspectionem ¹⁾, quemadmodum nominatim excludit Ulpianus ²⁾ diei constitutionem et prolationem ³⁾. Et verum est non posse ex aliqua generali definitione discerni inter praeparationem et ipsam cognitionem, sed apud alios aliter fines regi solitos. Itaque pro locorum et temporum diversitate a *cotidianio iudiciorum usu in ipsis rerum documentis* hoc petendum est. Fines autem regi tunc quidem maxime interest, quum sit alius litis praeparator (*juge d'instruction*), alius terminator, sed potest interesse, licet praeparator et terminator idem sit ⁴⁾. — Ex publicis auditoriis ⁵⁾ exve foro, ubi desertum id non erat ⁶⁾, in praetoria et secretaria sua recipere quando se coeperint iudices Romani ⁷⁾ tam *publicas* ibi *notiones* quam *civiles controversias audituri* (c. 6 C. Th. 1. 16), quaestionis est ⁸⁾. Videamus inprimis, quid sit secretarium; apud auctores enim definitio eius rei non exstat. Sed fuerit privatum auditorium, id est quo non cuivis patebat aditus ⁹⁾, sive id habebatur extra iudicis aedes ¹⁰⁾ sive in aedibus iisque aut *οικείαις* ¹¹⁾, id est propriis, aut *ώρισμέναις*, id est statis, quae utraque appellantur praetoria ¹²⁾;

1) De iurisdictionis aestimatione cf. *Code d'instr. crim.* art. 416. 2.

2) L. 19 § 2 D. 4. 8.

3) Eadem videntur l. 14 D. 42. 1 opponi *sententiis*.

4) L. 19 § 2 D. 4. 8; l. 14 D. 42. 1; *Code de proc. civ.* art. 31, 451; *Code d'instr. crim.* art. 416.

5) In auditoria iurisdictione quando migraverit, docebit Tacitus, dial. 39. De iudicium *auditoris* locos congesit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 79 not. 31 (ubi laudandum erat Act. XXV, non XV), 33, 34. Decedere tamen debent l. 78 § 4 D. 23. 3 et l. 1 § 4 D. 40. 15 (Bremer, *Rechtslehrer und Rechtsschulen* (1868) p. 21) atque l. 41 D. 4. 8.

6) Cf. pap. Oxyr. 237 VII. 20: ἐπὶ τοῦ ἐν τῇ ἀγορῇ βήματος (anno 128); Berol. 361 II. 12; Mommsen, *Strafr.* p. 360^a.

7) Caesarum sua causa est.

8) Cf. inprimis Mommsen, *Strafrecht* (1899) p. 859, 862.

9) Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 147 (p. 189): „geschlossen(e) Gerichtssaal.“ Alio sensu *secretaria* dicuntur *publica* (c. 7 C. Th. 2. 4), quod ibi res aguntur publicae.

10) Liban. (Reiske) III p. 75: ἐμπιμπλάντες τὴν καταγωγὴν, . . . τῶν δικαστηρίων ἀπέχονται, ia. II p. 596 sq. (quae gemina est oratio), ne quis putet publicum auditorium.

11) Lyd. de magistr. II. 20 (ἐπὶ τῶν οἰκείων ἐδρῶν).

12) Lyd. de magistr. II. 20 (καταγωγίον ὀρισμένον) ia. ind. B. 3' (πραϊτώριον ὀρισμένον).

erant autem stata, si fides habenda est Lydo¹⁾, οὐκ ἐπὶ τῆς πρώτης²⁾, οὐκ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς βασιλίδος ἄχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς Λέοντος³⁾, sed in provinciis tantum. Ergo, qui in praetorio iudicat, is utique in secretario, qui vero in secretario, is non utique in praetorio. Ex diverso tribunal et secretarium (vel praetorium) opponuntur⁴⁾, opponebantur utique ante Magni Theodosii tempora⁵⁾, tunc enim ut ipsa decreta in secretariis fieri possent⁶⁾, tribunalia in secretariis poni coeperunt⁷⁾ ibique manserunt⁸⁾. Ergo vetustioribus⁹⁾ ἔξω cognoscere et ἐπὶ βήματος idem est. De tempore autem quaeritur. Et ostendit quidem Ioannes Pilatum in praetorio cognoscentem (XVIII § 28, § 33; XIX § 9), ἐπὶ βήματος post cognitionem pronuntiantem (XIX § 13-16). Nihilominus recens mos in praetorio cognoscendi videatur necesse est reputanti, apud Matthaëum omnia, nisi species fallit, ἐπὶ τοῦ βήματος agi (XXVII § 19 ia. 27), agi certe in actis apostolorum praeside Festo (XXV § 6 ia. XXIII § 35) et in veteribus martyriis¹⁰⁾, atque praeterea docere Philostratum¹¹⁾ sub Severis, proprium hoc esse praefecturae, ut habeat ἀπόρρητον δικαστήριον, ἐν ᾗ περὶ τῶν μεγίστων ἢ ἀρχῆ αὐτῆ ἀφανῶς δικάζει¹²⁾. Generalis mos in secretariis cognoscendi

1) De magistrat. II. 20.

2) Ergo apud Ammian. Marcell. XXVIII. 1 § 36 *praetori(um)* intelligendum est οἰκείον.

3) Sub Leone datum commemorat ὠρισμένον praetorium praefecturae, quod appellare videtur (III. 18; III. 57) τὴν πραιτωρίαν ἀλλήν.

4) Liv. XXVII. 19 (i. f.); evang. Matth. XXVII § 19, § 27; Ioann. XIX § 9, § 13; act. Apostol. XXV § 6 (ia. XXIII § 35); Lactant. de mort. persecut. 15.

5) Ultimum opponantur in c. 9 C. Th. 1. 16 (anni 364).

6) L. 3 § 8 D. 37. 1; 1. 2 § 1 D. 38. 15; c. 4 C. 3. 11 (Pernice *Ztschr. der Sav.-St.* XIV (1893) p. 154 not. 10).

7) Liban. (Reiske) III p. 74-76 ia. II p. 596 sq. (quae gemina est oratio) ne quis publicum putet auditorium.

8) Lyd. II. 16 (ia. III. 11); Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 147'.

9) Veluti Ioanni XIX § 13. Simiter epitomator actorum S. Perpetuae (*Tests and studies* I no. 2), quae facta legerat *ad forum*, facta tradit *pro tribunali*.

10) Cf. Martyrium Carpi (*Texte und Untersuchungen* III, 1888) § 30 et adnotatio editoris. Celebratum est sub Marco.

11) Vit. Apollon. IV. 44 § 2 (cf. VII. 17).

12) Similiter Africae proconsul de martyribus Scillitanis sub Severo (*Tests and studies* I no. 2, p. 112), de Cypriano sub Valeriano et Gallieno (Corp. script. eccl. lat. Vindob. III. 3. p. cx) *in secretario* iudicat (cf. Mommsen, *Strafrecht* p. 362 not. 3), quod non oportet ad exemplum trahi.

sub Diocletiano demum extitisse videtur ¹⁾, surrexit utique adversus morem Constantinus Magnus, qui primo rem prohibuit ²⁾, quia tollere videbatur, sicuti tollit, *adeundi liberam facultatem* ³⁾, mox vetare contentus fuit, ne pro ingressu litis *de civilibus causis* sportulae exigenterentur ⁴⁾. Posthac in secretariis rursus negotia, criminalia etiam, transigi solita, documento est Iulianus Caesar *Numerium Narbonensis paulo ante rectorem, accusatum ut furem, inusitato censorio vigore pro tribunali admissis omnibus audiens* ⁵⁾. Simile spectaculum post aliquot annos urbanae turbae edidisse legimus Apronianum, urbi praefectum, unde quibusdam atrox esse visus est, in amphitheatrali curriculo undatim coeunte aliquoties plebe causas dispiciens criminum maximorum ⁶⁾. Quibus exemplis ⁷⁾ contrarius mos convincitur. Sed refrugerunt secretariorum fores Valentinianus et Valens, dum constituunt *et civiles et criminales controversias* audiendas esse aut *apertis secretarii foribus intro vocatis omnibus*, aut *pro tribunali*, ideo *ne congruae ultionis adimadversio cohibeatur* ⁸⁾, id est ne quis a postulando vel privatam ⁹⁾ vel publicam actionem prohibeatur. Voluerunt igitur, sicut Constantinus, liberam ad-eundi facultatem litigantibus renovare. Quam frustra fuerint, ipsi demonstrant, dum sex annis post rescribunt ¹⁰⁾, salubriter esse constitutum ¹¹⁾, *ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii* ¹²⁾ beneficio fruatur, *ne cum ultionem posceret, vexaretur dum ob se(pem)* ¹³⁾ *liminis princeps* ¹⁴⁾ *praemiis*

1) Ab hoc imperatore frequens incipit secretariorum mentio (Mommsen, *Strafrecht* p. 362 not. 3. Laudat C. I. L. VI. 31959).

2) c. 6 C. Th. 1. 16. — Cf. quoque c. 1 C. Th. 1. 12.

3) Cf. l. 1. § 9 D. 49. 14; Bruns (1893) no. 83 lin. 10.

4) c. 7 C. Th. 1. 16.

5) Ammian. Marcell. XVIII. 1 § 4.

6) Ammian. Marcell. XXVI. 3 § 2.

7) Cf. praeterea Ammian. Marcell. XXII. 3 § 2, § 9.

8) c. 9 C. Th. 1. 16.

9) *Ultionis* vocabulum etiam ad privatas actiones pertinere, demonstratur eorundem imperatorum c. 5 pr. C. Th. 1. (29), de qua statim.

10) c. 5. pr. C. Th. 1. (29). Omnino adhibendum est apographum.

11) Respiciunt ad c. 2. C. Th. 1. (29) = c. 1 C. 1. 55.

12) Intelligitur iurisdictio *defensoris* (c. 3 C. 1. 55).

13) In apographo est *se*, deinde incerta litera, deinde litura unius vel duorum vel trium elementorum. Itaque coniecimus *sepem*.

14) Officii.

exoratur etc., ubi *se(pem) liminis* intelligimus *cancellorum* *septa* ¹⁾, quod lexicographi ceterique grammatici Graeci vel *κιγκλίδα* vertunt vel *δρυφάκτους* ²⁾, idque interpretantur: *θύρα(ν) δικτυωτή(ν)*, adduntque: *μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τοιαῦται ἦσαν* ³⁾. Alibi quidem *δρυφάκτους* interpretantur *τοὺς ἀπὸ ξύλων περιορισμούς* ⁴⁾ nec iam iudicii fores sed *τὸ παρατεινόμενον* *ξύλον τοῖς δικασταῖς* ⁵⁾, veluti quas hodie *barras* vocant ⁶⁾. Ergo Meier et Schoemann ⁷⁾ difficultatis eludendae causa *κιγκλίδα* vertunt *θύραν δικτυωτήν (Gitterthür)* *δρυφάκτους* autem *barras (Schranken)*. Ceterum apud Romanos eadem est confusio; alias enim *cancellos* intelligere iubemur ipsas *lucidas fores, claustra patentia, fenestratas ianuas* ⁸⁾, alias *pro foribus* quasi munimentum quoddam exterius ⁹⁾, ideo positum, *ὅπως μὴ χυδὴν ἄπασι τοῖς βουλομένοις ὡς (τὸν ἄρχοντα) εἰσιτητέα* ¹⁰⁾ εἶη ¹¹⁾. Tertio modo Lydus (de magistr. III. 37): *διάφραγμα ξυλουργές ἐπὶ μέσου (διατεῖν) τοῦ δικαστηρίου, χωρίζον τὸν ἄρχοντα τῶν ὑπ(ηκόων)* et videtur credi velle (ia. § 11) etiam adsessores extra sedisse, quod qui potest de iis, *οἷς ἡ κοινανία τοῦ θρόνου* (Liban. (Reiske) III p. 76)? Narrat autem rem auditam, non visam, si quidem *τὸ διάφραγμα*, ipsius testimonio, ex praefecti auditorio tunc sublatum iam erat, atque praeterea palam est apud

1) Ammian. Marcell. XXX 4 § 19.

2) Coniungit utramque versionem Anon. Bekkeri (I p. 271 ima): *κιγκλίδες · δρυφάκτοι, οἱ νῦν καλούμενοι κάγκε(λ)λοι*. Occurrit autem *δρυφάκτοι*, apud Aristophanem et Xenophontem (H. G. II. 3 § 50), *κιγκλίδες* apud Aristophanem et Demosthenem (XXV § 23).

3) Etym. Magn. v. *κιγκλῖς*. *Θύρας δικτυωτάς* ideoque *διαφανεῖς* dixit Polyb. XV. 80 § 8.

4) Etym. Magn. v. *Γεράνδρον*.

5) Sch. Vesp. 830. — Cf. praeterea Poll. VIII. 124; Suid. Hesych., Harpocrat. v. *κιγκλίδες*, Etym. Magn., Suid., Hesych., Moeris, v. *δρυφάκτοι*; Etym. Magn. v. *δρυφάκτους*; Sch. Vesp. 124, 386, 552; sch. Equit. 641. Vertunt *δρυφάκτους* etiam *ταβλώματα* vel *ταβλωτά* (sch. Eq. 675, sch. Vesp. 386), idque interpretantur *τὰ τῶν οικοδομημάτων ἐξέχοντα ξύλα ἐνταῦθα δὲ τοῦ δικαστηρίου*.

6) Du Cange v. *Barra*.

7) *Att. Proz.* p. 149 (Lipsius p. 182).

8) Cassiod. XI 6 § 5 (regis Ostrothorum describit aulam).

9) Liban. (Reiske) I p. 651: *προσπίπτουσιν (ἐξῶθεν) τῆ τοῦ ἄρχοντος κιγκλίδι, καὶ ταῖς μετ' ἐκείνην θύραις*; Sidon. Apoll. (Sirmond) ep. I 2 (de aula Visigothorum regis).

10) I. e. *εἰσιτητέα*.

11) Agath. Hist. I. 19.

Ammianum Marcellinum (XXX 4 § 19) et in constitutione quam exscribimus ¹⁾, alterius generis cancellos intelligendos esse, id est vel fores vel forium propugnaculum. Habuerunt pristina quoque iudicia cancellos ²⁾, sed ubi positos, in quem finem, cum ceteris ³⁾ nescio; hodierna habent eo quo Lydus docet modo, non ab introitu privatos arcendi sed separandi causa iudicis ab advocatis. Quod semper ita fuisse putat Laurière ⁴⁾ sed refellit eum Lydi testimonium. — Diximus non obtinuisse Valentinianum et Valentem, ut semper cognosceretur *apertis secretarii foribus intro vocatis omnibus aut pro tribunali*; non obtinuisse demonstravimus ipsorum constitutione ⁵⁾. Vicit igitur officii causa, et in tantum vicit, ut paucos post annos etiam cautum sit ⁶⁾, *ne ignorante principe* ⁷⁾ causarum patroni *ullam postulationem introduc(erent) neve sub unius persona recepti fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertent(arent)*, id est, ne certi clientis nomine intromissi, huius negotii occasione, aliorum quoque desideria exponerent in sportularum fraudem. Posthac clusis foribus causas audiri perseverasse èt aliae constitutiones demonstrant ⁸⁾, èt quas laudavimus de iure ingrediendi ⁹⁾, èt Libanii testimonium hoc in quaestu fuisse ¹⁰⁾, èt Symmachus in causa Scirtii ¹¹⁾ *cum defensoribus admitt(ens) iurgantes èt Lydus* ¹²⁾ *ἔθος ἀρχαίων* contestans, *μηδὲν ἕξωθεν πράττεσθαι τοῦ τῆς δίκης ἱεροῦ* ¹³⁾ *ὃ καλεῖται σήκρητον*. Neque clusis tantum foribus aditu praeccluso, sed etiam velo demisso perceptione prohibita ¹⁴⁾

1) c. 5 pr. C. Th. 1. (29).

2) Cic. pro Sestio 58 § 124; de Orat. I. 12 § 53.

3) Sitne Mommsen excipiendus, ideo incertum est, quia neque vox *cancelli* neque Ciceronis loci in indicibus operis praeclari (*römisches Strafrecht*) comparant.

4) Loysel, *Instit. coutum.* (éd. 1846) no. 702: *nil y a toujours eu, dans les tribunaux, des barres, pour séparer les avocats des juges.*"

5) c. 5 pr. C. Th. 1. (29).

6) c. 4 C. Th. 6. 28 (= c. 1 § 1 C. 12. 21 s. 22).

7) Officii.

8) c. 7 C. Th. 2. 4; c. un. § 14 Nov. Valent. tit. XXXIV.

9) Deve testium introductione (c. 14 C. 4. 20).

10) Ibidem id indicavimus.

11) Relat. 28 § 6.

12) De magistr. III. 11.

13) Alibi *τέμνος* appellat (III. 27, 65, 76).

14) *lanua enim fenestrata* perceptionem non tollit.

ut cognosceretur in usum venisse èt auctores ¹⁾ evincunt èt constitutiones altera Constantini simplicem rei commemorationem habens ²⁾, altera Honorii *de submersis navibus ut levato velo cognosc(a)tur* ³⁾. Et videtur quidem Constantinopoli sine velo haud ita raro iudicatum esse ⁴⁾, multo tamen frequentius sub velo, siquidem adeo id tempus a publica cognitione abhorrebat, ut etiam (τοῖς δῆμοις) (τοῖς) διηνεκῶς ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς ⁵⁾ τῶν ἐπὶ χρήμασι δικῶν ἀκρωμέν(οις) ⁶⁾ tributii sunt in quibus iudicarent οἰκίσκοι ⁷⁾, id est secretariola quaedam ⁸⁾. Praeterea Pilatum quidem apud Ioannem post in praetorio cognitionem tamen ἐπὶ βήματος pronuntiantem vidimus; sed illis temporibus, tribunalibus in secretaria translatis, ne sententiae quidem dicendae velum levabatur, quum visum sit Triboniano utique sufficere, *si officio eius praesente iudex sententiam proferat* ⁹⁾, quam deinde formam subiecit Caro, Carino et Numeriano ¹⁰⁾: *cum sententiam praesidis irritam esse dicis, quod non publice* [sed in secreto loco officio eius non praesente] *sententiam suam dixit, nullum tibi ex his, quae ab eo decreta sunt, praevudicium generandum esse constat* ¹¹⁾. Notat interpolator — siquidem interpolatorem deprehendimus — iudices eos qui iam non in secretario sed κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Καππα-

1) Basil. Magn. epist. 223 (79) c. 6 (retineo ἰφέλκονται); Ioann. Chrysostom. in Matth. hom. 56. (57) c. 4; id. in II Timoth. hom. 5. c. 4 (cf. Gothofr. ad. c. 1 C. Th. 1. 7); Sidon. Apoll. (Sirmond) epist. I 2 (describit aulam regis Visigothorum). Regis Ostrogothorum aula velum habuit nullum (Cassiod. XI. 6 § 5, ubi requiritur *meis* [non] *emendaris*, negatione delenda).

2) c. 7 C. Th. 1. 16.

3) c. 6 C. Th. 13. 9 (= c. 5 C. 11. 6); cf. c. 20 C. Th. 11. 7; c. 1. C. Th. 14. 4.

4) Agath. IV. 1 (i. f.); Ioann. Chrysost. in Matth. hom. 56 (57) c. 4; de Lazar. hom. 4 c. 1 (ἐν ἀγορᾷ μέσῃ).

5) Nov. 82 c. 3.

6) Lyd. de magistr. III. 65 (i. f.); cf. Agath. III. 1.

7) Nov. 82 c. 3.

8) Ergo fallitur Bethman-Hollweg, *Civilprozess* § 147 (post not. 14): „ob jedoch — wissen wir nicht.“

9) Cf. c. 10 C. Th. 1. 16, ubi iudices vetantur libellos accipere vel super *causis pronuntia(re), quando ab officii conspectu atque ab oculis publicis recesserint*. Ergo apud Lydum, de magistr. III. 80_Hephaestus, praef. praet., decretum recitat πάσης τῆς τάξεως παρούσης.

10) c. 6 C. 7. 45.

11) Cf. quoque c. 5 C. 7. 43.

δοκου¹⁾, alterius Verris, cum solis adsectoribus²⁾, officio remoto³⁾, ἐν κοιτῶνι τινί, id est *in secessu domus* (c. 9 C. Th. 1. 16) iudicare sibi sumebant⁴⁾. Quamquam de ipso Cappadoce, auctoris vitio, non constat: qui enim docet ἐν κοιτῶνι eum ius dixisse (Lyd. de magistr. II. 17) atque ἐπὶ τῆς κλίνης (II. 21), idem in secretario (III. 65) atque ἐπὶ τοῦ βήματος (II. 17). — Hodie ubique fere ad exemplum Gallorum⁵⁾ in publico auditorio⁶⁾ palam admissis omnibus cognoscitur, postquam est cohibita avaritia apparitionis, quae claudere conata est (*Receuil général des anciennes lois* IV no. 128 (ann. 1344) I § 6: *gardent se li huisiers de vendre l'entrée du parlement etc.*), nec tamen iudicem adeundi libera est facultas aut, quod praescripserat Constantinus (c. 6 C. Th. 1. 16): *cum negotiis omnibus, quae ad se delata fuerint, exhibuerint iudices audientiam frequens praeconis adsolet fieri inclamatio, quis praeterea postulare voluerit.* Perinde enim ac si in secretario iudex sedeat, non potest ulla sine principis officii, quem scribam vocant, interventu civilis audiri causa. Hic enim vectigali constituto⁷⁾ rem in rotulos, quos dicunt⁸⁾, quorum custos est⁹⁾, ex quibus causae civiles

1) Videndum, utrum leges istae ad iurisdictionem (III. 65 (i. f.): *δικαστὰς δὲ προβάλλεται ἐπὶ τῆς βασιλείας στοῶς*), an ad sedem pertinuerint.

2) Lyd. II. 16: *τῶν συνεδρευόντων* (cf. III. 11) *μόνον ἐν παραβύστῳ μετὰ γέλωτος τῶν περιστηκόντων δικῶν ἀκροωμένων.* Sed *περιστηκότες* quinam? Nam qui pro privilegio ingrediuntur, cum iudice *sedent*. Apud Ioann. Chrysost. in Matth. hom. 56 (57) c. 4 apparitores sunt *οἱ παρεστῶτες*, nec minus apud Lydum *οἱ περιστηκότες*, et ipsa narratio sui refutatio.

3) Lyd. II 21: *πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς τάξεως, ὡσεὶ πονηροὺς οἰκετὰς πρὸ τοῦ κοιτῶνος παραφυλάττειν ἐγκελευόμενος.* Ergo posthac *τάξις οὐδέμια* (II. 16).

4) Lyd. II. 17 (cf. Cic. Verr. II. 3. 23 § 56; 5. 11 § 27). Τὸν κοιτῶνα describit II. 21.

5) Bar in *Holtzendorff's Encyclopaedie* I (1873) p. 569 (lin. 1): *„nach dem Vorbilde des französischen Prozesses.“*

6) Cf. tamen *Code de proc. civ.* art. 808.

7) Hoc apud nos totum scribae datur, apud Gallos fisco decima minus, quae scribae relinquatur (*loi portant établissement des droits de greffe*, 21 *venisès* (an VII) art. 19).

8) Idem apud Romanos dictum videtur *alb(um)* (Pap. Berol. 611 II 14), *numer(us)* (c. 5 C. 7. 66), *ord(o)* denique (Pap. Berol. 628 I 14; Mitteis Herm. XXXII (1897) p. 637) *cognitionum*; apud Graecos *ἀριθμ(ός)* (Aristot. de rep. Athen. p. 33 lin. 25), deinde *τάξις* (Pap. Oxyrh. no. 237 VIII. 20). Nam τὸν καταχωρισμὸν (cf. Mitteis Herm. XXX (1895) p. 571, 573 not. 4) diversum puto, sicut eum *ord(inem)* (cf. Mitteis, Corp. Rain, I p. 79 not. 1), quem praescribit Ulpianus I. 9 § 4 D. 1. 16.

9) *Décret contenant règlement pour la police et la discipline des cours et tribunaux* (30 mars 1808) art. 92.

dumtaxat¹⁾ citantur²⁾, recipere debet Gallorum legibus³⁾ et Batavorum; huic, non praesidi, Germanorum lege⁴⁾, libellus conventionis porrigendus est, diem praeses ut constituat⁵⁾. Quae consuetudo, licet Atheniensibus cognita (Demosth. LVIII § 8: ταύτην τὴν Φάσιν, ὄνδρες δικασταὶ, ἔδωκε μὲν οὗτος προσκαλεσάμενος τὸν Μίκωνα, ἔλαβε δ' ὁ γραμματεὺς), tamen improbanda est eoque magis, quia scriba hodie non est in potestate praesidis iudiciumve — lege Batavorum quasi magnum praesidi permittitur scribam commonefacere, idque apud Gallos datum video praesidibus mandato summi sigillarii (*instruction du garde des sceaux*), quod laudat Rivière (in editione maiore) ad decreti disciplinarii⁶⁾ art. 102 — esset autem improbanda etiamsi scriba subiectus esset iudicis potestati, quod de Germania affirmat Endemann⁷⁾, multoque praestat id, quo sub Ptolemaeis usi sunt instituto iudices *χρηματισταί*, qui non *εἰσαγωγῆ* suo hoc delegabant, sed *ἀγγεῖον* proponebant, in quod petitores libellos suos (*τὰς ἐντεύξεις*) inicerent⁸⁾. Adeo cum damno civium vetera exempla hodie ignorant praeclari legum latores.

Scribam Traiecti ad Rhenum, mense Novembri 1899.

1) Similiter fiebat apud Athenienses teste Aristotele (de rep. Athen. p. 33 lin. 23 sqq.): *εἰσκαλοῦσι τοὺς ἰδίους (ἀγῶνας) τῷ ἀριθμῷ τοὺς (δὲ) δημοσίους καθ' ἕνα*. Atqui apud Romanos crimina quoque τῷ ἀριθμῷ audiri solita, docebit Mommsen, *Strafrecht* p. 398/9.

2) „dans l'ordre du placement” (*loi portant établ. des droits de greffe*, art. 3; cf. *Recueil général des anc. lois* IV no. 126 § 1, § 2; no. 128 IV § 2). Talem legem, quam salutiferam appellat Laferrière, *Principes de la révolution* (1850/1) p. 408, apud Romanos fuisse nullam, demonstrat l. 9 § 4 D. 1. 16

3) *Décret pour la discipline* (30 mars 1808) § art. 55 (ia. *loi portant établ. des droits de greffe*, art. 4).

4) *Civilprozessordn.* (1879) § 193.

5) Apud Gallos et Batavos actor diem constituit.

6) 30 mars 1808.

7) *Civilprozessrecht* (1868) § 36 (p. 117): „*hinsichtlich seiner Dienstpflichten steht der Gerichtsschreiber unter der Disciplin des Richters.*”

8) Rem post Amadeum Peyron accurate exposuit Frantz in C. I. G. III p. 295. Cf. Wilcken, *Gött. gel. Anz.* 1895 p. 161.

OBSERVATIONES MISCELLANEAЕ

AD

PLUTARCHI MORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.



De Liberis Educandis p. 4 D: ἐνίοτε γὰρ εἰδότες, αἰσθόμενοι δὲ καὶ ἄλλων τοῦτο λεγόντων, τὴν ἐνίων τῶν παιδευτῶν ἀπειρίαν ἄμα καὶ μοχθηρίαν, ὅμως τούτοις ἐπιτρέπουσι τοὺς παῖδας. Non quaero nunc quid praeterea in his verbis imperite enunciatum sit; sed hoc tamen mihi videor intelligere ferri non debere ἐνίοτε . . . ἐνίων. Lene remedium est: τὴν τῶν ὀνίων παιδευτῶν ἀπειρίαν.

Ibid. p. 8 D: πόλεμος δὲ ἐσκιατραφημένην σωμάτων ἕξι οὐ δέχεται, ἰσχυρὸς δὲ στρατιώτης πολεμικῶν ἀγῶνων ἐθὰς ἀθλητῶν καὶ πολεμίων Φάλαγγας διωθεῖ. Quod Παπαγεώργιος ἐν Ἀθηνῶν I p. 469 commendat ἐσκιατραφημένων, non est magnum et Bernardacis coniectura καὶ ἀθλητῶν πολεμίων nihil proficitur. Quod liquido apparet, opponuntur milites diligenter exercitati hostibus luxuria diffluentibus. Color autem quaesitus est ex Platonis verbis quae leguntur Rep. VIII p. 556 D: ὅταν πολλάκις ἰσχυρὸς ἀνὴρ πένης, ἠλιωμένος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατραφηκότι, πολλὰς ἔχοντι σάρκας ἀλλοτρίας, ἴδη ἄσθματός τε καὶ ἀπορίας μεσόν, ἄρ' οἶσι αὐτὸν οὐχ ἠγεῖσθαι κακίᾳ τῆ σφετέρᾳ πλουτεῖν τοὺς τοιούτους; Uti vides, hic quoque sermo fit de bello inter pauperes sed fortes et divites sed imbelles et

ignavos. Neque ille miles πολεμικῶν ἀγώνων ἑθᾶς nullo negotio ἀθλητῶν Φάλαγγας διωθεῖ. nulla enim hic cernitur oppositio, sed miles alacer et forti animo ἀθῶν καὶ πλουσίων Φάλαγγας διωθεῖ. Doctae sunt et laboriosae Wytttenbachii adnotationes, sed quod exemplis haud nimis necessariis stabilivit, apud Graecos nimium palaestrae studium saepe obfuisse et aliis liberalibus studiis et bellicis exercitationibus, id verum quidem est, sed observatio prorsus nihil facit ad loci intelligentiam.

Ibid. p. 8 E: Φαίνη τῆς μὲν τῶν πενήτων καὶ δημοτικῶν παραμελῶν ἀγωγῆς, μόνοις δὲ τοῖς πλουσίοις ὁμονοεῖς τὰς ὑποθήκας δίδουαι. Cum Wytttenbachio hic praestare dixerim infinitivum παραμελεῖν, sed est praeterea absurda lectio ὁμονοεῖς. Wytttenbachius incidit in correctionem ὁμολόγους, Bernardaces dubitanter coniecit ἐμμελεῖς, sed haud satis scio an non lenius corrigi possit γεγονόσιν.

Ibid. p. 11 E. Non concoquo: τὰ μειράκια προήγαγον ἐπὶ τε παιδείαν καὶ δημαγωγίαν καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν τρόπων. Malim: εὐαγωγίαν, quod vocabulum vide p. 13 E et adiectivum εὐάγωγος p. 15 B.

Ibid. p. 11 F Euripidis fragmentum est 388:

ἀλλ' ἔσι δὴ τις ἄλλος ἐν βροτοῖς ἔρωσ
ψυχῆς δικαίας σώφρονός τε κάγαθῆς.

Nonne praestat δίκαιος?

Ibid. p. 12 B. Adulescentium peccata sunt ἀμετρία γαστρός, κλοπαὶ πατρῶν χρημάτων καὶ κύβοι καὶ κῶμοι, alia. Quid requiram ostendet p. 124 F: Φυλακτέον δὲ τῆς περὶ ταῦτα Φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας. Emendandum est, uti vides, γαστριμαργίαι καὶ κλοπαί. Similiter p. 69 B: ψέγοντι μὲν συνουσίας καὶ πότους αὐτοῦ, ψέγοντι δ' ἀργίαν καὶ ἀγυμνασίαν καὶ λουτρὰ συνεχῆ, ex codicibus enotantur lectiones γυμνάσια, γυμνασίαν et Meziriaci coniectura est ἀγυμνασίαν, quae et ipsa in Veneto libro invenitur, si quidem Wytttenbachii notulam bene intelligo. Idem tamen aliquot annis post in Animadversionibus significavit se malle γυναιμανίαν vel γυναικομανίαν, sed multo

lenior correctio est: ψέγοντι δὲ γαστριμαργίαν καὶ λουτρὰ συνεχῆ. Itidem evidens correctio est in Nicolai fragmento apud Stobæum Flor. XIV. 7:

πάντα γὰρ πρόσεσι μοι
ὅσαπερ ἔχειν τ' ἄλλότρια τὸν δειπνοῦντα δεῖ
λιμὸς, ἀπόνοια, τόλμα, γαστήρ, ἀργία,

ubi τὸν τ' ἄλλότρια reposuit Hirschigius et γαστριμαργία Badhamus. Sic solent interdum composita et conglutinata verba in partes suas a librarii dissecari. Invenio apud Achillem Tatium p. 40 B: ἐμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος πατρίς, ὄνομα Κλεῖτοφῶν, πατήρ Ἰππίας, ἀδελφὸς πατρὸς Σώφρατος· malim πατράδελφος, coll. Lobeck. ad Phryn. p. 304. Apud Plutarchum p. 632 C.: τὸν εὐδάπανον καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χαρισικὸν, κίμβικα καὶ κύμινον προσαγορεύων, corrigit Xylander κίμβικα καὶ κυμινοπρίστην· malim equidem: κυμινοκίμβικα, coll. Eust. p. 1828. 10: κίμβιξ· ὁ ἴνπαρδς ἀπὸ κιβδήλου χρυσοῦ καὶ ἀργυρίου. καὶ λιμοκίμβιξ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ κυμινοκίμβιξ διὰ σμικρότητα, cet. Cf. Phot. v. κίμβικα.

Quomodo adulescens poetas audire debeat, p. 15 A: ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι μᾶλλον ἢ ταῖς ὁδοῖς παιδαγωγίας δεομένους. Iteranda videtur praepositio: ἢ ἔν ταῖς ὁδοῖς Cf. p. 34 C: ἵνα τοῦτο καὶ περὶ δόξης καὶ περὶ ἡγεμονίας καὶ περὶ λόγου δυνάμειως εἰρήσθαι νομίζωσι.

Ibid. p. 20 C: οἱ γοῦν Φιλόσοφοι παραδείγμασι χρῶνται νοθετοῦντες καὶ παιδεύοντες ἐξ ὑποκειμένων· οἱ δὲ ποιηταὶ ταῦτα ποιοῦσι πλάττοντες αὐτοὶ πράγματα καὶ μυθολογοῦντες. Mutandum πράγματα in παραδείγματα idque post correctionem eliminandum. Scribe praeterea: ταῦτά.

Ibid. p. 20 E: μὴ ἀχθομένους τῷ ποιητῇ μηδὲ χαλεπαίνοντας, ἀλλὰ τοῖς ἐν ἡβῆι καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις. Secundum Wyttenbachii versionem haec significant: „neque poetae succensendum aut irascendum est, sed iis quae moribus personisve accommodata et per iocum dicta sunt.” Verum quid hoc est iis succensere quae per iocum dicta sunt? Haec quum intelligeret Bernardaces absurde commendari, rescripsit: μηδὲ χαλεπαίνοντας

ἀλλ' ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς δεχομένους, nec tamen vitii sedem agnovit. Confusa fuerunt ΑΛΛΑ et ΔΙΑΝ et ausim corrigere: μηδὲ χαλεπαίνοντας λίαν τοῖς ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις.

Ibid. p. 21 E. Laudatur versiculus: ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὄπλον ἂ πονηρία. Delendus articulus, ut fiat ποτὶ πονηρὸν, quemadmodum recte editur p. 534 A. Est septenarius trochaicus, fortasse Epicharmi.

Ibid. p. 23 A: ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς Φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μηδὲ λαμβάνωμεν. De hoc usu ante triginta annos quaedam collegi in *Lance Satura*. Photius ex Aelio Dionysio excerptit: καλῶς· ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν τιθέασιν καὶ ὅτε καλούμενοι ἐπὶ δεῖπνον ἀρνοῦντο. Itidem Phrynichus habet Anecd. Bk. p. 49. 20: κάλλισα· τοῦτο τιθέασιν οἱ Ἀπτικοὶ πολλάκις ἀντὶ τῆς οὐ ἀρνήσεως ὅταν τι παραιτῶνται. Cobetus eundem usum attigit *Mnem.* 1856 p. 84. Hoc sensu κάλλις, ἐπαινω legitur in Arist. Ran. vs. 508, nam qui τὴν κλῆσιν ἐπαινεῖ gratias agit, sed simul significat se non adfuturum. Similiter apud Horatium *Benigne* usurpatur et *Bene vocas*; tam *gratias* apud Plautum et *Optime* apud Ciceronem de Divinatione I 23. 47. Alia sunt apud Wytttenbachium p. 236 et res est hodie in vulgus nota. Unum est quod corrigendum manet: apud Plutarchum commendo: ὅταν μὴ δεχώμεθα.

Ibid. p. 25 C. Stoici μήτε τι Φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι μήτε κακίᾳ χρηστὸν ἀξιούσιν, ἀλλὰ πάντως μὲν ἐν πᾶσιν ἀμαρτωλῶν εἶναι τὸν ἀμαθῆ, περὶ πάντα δ' αὐ κατορθοῦν τὸν ἀσεῖον. Itaque secundum Stoicos τοῖς ἀμαθέσιν opponuntur οἱ ἀσεῖοι, h. e. probi, sapientes, elegantes. Hic usus confirmatur p. 29 B, ubi pugnant ὁ ἀσεῖος et ὁ Φαῦλος itemque p. 29 F invenio: Ἑλληνικὸν καὶ ἀσεῖον ἢ πρόνοια, βαρβαρικὸν δὲ καὶ Φαῦλον ἢ θρασύτης. Pariter p. 35 F quae Φαῦλα et βλαβερά non sunt, vocantur ἀσεῖα et χρηστά. Addere possum p. 1060 C et alios multos locos in iis quae Plutarchus scripsit ut Stoicorum doctrinam impugnet. Erat Themistocles ἀσεῖος ἄρχων in Vita c. 5. 7 aliaque dabit Wytttenbachius in Indice. *Urbanitas* virtus est Stoicorum secun-

dum Ciceronem Epist. ad Fam. III 7, i. e.: *ἀσειότης*. Hic com-
mode mihi in mentem venit Actorum Apostolorum VII. 20:
ἐγεννήθη Μωυσῆς καὶ ἦν ἀσειὸς τῷ θεῷ, ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς
ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς, sed minime probo Cramer. Anecd. Oxon.
vol. I p. 31. 26, ubi *ἀσειὸς* esse dicitur ὁ δι' ἧθος *χρησὸν ἐπαι-*
νετός, nam nunc quidem ut saepe alias Moses simpliciter *for-*
mosus infans est. Vide modo Exod. II 2: *ιδόντες δὲ αὐτὸ ἀσειόν,*
ἐσκέπασαν αὐτὸ μῆνας τρεῖς et Epist. ad Hebr. XI. 23: *εἶδον*
ἀσειόν τὸ παιδίον. Pluribus eandem rem persecutus est Flavius
Josephus Antiq. Jud. II § 231: *πολλοῖς συνέβαινε καθ' ὄδον*
Φερομένῳ συντυγχάνουσιν ἐπιστρέφουσαι μὲν ὑπὸ τῆς ὄψεως τοῦ
παιδός, ἀφιέναι δὲ τὰ σπουδαζόμενά καὶ τῇ θεωρίᾳ προσεσχολεῖν
αὐτοῦ. Quocirca Cobetum non sequar, cui Moses non fuit *ἀσειὸς*
τῷ θεῷ, sed *δεκτός τῷ θεῷ*. Acutam coniecturam esse concedo,
sed Moses fuit *formosus* supra reliquos infantes omnes et quod
additur *τῷ θεῷ*, uti audio, Hebraismus est, eodem plane sensu
quo Nimrod erat *κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου τοῦ θεοῦ*. Item Gen. 6. 11:
ἐφθάρη δ' ἡ γῆ ἐναντίον τοῦ θεοῦ.

Ibid. p. 26 E: ὁ Ἀγαμέμνων ἐν μὲν τοῖς περὶ τὴν ἐκκλησίαν
γιγνομένοις καὶ λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ καταγέλαστος ἐσιν. Cor-
rigam παρὰ τὴν ἐκκλησίαν et expungam dittographiam *γιγνο-*
μένοις καὶ.

Ibid. p. 26 F. Quod omnes norunt, Aristarchus quatuor ver-
siculos ex nono Πιαδῆς libro expunxit: *ἐξείλε ταῦτα τὰ ἔπη*
Φοβηθείς. Ut confirmarem quod suspicatus sum *Μnem.* 1899
p. 204, legendum esse *δυσωπηθείς*, adscribere potueram
Zonarae testimonium p. 585: *οἱ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ κρίνειν καὶ*
ἐλέγχειν τὴν λέξιν λαμβάνουσιν.

Ibid. p. 36 C. Est Euripidis fragmentum 960, quod Nauckius
ita edidit:

τιμᾶν τὰν τέτασθε, πλούτῳ δ' ἀρετὰν κατεργά-
σασθαι δοκεῖτ', ἐν ἐσθλοῖς δὲ καθήσεσθ' ἀνολβοι.

Primum leve est cum Nauckio *κάθησθ'* rescribere et unius-
cuiusque est corrigere *κατεργάσεσθαι*, sed quid est *τιμᾶν*
τὰν τέτασθε? Prorsus nihil proficitur Musgravii suspitione *τιμᾶν*

τ' ἀντέτασθε vel Nauckii τιμὴν πέτασθε. Corrige: ὦ τί μά-
ταν τέτασθε. Poeta alibi: ὦ πόλλ' ἀκοντίζοντες ἄνθρωποι μάτην.
Quid brevi fortes iaculamur aëno, uti ait Horatius.

De recta ratione audiendi p. 38 C. Ni adolescens diligenter
instituat, διασρέφοιτ' ἂν πρὸς κακίαν, ὡσπερ ἐκ χώρας ἀκινήτου
καὶ ἀργῆς ἄγρια πολλὴ τῆς ψυχῆς ἀναδιδουσι. Deleta praepo-
sitione scribam: ὡσπερ χώρας ἀκινήτου καὶ ἀργῆς ἄγρια πολλὰ
τῆς ψυχῆς ἀναδιδούσης.

Ibid. p. 39 D: δεῖ τῶν νέων μᾶλλον ἐκπνευματοῦν τὸ οἶμα
καὶ τὸν τυφὸν ἢ τῶν ἀσκῶν τὸν ἀέρα τοὺς ἐγγέχει τι βουλομένους.
Quod in fine adscriptum est χρήσιμον, ex margine in textum
illatum fuit.

Ibid. p. 41 F: αἱ μὲν γὰρ (σεΦανηπλόκοι) ἐπιουῶσαι τὰ ἀν-
θηρὰ καὶ εὐώδη τῶν φύλλων συνείρουσι καὶ διαπλέκουσιν. Hanc
lectionem unde Bernardaces arripuerit, non comperi; Wyttен-
bachius certe edidit: ἐπινοῦσαι, quod satis leniter refringi poterit
ut fiat: ἐπιλέγουσαι.

Ibid. p. 42 B. Est paulo longior sententia quae omissis minus
necessariis ad constructionem expediendam ita audit: οὐ γὰρ ἐκ
κουρείου μὲν ἀνασάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παρασῆναι, — ἐκ δ'
ἀκροάσεως ἀπίοντα καὶ σχολῆς οὐκ εὐθύς ἀφορᾶν πρὸς ἑαυτόν.
Molestum est quod inseritur χρῆ post ἀφορᾶν.

Ibid. p. 43 C: οἱ παρὰ τοῦ λέγοντος (πρὸς) ὃ μὴ πέφυκε
μηδ' ἤσκηκεν αἰτοῦντες. Praepositio, uti vides, excidit.

Ibid. p. 44 B: σιγῇ καὶ βρῦτῃ καταπλάσῃ καὶ σχημα-
τισμῷ θηρώμενος δόξαν εὐσαθοῦς ἀνδρῶν. Ut numerosa oratio
fiat, addendum erit epitheton ei quod est σχηματισμῷ. Nimirum
propter ὁμοιοτέλετον excidit μοχθηρῷ· σχηματισμῷ (μοχθηρῷ)
θηρώμενος δόξαν.

Ibid. p. 46 D. Dicitur adolescens illiberalis et inverecundus
ὡσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκὶ καὶ τυλώδει τῇ ψυχῇ μώλωπα μὴ λαμ-

βάνειν. Delenda est coniunctio καί· est quasi dicas: ἐν τυλώδει τῇ ψυχῇ ὡσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκί. Hanc dicendi elegantiam saepe venatur Plutarchus.

Quomodo adulator ab amico internoscatur p. 50 C: μὴ τοὺς αὐτοληκῆθους τούτους λεγομένους καὶ τραπεζίας καὶ μετὰ τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ ἀκουομένους ὡς τις εἶπε κόλακας νομίζωμεν. Comici poetae locus quem Plutarchus ante oculos habuit, periit; tantum intelligo ἀκουομένους corruptum esse. Lepide poeta quisquis fuit parasitos appellare potuit: τοὺς μετὰ τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ αὐτομόλους vel fortasse αὐτομάτους. Notum est quid scurra aliquando exclamarit, cum non vocatus venisset ad coenam: Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, qui etiam lepidius iocari potuit sic: βορὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.

Ibid. p. 50 D: τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους. Malo: ἐγκαλινδομένους.

Ibid. p. 53 A. Adnotavit Wytttenbachius: „Haec adulatoris responsa redolent quid Menandream et oratione et modorum reliquiis: βραδέως πεφώρακας τὸν ἄνθρωπον et πάλαι γ' ἐχρῆν θορύβων ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι καὶ φθόνων.” De modorum reliquiis nihil affirmare audeo et nunc quoque apparet quam parum exercitatas aures Wytttenbachius habuerit; sed Menandrum agnosco. Id dubites fueritne Plutarchus usus ipsis poetae comoediis in hoc opusculo consarcinando an Theophrasto, in cuius characteribus permulta inveniuntur eadem forma ac stilo. Ipse fatetur p. 62 E se alios auctores habuisse quos sequeretur: εὐ γὰρ εἶρηται καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν Φίλου μὲν ἐκείνην εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν.

Ibid. p. 54 C. Itidem Menandream sonat: ἀκαίρως ἐγέλας, ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος. Adverbium ipsi quoque Wytttenbachio displicuit, sed quod coniecit εὐχερῶς stare non potest. Quidni scribimus: εὐκαίρως.

Ibid. p. 55 A. Si quis graviter aegrotat, medicus consuetus ac lenibus remediis missis, κασόριον ἐνέσεισεν — ἢ τινα ἐλ-

λεβρορον ἐκπιεῖν τρίψας ἠνάγκασεν. Ad extremum moribundo datur κασόριον, vide modo p. 69 B et 73 E; sed quid est ἐπέσεισεν? Non castoreum est sed lene admodum remedium ἐν ἐπίσειν, nempe παρὰ τὸ ἐμπιπίσκειν. Librarii scribere solebant ἐπέσεισεν, vide Schol. ad Iliad. T 9.

Ibid. p. 58 A. Mithridates rex medicinam factitabat et inter aulicos erant adulatores qui se principi secandos tradebant, ut re ostenderent quanti eum facerent; dicitur sine sensu τὸ γένος τῶν ἀρνούμενων ἐπαίνων. Rescribam: τῶν ἐνεργουμένων ἐπαίνων.

Ibid. p. 59 E. Iracundus dominus excandescit ἄνσκευός ἀμελῶς ἴδη κείμενον, ἄν οἰκοῦντα Φαύλωσ, ἄν ὀλιγωροῦντα κουράς ἢ ἀμπεχόνης, sed proclive est restituere διακονοῦντα Φαύλωσ.

Ibid. p. 60 D. Scribit Plutarchus de adulatore quodam qui acriter in senatu invectus fuerat in Tiberium Caesarem, quod sui nimis negligens esset, dum perpetuo reip. commodis invigilaret. Tum Cassius Severus perspecta hominis astutia, αὐτη, inquit, ἡ παρρησία τὸν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ. Non tulit hoc Sauppilus, qui solus loci sententiam assecutus est, itaque coniecit negatione inserta: οὐκ ἀποκτενεῖ, sed parum elegans coniectura est. Usurpavit, credo, orator ambiguum *tollendi* verbum et Plutarchus iocum utcumque potuit Graece vertit scripsitque: ἐπεκτενεῖ.

Ibid. p. 61 A: ἄν δὲ πρὸς ἑταίραν ἢ μοιχεύτριαν ἐρωμένην κνησμός τις ἐξ ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ἐγγένηται. Interest aliquid inter κνησμός et κνισμός, quemadmodum inter κνήν et κνίζειν. Iunguntur verba κνήν καὶ γαργαλίζειν p. 61 E et κνησμοὶ καὶ γαργαλισμοὶ p. 167 B. Κνίζειν *pingere*, est et κνισμός in re amatoria locum habet, veluti Arist. Plut. 974. Iam Wyttenbachius apud Plutarchum κνισμός praetulerat, sed Bernardaces vulgatum servavit. Vocabulum Plutarchus ceteroquin non usurpavit, sed satis est praesidii in analogia.

Ibid. p. 61 C: *οὐδ' ὁ Βίας ἀπεκρίνατο καλῶς — ἀποκρινάμενος.* Participium eiiciendum.

Ibid. p. 63 C: *ἡ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Φίλου χάρις ὥσπερ ζῶον ἐν βάθει τὰς κυριωτάτας ἔχει δυνάμεις.* Mihi plausi, fateor, corrigenti ᾧ ὄν, sed sero veni, nam Meziriacus idem iam viderat. Docte, ut solet, contradicit Wyttenbachius, sed ipsi loci quos laudat, Diogen. Laert. VI. 40 et Sext. Empir. adv. Mathem. VII. 18. 19, magis ducunt ad ᾧ ὄν quam ad ζῶον. Bernardaces animadversiones Wyttenbachianas non accuratissime excerpserit; veluti p. 66 D omisit dicere Meziriacum pro *κατηγορίαν* acute correxisse *κακηγορίαν*. Sed de Bernardace critici tum *βάρβαροι* tum Ἕλληνες ita dixerunt ut satius sit ei parcere, nec mirum si in longo opere somnus aliquando obrepserit.

Ibid. p. 63 E: *μετὰ δὲ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Κηφισοκράτους δεξιουμένου τοὺς δικαστάς.* *Absolutionem* malo ἀποψήφισιν appellare, quamquam norim in foro Attico ἀποψήφισιν alio fere sensu dici solere. Sed Plutarchus non habuit pretium ius Atticum pernoscere; veluti quam ridicule dictum est paulo supra: *ἀπ' εἰσαγγελίας Φεύγοντι δίκην Κηφισοκράτει.*

Ibid. p. 64 A. Non probo: *ζωγράφημα περιεργον ἀναιδέσι Φαρμάκοις — ἐναργείας Φαντασίαν ἐπαυρόμενον.* Malo: *ἀνταυγέσι.*

Ibid. p. 67 C. Venit aliquando Plato et rogavit Dionysium ut convenire liceret isque potestatem dedit *οἰόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἔχειν μέμψασθαι τὸν Πλάτωνα καὶ διελθεῖν.* Supplendum in fine: *ἔθέλειν.*

Ibid. p. 71 C: *Ἀριστομένης ὁ Πτολεμαίου καθηγητὴς ὅτι νυζάζοντα πρεσβείας παρούσης ἐπέστησεν ἐξεγείρων, λαβὴν τινα παρέσχε τοῖς κόλαξιν.* Quod ad rem ipsam attinet, fuit hic Ptolemaeus V Epiphanes; ceterum *ἐπέστησεν* est vulgata lectio, quam Wyttenbachius sequitur, qui praeterea adnotavit in plurimis libris legi *ἐπάτησεν, ἐπάταξεν* autem in Codice Parisino D. Quod Herwerdenus in Plutarcheis p. 3 commendavit *ἐπαισεν*

vel ἐπάταξεν, id magno opere miror. Scilicet „ex ipsis sequentibus προσφέρειν τὰς χεῖρας tam liquido constat Plutarchum dedisse ἐπαισεν vel ἐπάταξεν, ut vix credam me primum hac de re monere.” Nec sane primus fuit, nam, uti dixi, ἐπάταξεν lectio est Parisini Codicis, nec tamen mihi persuadeo Aristomenem somnolentum regem, ut excitaret, ausum fuisse πατάξαι, quod non comiter admonentis est sed inferentis iniuriam. Bernardaces qui edidit ἐπάταξεν, aliquot annis ante in *Symbolis Criticis* commendarat ἐπέσησεν, quod mihi nimis languere videtur. Quod omnes consentiunt, Aristomenes Ptolemaeum *fecit attentum*: verum quomodo? Rem indicat scriptor ipse: προσήνεγκε τὴν χεῖρα et arrepta manu regem κατενεχθέντα *concussit*, i. e. ἐνυξε vel ἔσεισε vel ἐκίνησε τῷ ἀγκῶνι, quemadmodum est apud Platonem *Amator*. p. 132 B. Synonymum verbum est quod proxime abest ab eo quod est ἐπάταξεν, nempe ἐτάραξεν. Hoc sensu legitur Arist. *Eqq.* 358: λαρυγγιῶ τοῦς ῥήτορας καὶ Νικίαν ταράξω et vs. 840: ἢ πολλὰ πράγματι ἐργάσει σείων τε καὶ ταράττων et medium verbum est apud Homerum Θ 199: σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ. Bonus Aristomenes fecit quod in tali occasione quisvis faceret, sed aulici calumniis suis fecerunt ut rex miserum hominem ad mortem adigeret.

Ibid. p. 71 D: Ἀριστοφάνης δὲ καὶ τὸν Κλέωνα τοῦτ' ἐγκαλεῖν φησιν ὅτι ξενῶν παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγει καὶ παροξύνει τοὺς Ἀθηναίους. Correxit Cobetus παροξύνειν est hoc quidem aliquid, sed non est satis; nam non fuit haec calumnia Aristophanis sed Cleonis; quocirca scribendum: Ἀριστοφάνει δὲ καὶ τὸν Κλέωνα τοῦτ' ἐγκαλεῖν φασιν. Praeterea vide an non praestet παροξύναι.

Ibid. p. 73 B: παυσάσθω κυβεύων καὶ τᾶλλα θαυμαστὸς ἡμῶν ἀνθρωπός ἐστιν. Praestat: ἔσαι, sed non est operae pretium talia minuta vitia sedulo adnotare. Idem mendum repperi p. 70 D.

Ibid. p. 73 E: Φίλος ἐπιεικὴς καὶ πατὴρ χρηστὸς καὶ διδάσκαλος ἐπαίνῳ μᾶλλον ἢ ψόγῳ χαίρει. Adiectivum excidit et fortasse supplendum est: διδάσκαλος (οὐ σκαίος).

Quomodo quis suos in virtute sentiat profectus p. 75 D: τοὺς ταῦτα γε λέγοντας οἶσα δῆπου πάλιν πολλὰ παρέχοντας αὐτοῖς πράγματα. Otiosum est πάλιν et facili opera corriges: πᾶμπολλα.

Ibid. p. 83 A. Hic Plutarchus suis verbis exsequitur quod apud Platonem legerat Rep. IX p. 571 C. Ipsa quoque somnia scelerata sunt et arguunt hominis nequitiam qui utitur noctu ταῖς ἐπιθυμίαις οἷον λελυμέναις, ἅς μεθ' ἡμέραν ὁ νόμος αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ καθεύρνουσιν. Plane requiritur: ὁ λόγος. Pariter apud Platonem ipsum minime immundo somnia visu sunt, ὅταν ὑγιεινῶς τις ἔχῃ αὐτὸς αὐτοῦ καὶ σωφρόνως καὶ εἰς τὸν ὕπνον ἴῃ τὸ λογιστικὸν ἐγείρας.

De capienda ex inimicis utilitate p. 86 B.: ὁρῶ μὲν ὅτι τὸν πρῶτατον, ὃ Κορνῆλιε Πούλχερ, ἄτερ πολιτείας ἤρησαι τρόπον. Iam Xylander expunxit illud supervacaneum ἄτερ· equidem latere arbitror ἄρτι.

Ibid. p. 92 B. Periti agricolae iuxta rosas et violas solent plantare allia et cepas; ἀποκρίνεται γὰρ εἰς ἐκεῖνα πᾶν ὅσον ἔνests τῇ τροφῇ δριμύ καὶ δυσῶδες. Similiter etiam inimicus prodesse poterit: οὕτω καὶ ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ περιέπων τὸ κακόηδες καὶ βᾶσκανον εὐμενέστερόν σε παρέξει τοῖς φίλοις. Simplex est sententia, sed quid est περιέπων? Contuli p. 96 B: οἱ φίλοι πολλάκις φθονοῦσί τε καὶ ζηλοτυποῦσι καὶ περισπῶσιν, p. 143 B: τὴν τῆς μητρὸς (εὐνοϊαν) μὴ περισπᾶν μηδ' ἐλαττοῦν, p. 160 C: οὐδενὸς περισπῶντος οὐδ' ἀπάγοντος. Eodem modo pro περιέπων requiro περισπῶν. Non minus quam ipsum verbum crebro legitur nomen περισπασμός. Cf. praeterea p. 289 B, 326 F, 341 E, 528 B.

De amicorum multitudine p. 94 A. Is demum vere amicus est τὸν θρυλούμενον ἐκεῖνον χρόνῳ τῶν ἄλῶν συνεδηδοκῶς μέδιμον. Pervulgatum proverbium est propter Ciceronem, qui itidem contendit verum illud esse quod dicitur multos modios salis simul edendos esse ut amicitiae munus expletum sit. Alibi quoque Plutarchus, p. 482 B, τὸν θρυλούμενον τῶν ἄλῶν μέδιμον

appellavit et alios locos ab Wyttenbachio indicatos iam recensuerat Erasmus in Adagiis p. 1489. Verum quid est χρόνῳ? Cobetus in *Mnem.* 1873 p. 363 suspicatur in margine adscriptum fuisse XP, i. e. χρῆσόν idque vocabulum male fuisse expletum et in textum invectum fuisse. Equidem haud scio an non praestet: *χρονδρῶν ἀλῶν συνεδηδοκῶς μέδιμονν.*

Ibid. p. 94 E: Φίλος πονηρὸς ἢ σύνεσις λυπῶν καὶ λυπούμενος (sed Hercherus maluit λυμαινόμενος) ἢ βία μετ' ἔχθρας καὶ δυσμενείας ὥσπερ χολή τις ἐξέπεσε. Nescio quomodo hoc displicet et commendo: ὥσπερ χολὴν τις ἐξήμεσε.

De Fortuna p. 98 A: ποῖον οὐ καταλύεται συνέδριον βασιλέως, εἰ ὑπὸ τῆς τύχης πάντ' ἐσίν. Praefero: ἐπὶ τῆς τύχης.

Ibid. p. 98 E: ἡδύτατον ἰχθῦς καὶ πολύσαρκον ὕς. Superlativus pro ἡδιστον sine exemplo usurpatus est: corrigam: ἡδυφάγον, quod adiectivum eodem modo formatum est quo ἡδυποτον. Pariter in Aristoph. Eqq. 539: ἀπὸ κραμβοτάτου ζώματος μάττων ἀσειοτάτας ἐπινοίας, Kiehlus meus in *Mnem.* 1852 p. 49 rescripsit: κραμβοφάγου. Crates poeta κραμβοφάγος fuit, quemadmodum Cratinus ταυροφάγος Ran. 357 et Acharn. 872: ὦ χαῖρε, κολυκοφάγε Βοιωτῖδιον.

Ibid. p. 98 F: κατ' Ἀναξαγόραν σφῶν τ' αὐτῶν χρώμεθα καὶ βλίττομεν καὶ ἀμέλλομεν. Hic solito infelicior fuit Madvigius qui coniecit πόνω, nec tamen arduum est verum invenire, nam animalium carne vescimur, h. e. σαρκὶν τ' αὐτῶν χρώμεθα. Conferatur si opus videbitur p. 86 B: ὠφελοῦνται σαρκὶ τρεφόμενοι.

Consolationis ad Apollonium p. 104 D: ἡ τύχη δεινὴ παρελθεῖν τὰ προπεπονημένα καὶ μεταρρῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν. Satis rarum verbum est μεταρρῖψαι: legitur v. c. apud Simonidem: ὀλίγη δὲ χρόνῳ πάντα μεταρρίπτει θεός, sed de hoc fragmento quod servatur apud Theoph. ad Autolyc. II 54 p. 257, Dielsius conferatur in *Museo Rheno* XXX p. 180, qui ostendit quam exiguae auctoritatis sit. Verum utcumque

hoc est, apud Plutarchum certe requiro verbum quo omnes utuntur: *κατερεΐψαι*.

Ibid. p. 105 B. Philippo Olympias ἄρρεν παιδίον ἐκύησεν. Equidem teneo quod me Phrynichus docuit p. 48. 4 Bk. κύειν καὶ τεκεῖν διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ κύειν κατὰ γαστρός ἐστιν ἔχειν, τὸ δὲ τεκεῖν τέλος ἔχειν τῆ κυήσει. Pepererat Olympias: est hoc ἀπεκύησεν.

Ibid. p. 108 D: ὡς' εἰ καὶ προσέοικε μετάγειν εἰς ἕτερον τόπον ὁ θάνατος. Vitium odoratus est Cobetus, quum προσέοικε idem sit quod ὁμοίος ἐστιν itaque correxit: προσέοικε μεταγωγῆ εἰς ἄλλον τόπον· sed nec satis lenis correctio est et praeterea molestissimus est hiatus; quocirca malo: εἰ καὶ πῶς ἔοικε.

Ibid. p. 108 E. Quaedam Plutarchus sciens omittet dicere, Φειδόμενος τῆς συμμετρίας τοῦ συγγράμματος. Eadem locutio recurrit p. 114 B: Φειδόμενος τῆς τοῦ λόγου συμμετρίας. Intellexit Wytttenbachius *parcendi* verbum mire usurpatum esse et docte locum illustravit, sed nihil attulit quod satisfacere possit. Cobeto res non magis successit; agnovit corruptelam, sed nihil certi ei reperire contigit. „Φεῖδεσθαι,” inquit, „in ea re absurdum est: aut σοχαζόμενος aut simile quid dicendum.” Herwerdenus tentavit: κηδόμενος, sed, ut reliqua taceam, estne satis verisimile bis hoc verbum corruptum fuisse ut fieret Φειδόμενος? Integrum est, uti conicio, participium Φειδόμενος, sed mendum est in nomine συμμετρίας, pro quo olim circumferebatur varia lectio ἀμετρίας. Hoc manu ducit ad: Φειδόμενος τῆς ἀσυμμετρίας τοῦ συγγράμματος et Φειδόμενος τῆς τοῦ λόγου ἀσυμμετρίας. Sic Bentleius correxit p. 353 D: οὐκ ἀναγκαῖον οὐδ' ἀπερίεργον ὄψον, pro eo quod in libris est περίεργον. Sed fortasse contortam locutionem esse dices et duplicem negationem carere elegantia: at p. 434 D τὴν πρίσιν nominavit ἀσθένειαν ἀπιστίας et loquacitas p. 502 C ἀσιγησία est. Praeierat denique ipse Plato, ex cuius Gorgia tam multa in hunc libellum translata sunt p. 525 A: ἀσυμμετρίας τε καὶ ἀισχροτήτος γέμουσαν τὴν ψυχὴν. Eodem sensu est σοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας, Diod. Sic. I 8. 10 et I 9. 4. Ceterum etiam p. 1125 F recurrit Φειδόμενος τῶν ἀξίων ὀνομάτων.

Ibid. p. 111 E: ἐπισησαντες ὅτι ἐν οὐδενὶ κακῷ τυγχάνουσιν ὄντες· malo fere: πισεύσαντες.

Ibid. p. 112 F. Ex Platone, Rep. IX p. 604 B, derivata verba sunt: ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι περὶ τὸ ἰᾶσθαι. Melius hoc quam quod apud Platonem invenitur πρὸς τὸ ἰᾶσθαι.

Ibid. p. 115 A: εἰ λογιζοιθ' ὅτι παύσεται τινος γενομένου (scil. τὸ πένθος), προσαναλογίζαιντ' ἂν χρόνου δηλαδή τι ποιήσαντος. Sensit Madvigius p. 621 vitium, sed infelix coniectior fuit; etenim rescribit: προσαναλογίζαιντ' ἂν. Χρόνου δηλαδή. Τί ποιήσαντος; Nec Graecum colorem haec habent ac multo minus Plutarcheum. Emendandum est: προσαναλογίζαιντ' ἂν· Χρόνου δηλαδή τί ποιήσοντος.

Ibid. p. 116 B. Paulo gravior corruptela est in hisce: ἔχομεν τὸ ζῆν παρακαταθεμένοις θεοῖς. Scribit in Animadversionibus Wytttenbachius malle se credere excidisse participium ἀποδώσονται, nam quindecim annis ante in textus margine adnotarat dativum esse absolutum pro genetivo. Neutra suspicio probari potuit Bernardaci idque recte. sed quod divisim scripsit: παρὰ καταθεμένοις θεοῖς, nec coelum, aiunt, nec terram tangit. Ipsa τὰ συμφραζόμενα satis ostendunt unice verum esse: ὀφείλομεν τὸ ζῆν παρακαταθεμένοις θεοῖς.

Ibid. p. 119 D. Antigonus Gonata, audita morte filii, exclamavit: ὦ Ἄλκυονεῦ, ὀψίτερον μετήλλαξας τὸν βίον· mitto secundum Photium hanc improbandam formam esse pro ὀψιαιτερον, nam circa talia Plutarchus nimis incuriosus est. Sed quaenam est illorum verborum sententia? Secundum interpretem patriæ vox fuit: „serius opinione nostra occubuisti”; sed plane contrarium requiritur quod praestabit: ὀξύτερον μετήλλαξας τὸν βίον. Opponuntur inter sese adverbia ὀξύτερον et βραδύτερον in Platonis Theaeteto p. 190 A.

Ibid. p. 119 E. Patrem Apollonium ut consolaretur, laudarat Plutarchus Menandri senarium: ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει

νέος. Verum repones, inquit, tuum filium Apollini carum, aptum, consecratum esse et aequum erat filium patris magis aliquando exsequiis interesse quam contra. Hic Wyttenbachius multa moliendo nihil prorsus promovit. Graeca verba sunt: ἀλλ' ἴσως ὑποτυχῶν ἂν Φαίης· σφόδρ' ἦν ἐπιτεταγμένος δ νεανίσκος Ἀπολλωνι καὶ Μοίραις καὶ σὲ ἔδει ὑπ' ἐκείνου τελείου γενομένου κηδευθῆναι μεταλλάξαντα τὸν βίον. Madvigius rectissime correxit: Ἀπόλλωνι καὶ Μούσαις, sed non probō quod in participio secutus est veterem lectionem ἐπιτετευγμένος· recte tamen vidit adolescentem Apollini et Musis *aptum* fuisse, h. e. uti suspicor, liberalibus studiis operam dedisse. Unde Bernareaces habeat ἐπιτεταγμένος, dixit *Mnem.* 1896 p. 391; sed hoc video verum esse: ἀποτεταγμένος, h. e. *destinatus* vel *devotus*. Eodem sensu brevi post legitur p. 120 B: χῶρὸς τι ἀποτεταγμένος ἐν ᾧ διατρίβουσιν αἱ ψυχαί.

Ibid. p. 120 B. Apollonii filius adulescens obiit, πρὶν εἰς τινα παροινίαν ἐμπεσεῖν τὴν τῷ μακρῷ γήρα παραπομένην. Hoc vitio iuvenes magis tenentur quam senes. Corrigo: παράνοϊαν.

De tuenda sanitate p. 124 A. Qui una conveniunt cum strenuis potatoribus dicuntur βαδίζειν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἱκανῶς ἔχουσι καὶ συμπίνειν. Aut fallor aut hic perit nota locutio: τοῖς καλῶς ἔχουσι πρὸς τὸ πίνειν. Plurimis exemplis hunc usum stabilivit Cobetus *Mnem.* 1855 p. 304.

Ibid. p. 125 D: ὅταν τι τῶν σπανίων ἀπολαυσμάτων ἢ ἐνδόξων παραγένηται. Verum delectabiles cibi non sponte proveniunt, sed magno dispendio parantur; unde corrigam: παραφέρηται.

Ibid. p. 126 B. Etiam in novissima editione est molestum typhotetae vitium ἡδονάς pro ἡδοναί, iam repetendum ab Wyttenbachii editione.

Ibid. p. 127 C. Duo sunt aperta vitia in verbis quae sequuntur: δεῖ μὴ καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ ναύκληροι πολλὰ δι' ἀπειρίαν ἐμβαλόμενοι, τούντεῦθεν ἤδη διατελοῦσιν ἀντλοῦντες καὶ ὑπεξαίρουντες τὴν θάλασσαν, οὕτως κτέ. Non boni navicularii sunt

qui nesciunt quantum oneris navis capere possit, sed quam maxime imperiti. Infelix admodum est suspicio Bernardacis, qui coniecit: οἱ ἄπλοοι ναύκληροι, quod, uti arbitror, ne ipse quidem dicere potuit quid esset. Verum monstrabunt p. 6 F, ubi malus pictor ζωγράφος ἄθλιος appellatur et p. 60 A, ubi mala scriptio σύγγραμμα ἄθλιον est. Est triplex error ex uncialium literarum usu repetendus (ΑΘΛΙΟΙ-ΑΓΑΘΟΙ). Τὸ λάμβδα factum est ἄλφα, τὸ ἰῶτα γάμμα atque sic transpositis literis pro ἄθλιοι exiit absonum illud ἀγαθοί. — Alterum vitium latet in participio ὑπεξαίρουντες, nam sic scripsit Wyttenbachius, quum in libris esset ὑπεξαίροντες. Facile vincam sinceram scripturam esse ὑπεξερωῶντες. Idem verbum Lobeckius ad Phryn. p. 64 bis Plutarcho reddidit, nimirum p. 52 D μετερώμενον et p. 692 C διερωμένου, nam calamitosa vox est, quae tantum non semper in αἰρεῖν abiit vel αἰρεῖν. Simplex verbum nisi fallor non legitur, sed composita apud Plutarchum ubivis obvia: κατερᾶσαι, ἐξερᾶσθαι, διερᾶσθαι, ἀπέρασις, διέραμα, κατερᾶν, μετερᾶν, ἀντιμετερᾶν, alia fortasse. Addam ex Isaeo locum Orat. V § 17: ἐξαίρεθεισῶν τῶν ψήφων· at adversus multiplicem fraudem suffragia ex sitella non *eximuntur*, sed primum *effunduntur*, deinde numerantur, postremo pronunciantur. Hinc *Mnem.* 1877 p. 405 multis praeterea locis laudatis correxi ἐξεραθεισῶν. Postea vidi eandem coniecturam iam placuisse Dobraeo, quam tamen Buermannus non ausus est in textum inferre. Flagitium est ἐξαιρεῖν τὰς ψήφους, vide modo Isocr. Orat. 17. 35.

Ibid. p. 133 D: (τοὺς ἀθλητὰς) τῶν βιβλίων ἐξελόντες αἰεὶ διημερεύειν ἐν σκάμμασι καὶ βωμολοχίαις ἐθίζοντες. Quaerit Wyttenbachius an non praestet ἐξελῶντες· equidem non assentior, sed arridet ἐξελοῦντες.

Coniug. Praecept. p. 138 E: πολλαὶ τῶν νεογάμων δυσχεράναται διὰ τὰ πρῶτα τοὺς νυμφίους. Quae sunt illa *prima*? Legam equidem: διὰ τὰ πόρρητα. Vide hoc ipsum apud Xenophontem Ephesium p. 392. 12: κάλλιον εἶναι νομίζουσα εἰπεῖν πάντ' αὐτῶ τά πόρρητα. Itidem apud eundem p. 360. 22: τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος ὁδοποιεῖ φιλήματα καὶ ψαύσματα· ineptum hoc est quasi dicas: τὰ πρῶτα ὁδοποιεῖ τὰ πρῶτα et haud sine specie

coniicio: τὰ πόρρητα τοῦ ἔρωτος. Nec magis feram p. 338. 17: περιφύντες ἀνεπαύοντο καὶ τὰ πρῶτα τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων ἀπέλαυον· expunxit Hercherus τῶν ἐρώτων, sed non hoc satis est, nam amantes, uti vides, pervenerant magis ad τὰ ὕστατα quam ad τὰ πρῶτα τῶν ἐρώτων. Hic quoque τὰ πόρρητα mihi plurimum arridet. Ceterum apud Plutarchum τὰ πόρρητα pudenda sunt p. 284 A et 495 D.

Ibid. p. 139 B: τὴν Πασιφάνην ἀπιστοῦσι βόας ἐρασθῆναι βασιλεῖ συνοῦσαν. Hoc miratur Plutarchus quum multas mulieres videat non minus stulte insanientes; hinc supple: (πῶς) ἀπιστοῦσι.

Ibid. 141 B. Captus erat rex Philippus Thessalae mulierculae amore; eam arcessivit Olympias et desiit mirari; erat enim ἐὺπρεπής. Mirum ni ἐκπρεπής fuit.

Ibid. p. 142 A: οἶμαι δὴ καὶ τῇ σόφρονι μάλις αἰεὶ πρὸς τὸν ἄνδρα χαρίτων, ἴν', ὡς ἔλεγε Μητρόδωρος, ἡδέως συνοικῆ καὶ μὴ ὀργιζομένη ὅτι σωφρονεῖ. Agnovit Wyttenbachius in participio vitium, sed veram lectionem ei reperire non contigit. Unice aptum est θρυπτομένη (ΘΡΥΠΤΟΜΕΝΗ — ΟΡΓΙΖΟΜΕΝΗ). De huius verbi usu omnia nota, sed ulterius quaerendum erit de p. 733 C.

Ibid. p. 143 B. Saepe odium est inter socrum et nurum: ἔτι δὲ ζηλοτυπία τῆς μητρὸς ὑπὲρ εὐνοίας πρὸς αὐτήν. Manifesto supplendum: ὑπὲρ (υἱέος) εὐνοίας.

Ibid. p. 143 F: τότε οὖν δεῖ — φυλάττεσθαι τὸν ψιθυρισμόν, ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται. Praestat: δέχεται.

Ibid. p. 144 D: δεινὸν ἦν — δι' ἡδονὴν αὐτῶν βραχεῖαν οὕτω κακουμένας περιορᾶν. Facile vincam verum esse: δι' ἡδονὴν οὕτω βραχεῖαν αὐτὰς κακουμένας περιορᾶν.

Ibid. p. 144 D. Apes δοκοῦσι δυσχεραίνειν καὶ μάχεσθαι τοῖς μετὰ γυναικῶν γενομένοις. De ipsa superstitione satis est lecto-

rem ad Wytttenbachium ablegare, ne eius scrinia compilasse videar; sed corrigendum est: τοῖς ἀπὸ γυναικῶν γενομένοις, quam locutionem ex Herodoto novimus, etiamsi ceteroquin quantum commemini praepositiones ἀπὸ et μετὰ rarius confundi soleant.

Ibid. p. 144 F: ὁ Πλάτων τοῖς πρεσβύταις μᾶλλον παρῆνει αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. Supple: (παντὸς) μᾶλλον. Platonis locus legitur in Legibus V p. 729 B.

Ibid. p. 145 D: παιδίον μὲν γὰρ οὐδεμία ποτὲ γυνὴ λέγεται ποιῆσαι δίχα κοινωνίας ἀνδρός, τὰ δ' ἄμορφα κῆματα καὶ σαρκουιδῆ καὶ σύσασιν ἐν ἑαυτοῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνοντα μύλας καλοῦσι. Supple: (ἄς) μύλας καλοῦσι.

Septem sapientum Conviv. p. 146 D: μετὰ γὰρ τὸν ἔρωτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ προεμένης τὸν βίον ἐκουσίως. Est sermo de incesto amore in filium quo deflagavit Periandri mater; quem amorem scriptor vix sic simpliciter nominare potuit et suppleendum videtur: μετὰ γὰρ τὸν (ἄγριον) ἔρωτα. Vides quam facile post ΓΑΡΤΟΝ excidere potuerit ΑΓΡΙΟΝ. Historiola est apud Parthenium in Eroticis c. 17.

Ibid. p. 146 D. Invitarat Periander sapientes ad coenam ἐν τῷ περὶ τὸ Λέχαιον ἐσιατορίῳ itaque iusto tempore τῶν κεκλημένων ἐκάσῳ συνωρίς ἱκανῶς κεκοσμημένη προσήχθη· parum decore pro tyranni opibus: restitue καλῶς. Fateor p. 150 D, Periander τότε πρὸς τοὺς ἀνδρας ἐκαλλωπίζετο λιτότητι καὶ σωφροσύνη διαίτης, sed hic tantummodo spectantur coenae apparatus minime Persici. Vitium est longe frequentissimum et sexcenties confunduntur καλῶς et ἱκανῶς Veluti brevi post, p. 148 B, spectat Thales τοὺς τε δρόμους καὶ τὰς παλαίστρας καὶ τὸ ἄλλος τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν ἱκανῶς διακεκοσμημένον· ne sordida parsimonia sit, corrigam: καλῶς.

Ibid. p. 147 D. Scio quidem interdum Plutarchum ad hiatus evitandum naturalem verborum ordinem permutare; sed cavit, ne quid inde oreretur obscuri vel contorti. Hinc displicet: ἄς

δὲ Θρασύβουλος αὐτῷ κολούσεις τῶν ἄκρων οὐμὸς πολίτης ὑφηγεῖται μὴ προσιέμενος et libenter expungam proprium Thrasybuli nomen.

Ibid. p. 147 D: γεωργοῦ γὰρ ἀκριδᾶς καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἐθέλοντος οὐδὲν διαφέρει τύραννος ἀνδραπέδων μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἀνδρῶν βουλόμενος. Haec ita ediderat Wyttenbachius, sed in Animadversionibus, recte requiritur, inquit, malae herbae et frumenti nocentis significatio, indeque coniecit: αἶρας καὶ ὄροβάγγχας. Prius illud αἶρας ab omnibus receptum fuit, quum praeterea a codicibus aliquid commendationis habeat; ὄροβάγγχας ita placet ut statim te provocet ad inquirendum numquid verisimilius reperire possis. Itaque Hercherus αἶρας καὶ αἰγίλωπας dedit, Doehnerus αἶρας καὶ ὄνωνας, Bernardaces in *Symbolis* p. 53 κνίδας καὶ ὄνωνας, sed postea in editione Plutarchi Doehnerum secutus est. Equidem sicuti dixi probo αἶρας, sed ad emendandum id quod est ὄρνιθας, conferre iuvat Aristid. Vol. II p. 405 Df.: τὰ θαυμασὰ σοφίζονται σκιᾶ τινι λόγους ἀνασπῶντες, ἔφης ὧ Σοφόκλεις, τὸν ἀνθέρικον θερίζοντες, τὸν ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκοντες, οὐκ οἶδ' ὅστιν ἰσὸν ἀναλύοντες. Quatuor sunt, uti vides, proverbia, quorum tria satis nota sunt, quartum, ἀνθέρικον θερίζειν, novum accedit ad nostras aures, nam praeterea nusquam legitur: usurpatur autem non ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου sicuti interpretatur Aristidis Scholiasta, sed ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων. Itaque placet apud Plutarchum: αἶρας καὶ ἀνθέρικους ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν. Est autem ἀνθέρικος asphodeli caulis quo pauperes vescebantur. Scribit Theophrastus in *Histor. Plaut.* 7. 12 esse asphodelum ex genere τῶν βολβωδῶν, πολλὰ εἰς τροφὴν παρεχόμενον χρήσιμα· καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος εὐθευόμενος καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον· πάντων δὲ μαλίστα ἢ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκου καὶ πλείστην ὄνησιν ἔχει καθ' Ἡσίοδον. Alia complura de hoc argumento vide apud Henricum Stephanum, quae describere nihil opus est, nam forte fortuna in hoc ipso dialogo paucis paginis post, p. 158 A, ipse Plutarchus demonstravit τοῦ ἀνθέρικου naturam, usus eodem illo Hesiodi versiculo quem Theophrastus respexerat: ὄσσον ἐνὶ μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειρα. Est secundum Periandrum ἀγαθὴ μὲν ἢ μαλάχῃ βρωθῆναι, γλυκὺς δ' ὁ ἀνθέρικος, unde sequitur, quod

tamen non disertis verbis declaratur, secundum tyrannum Ἄσφοδέλου nomine Hesiodum voluisse indicare ἀνθήρικον, i. e. caulem. Illa quoque consideranda sunt quae continuo sequuntur: in lustratione insulae Deli Epimenides οὐχ ἰσόρησεν εἰς τὸ ἱερὸν κομιζόμενα τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα μετ' ἄλλων εὐτελῶν καὶ αὐτοφυῶν μαλάχην καὶ ἀνθήρικον, ἃν εἰκὸς εἶσι καὶ τὸν Ἡσίοδον προξενεῖν ἡμῖν τὴν λιτότητα καὶ τὴν ἀφέλειαν. Οὐ ταῦτ', ἔφη, μόνον, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐν τοῖς μάλις α τῶν λαχάνων ἐκάτερον ἐπαινεῖται. Sunt igitur illi caules ad stomachum conducibiles, sed vili pretio prostant et ridiculus est agricola qui satis habet ex agro collegisse lolium et ἀνθήρικον. Cf. Neumann. et Partsch. *Physikal. Geogr. v. Griechenland.* p. 448.

Ibid. p. 148 D. Diligentius excuti debuerant Wytttenbachii animadversiones; veluti διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυχόντας, Wytttenbachius fere suspicatur verum esse διαμιλλᾶται, quam probabilem suspicionem omisit adscribere Bernardaces. Mox. p. 149 E: οἶμαι δ', εἶπεν, ὦ Διόκλεις, καὶ πέρασ εἶχε τὸ σημεῖον edidit idem, cum in libris sit ἔχει praeter Codicem Vossianum ex quo Wytttenbachius enotavit ἔχειν, quod recipiendum.

Ibid. p. 148 C. Sedebat Anacharsis καὶ παιδίσκη προεισήκει τὴν κόμην ταῖς χερσὶ διαπλέκουσα. Immo: παρεισήκει.

Ibid. p. 150 B: ἡ δ' Εὐμητις ἐκάθισε παρὰ τὸ δεῖπνον. Dixi *Mnem.* 1899 p. 300 quibus argumentis mihi persuaserim legendum esse παρὰ τὸν Λίνδιον. Haud multum dissimilis corruptela est Aristoph. *Acharn.* 1137, quam sanavit Herwerdenus.

Ibid. p. 151 D: Φραζέτω τοῖνον τῷ Αἰθίοπι τοὺς ἐμβάλλοντας εἰς τὰ πελάγη ποταμούς ἐπισχεῖν, ἕως αὐτὸς ἐκπίνει τὴν νῦν οὖσαν θάλασσαν. Coniicio: ἕως ἂν ἐκπίη.

Ibid. p. 152 A. Secundum Biantem rex vel tyrannus inter reliquos clarus fieret, εἰ πρῶτος χρῶτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος. exstat tamen apud Stobaeum lectio εἰ τρίποις χρῶτο, unde Ber-

nardaces exsculpit atque adeo in textum intulit: *εἰ ἀτρόποις χρῶτο*, planissime contra Graecitatis usum. Nihil latet nisi: *εἶπερ χρῶτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος*.

Ibid. p. 152 D: *σὺ γάρ, ἔφη ὁ Αἴσωπος, οὕτω γέγραφας ὅτι ὁμοιον οἰκέτας μὴ μεθύειν, ὡς ἔγραψας Ἀθήνησιν οἰκέτας μὴ ἐρᾶν μηδὲ ξηραλοιφεῖν*. Reiskius voluit eiicere molesta verba *ὅτι ὁμοιον*, quae nimis expedita ratio est, e textu eliminare quae non satis intelligas. Sed simplicissimus est librarii error et legendum: *ὅτι ἄμεινον οἰκέτας μὴ μεθύειν*.

Ibid. p. 156 B: *ὕψαντης γὰρ ἄν, οἶμαι, χλαμύδα ποιήσαιτο μᾶλλον ἔργον αὐτοῦ καὶ ἱμάτιον ἢ κανόνων διάθεσιν ἢ ἀνέγερσιν ἀγνύθων*. Si quis forte ignorat quales sint *ἄγνυθες* quae vocantur, ei abunde satisfacere poterit doctissimus Χατζηζωγίδης in amplo commentario ἐν τῇ Ἀθηνᾷ 1898 p. 541. Sed quamnam Plutarchus appellat *ἀγνύθων ἀνέγερσιν*? Hoc quidem existimare difficile est, nam *αἱ ἄγνυθες*, pondera simpliciter Romani dicebant, non *ἀνεγείρονται*, sed *ἀνnectuntur*. Proclive est coniicere *ἄνερσιν* idque Wilamowitzius occupavit emendare. Dixit de ea emendatione Bernardaces Vol. IV p. xxxv utiturque his verbis: „Pro *ἀνέγερσιν* scribi iussi Wilamowitzius *ἄνερσιν* quod inauditum est. Melius *ἐνερσιν* Herwerden. Sed quoniam *ἄγνυθες* non *ἐνείρονται* magis quam *ἀναρτῶνται*, praefendum videtur *ἀνάρτησιν*.” Malo equidem Gottingensi professori aurem praebere quam Mytilenaeo; etenim pondera appenduntur, annectuntur et rectissime dici poterunt *ἀνείρεσθαι*, longe melius quam *ἐνείρεσθαι*. At *ἄνερσις* substantivum inauditum est? Quid hoc ad rem quum *ἄνερσις* secundum analogiam certam formatum sit? Sed ne hoc quidem concesserim inauditam formam esse. Legitur in sexto Bekkeri lexico p. 401. 29: *ἀνέρσει· ἀναρτήσει, κρεμάσει·* hoc quo spectet, apparet p. 396. 22: *ἀνείρειν· ἀναπείρειν· ὅθεν καὶ ἡ ἄνερσις παρὰ Θουκυδίδῃ*; deinde quod sequitur *χρυσῶ σεφάνω ἐνέρσει*, id certe scribendum: *χρυσῶν τεττίγων* itemque *ἀνέρτει*, ne sibi ipse grammaticus obloquatur. Confirmatur lectio *χρυσῶν τεττίγων ἀνέρσει* etiam testimonio magni Etymologi p. 106. 34, qui praeterea affert Platonis Comici locum: *σχόινους λαβῶν ἀνείρε τὰ κρέα*. Quod nunc obiter addo, de

τεττίγων forma et usu docte disputavit Franciscus Studniczka post Classenii Thucydidis editionem 1897 I p. 335 sqq., sed nondum mihi omnis exemta dubitatio ultra scriptura apud Thucydidem praestet et parum abest quin *χρυσῶν τεττίγων ἀνέρσει* omnino praeferam. De Plutarchi loco minime ambigo.

Ibid. p. 159 D: ἄρ' οὖν οὐκ ἄξιον συνεκτεμεῖν ἀδικίᾳ κοιλίαν καὶ τῷ μάχων καὶ ἧπαρ, ἃ καλοῦ μὲν οὐδενὸς αἰσθησιν ἡμῖν οὐδ' ὄρεξιν ἐνδίδωσι, σκεύεσι δὲ μαγειρικοῖς, οἷα κοπίδες καὶ λέβητες, τὰ δὲ μυλωθρικοῖς καὶ καμίνοις καὶ Φρεωρύχοις καὶ μακτηρίοις ἕοικεν; Viderunt, uti arbitror, omnes absurde mentionem fieri de putei fossione, sed manus abstinuerunt, quum probabilis correctio non suppeteret. Incidi equidem in *κρεουργικοῖς*, quod facile intellectu est.

Ibid. p. 160 E: οὐκοῦν λεκτέον εἰς ἄπαντας, μᾶλλον δ' ἄκτεόν ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους ὑπερφεγγόμενον ὃν ἦκεις λόγον ἡμῖν κομίζων. Secundum Wyttenbachium locus sanus quidem est, sed subobscurus; nec tamen in criticis adnotationibus nec magis in animadversionibus quidquam attulit quod faceret ad plenam intelligentiam. Primus post eum aliquid molitus est Madvigius, qui correxit: *μᾶλλον δὲ κρακτέον ἐςί, τοὺς νέους τούτους διθυράμβους* et sententiam ita interpretatur: „Dicenda nobis apud omnes aut proclamanda est, quam affers, oratio, ita ut sono vincat novos hos dithyrambos.” Malim equidem: *μᾶλλον δ' ἐλκτέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους*. Sed vel sic tamen remanet quod praeterea desideres.

De Superstitione p. 165 E: μόνη γὰρ οὐ σπένδεται πρὸς τὸν ὕπνον οὐδὲ τῇ ψυχῇ ποτε γοῦν δίδωσιν ἀναπνεῦσαι. Quod Madvigius correxit τότε γοῦν, id mihi satis esse non videtur; lego: οὐδὲ τῇ ψυχῇ ποτε γρῦ δίδωσιν ἀναπνεῦσαι. Compendium est quo fit ut inter γοῦν et γρῦ exiguum intersit discrimen.

Ibid. p. 166 D: ἔσι καὶ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι. Subridebis ad Wyttenbachii adnotationem, qui hoc sibi videtur intelligere. Unusquisque mihi dabit ἐλευθερίαν

ἀπογῶναι hic quidem absurde dici. Quaesivi quid tandem lateret et suspicatus sum lege concessum fuisse servis alium dominum quaerere, si ne extrema quidem senectute miseriarum finem exspectarent. *Εὐγρηῖαν ἀπογνοῦσιν* humanitatis erat concedere *δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον*. Cf. Lucian. p. Merc. Cond. 24.

Ibid. p. 168 D: *ἂν δ' ἄριστα πράττη καὶ συνῆ πράψ δεισιδαιμονίᾳ, περιθειούμενος οἴκοι κάθηται καὶ περιματτόμενος*. Maximo opere offendor adiectivo *πράψ*, quod certe *πραεῖα* dictum oportuit, sed difficile est praeterea existimare quoniam sit *πραεῖα δεισιδαιμονία*. Emendatio perfacilis est, nempe: *γρᾶ ὧδει δεισιδαιμονίᾳ* et simul vides unde sit natum vitium. Praeterea codicum lectio est *περιθυόμενος*, quam Hercherus correxit, sed scribendum non *περιθειούμενος*, sed *περιθεούμενος*. Etenim Menandri locus est quem Plutarchus ante oculos habuit:

*περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ
καὶ περιθεωσάτωσαν.*

De correpta vocali in *καταλαεῖνω* ex *λεῖος* formato, de *ἐπιθεάζειν* ex *θεῖος* iuxta *ἐπιθειάσαι*, de *τελεοῦν* ex *τέλειος* sim., Cobetus egit *Mnem.* 1858 p. 280.

Regum et Imperatorum Apophthegm. p. 173 D. Artaxerxes *πρωτοβολεῖν ἐκέλευσε τῶν συγκυνηγετούντων τοὺς δυναμένους καὶ βουλομένους*. Ridicule ut nihil supra; lege: *δεομένους*.

Ibid. p. 182 D. Refertur Antigoni dictum. *Ἀθηναίων δούλον αὐτοῦ τιμώμενον εἰς τὴν πολιτείαν ὡς ἐλεύθερον ἐγγραψάντων, οὐκ ἂν, εἶπεν, ἐβουλόμην ἕνα Ἀθηναῖον ὑπ' ἐμοῦ μασιγοῦσθαι*. Correxit Cobetus *γενόμενον* et *μεμασιγῶσθαι*, sed praeterea requiro: *δντα Ἀθηναῖον*.

Ibid. p. 182 E. Idem ille Antigonus pater Demetrii *ρήτορος ἀκούων λέγοντος, ὅτι χιονοβόλος ἢ ὦρα γενομένη λιποβοτανεῖν ἐποίησε τὴν χώραν, οὐ παύσῃ μοι, εἶπεν, ὡς ὄχλω χρώμενος*. Intelligitur frigus illud, ut videtur, quod fuit anno 307 vel brevi post, de quo frigore Plutarchus retulit in vita Demetrii 12.2. Sed in Antigoni dicto periit aculeus, quem fortasse

recuperabis scribendo: ὡς ὀχετῶ χρώμενος. Vide ὀχετὸν similiter usurpatum p. 91 F.

Ibid. p. 183 C. Lepida est de Demetrio fabula: ἀποσάντων τῶν Ἀθηναίων ἐλὼν τὴν πόλιν ἤδη κακῶς ὑπὸ σιτοδείας ἔχουσαν, εὐθύς ἐκκλησίας αὐτῶ συναχθείσης, ἐπέδωκε δωρεὰν σίτον αὐτοῖς· δημηγορῶν δὲ περὶ τούτων ἐβαρβάρισε· τῶν δὲ καθημένων τινὸς ὡς ἔδει τὸ ῥῆμα λεχθῆναι παραφωνήσαντος, οὐκοῦν, ἔφη, καὶ τῆς ἐπανορθώσεως ταύτης ὑμῖν πεντακισχιλίους ἐπιδίδωμι μεδίμνους. Huius loci immemor fui in Photio edendo v. θεριῶ, qui ita narrat: δανείζω, δανείσω, οὐκέτι δὲ τὸ δανειῶ, βάρβαρον οὕτως ᾤξε καὶ τοὺς Ἀθηναίους φασὶν ἀθρόως εἰς ἐκκλησίαν συναθροισθέντας ἐπὶ τῶν διαδόχων, ἐπειδὴ εἰς ἀπορίαν καθεισῆκεσαν χρημάτων, ἔπειτὰ τις αὐτοῖς τῶν πλουσίων ὑπισχνεῖτο ἀργύριον, οὕτω πως λέγων ὅτι ἐγὼ ὑμῖν δανειῶ, θορυβεῖν καὶ οὐκ ἀνέχεσθαι λέγοντος διὰ τὸν βαρβαρισμὸν καὶ οὐδὲ λαβεῖν τὸ ἀργύριον ἐθέλειν, ἕως αἰσθανόμενος ὁ μέτοικος ἢ καὶ ὑποβαλόντος αὐτῶ τινος, ἔφη· δανείσω ὑμῖν τούτο τὸ ἀργύριον· τότε δὲ ἐπαινέσαι καὶ λαβεῖν. Nunc quoque factum est, quod semper fit, et fama crevit eundo.

Ibid. p. 184 A. Audita fratris morte Antiochus Ἴεραξ cognomine θεῖς τὴν προφύραν Φαιὸν ἱμάτιον ἀνέλαβε. Displicet compositum ἀνέλαβε et reponam: ἀντέλαβε. In eadem re simplex verbum legitur p. 489 A, sed malo id quod dixi.

Ibid. p. 189 E. Lycurgus summam commendavit in aedificando simplicitatem, αἰσχυνέσθαι γὰρ εἰς οἰκίας λιτὰς ἐκπώματα καὶ τραπέζας πολυτελεῖς εἰσφέροντας. Lege: αἰσχυνεῖσθαι.

Ibid. p. 190 A: Θεόπομπος ἔν τινι πόλει πρὸς τὸν ἐπιδεικνύμενον τὸ τεῖχος αὐτῶ καὶ πυνθανόμενον εἰ δοκεῖ καλὸν ναὶ ὑψηλὸν εἶναι, οὐδ' εἰ γυναικῶν, εἶπεν, ἦν. Displicuit haec scriptura Cobeto in *Collectaneis* p. 485: „Haec quidem verba,” inquit, „nihil significant et sententia dicti ex similibus locis quos Wyttensbachius adscripsit, est elicienda. Simplicissimum est rescribere: εἶναι; καλὴ γυναικῶνίτις, εἶπεν.” Ad quem finem laudavit p. 230 C, ubi in simili fabula est: νῆ τοὺς θεοὺς, ᾧ ξένοι, καλὴ

γυναικωνίτις. Novi tamen rationem aliquanto simpliciore: nempe γυναικῶν mutato accentu scribendum est γυναικῶν. Ipsum illud vocabulum Platoni quoque reddidi in Timæo p. 70 A in *Mnem.* 1893 p. 27, ubi pluribus egi περὶ τῶν περιεκτικῶν in -ών. Similiter pro μελιττῶν apud Xenophontem in Hellenicis restitui μελιττῶν in *Mnem.* 1896 p. 357.

Ibid. p. 191 F: Νικίας εἰ μὲν οὐκ ἀδικεῖ, ἄφες· εἰ δ' ἀδικεῖ, ἐμοὶ ἄφες. Hoc quidem recte, sed expungam quod additur: πάντως δ' ἄφες. Redit vitium p. 209 F.

Ibid. p. 192 B. Quod Epaminondas aliquando iecit in obesum militem: μόλις αὐτοῦ σκέπουσι τὴν γαστέρα ἀσπίδες τρεῖς ἢ τέσσαρες, δι' ἣν οὐχ ἐόρακεν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον, quam eleganter expungi poterit id quod est τὴν γαστέρα.

Ibid. p. 193 E. Epaminondas παραινῶν ἔλεγεν· ἔτι βουλεύσασθε. Quidni παριῶν.

Ibid. p. 193 F. Athenienses καινοῖς κεκοσμημένοι ὄπλοις Peloponnesum intrarant; tum Epaminondas, τί οὖν; inquit, Ἀντιγενίδας σένει καινοὺς Τέλληνος αὐλοὺς ἔχοντος; Optimus autem tibicen erat Antigenidas, pessimus contra Tellen. Est igitur absurda lectio σένει· quisvis intelliget ὕσερεῖ.

Ibid. p. 194 D. Pelopidae verba sunt: ἀναγκαῖα τὰ χρήματα νῆ Δία τοῦτῳ Νικόδημῳ, δείξας χωλὸν καὶ ἀνάπηρον ἄνθρωπον. Praefero: τουτῷ· Νικόδημον δείξας.

Ibid. p. 200 A. Est paulo gravior corruptela in hisce: μὴ σὺ τὴν διὰ μέσου θάλασσαν — τοῦ Πολυβίου συμβουλευόντος αὐτῷ κατασπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς. Secundum Wyttenbachium pro μὴ σὺ vetus et sana lectio videtur fuisse εἰς, quam expulit hoc μὴ σὺ ortum quomodocumque ex proximo μέσου. Hoc si teneas, non difficile erit verum invenire quod fuit: εἰς τὴν μεταξὺ θάλασσαν. De ipsa re idem Wyttenbachius dixit in Animadversionibus.

Ibid. p. 204 B. Coram Lucullo contendit Pompeius μάλλον γέροντι τὸ τρυφᾶν ἢ τὸ ἄρχειν εἶναι παρ' ἡλικίαν. Prorsus necessario suppleendum est: ἢ (νέω) τὸ ἄρχειν.

Ibid. p. 204 F: ἀντὶ τοῦ Κικέρωνος ἐρέβινθον ἐτόρευσε. Lego: ἐνετόρευσε· vide modo in Ciceronis vita c. 1.

Aporrhēgm. Lacon. p. 208 D. Quaerit Wyttenbachius sintne 'Αποφθεγμάτων Collectiones ipsius Plutarchi nec ne; deinde, multis in utramque partem disputatis, p. 1042 suum cuique iudicium liberum relinquit, ipse tamen genuinos libros esse pronunciat p. 1146: „Est profecto,” inquit, „hic libellus — 'Αποφθέγματα sunt Λακωνικά — non magis spurius censendus quam proxime antecedens.” Mihi propemodum miraculo est praeclarum virum, qui Plutarchi scripta penitus nosset ad tam improbabilem opinionem delabi potuisse. Magna pars horum acute dictorum ex Plutarchi Vitis consarcinata est; sed quod praeterea aliunde corrasum fuit, saepe egregie absurdum est. Veluti quod legimus ea pagina quam supra indicavi, Agesilaum ἐτι παιδα ὄντα βασιλέα ἀποδεδειχθαι, crassus hic error est qui non cadit in ipsum Plutarchum, nam alia omnia narravit in Regis vita. Sed cum alii tum Cobetus rem in clara luce posuit *Mnem.* 1873 p. 367 et Christius eandem sententiam tuetur in *Historia Litterarum Graecarum* p. 655.

Ibid. p. 210 A. Victus simplicitatem Agesilaus commendans, ταύτης, ἔφη, τῆς διαίτης τὴν ἐλευθερίαν ἀμώμεθα. Et ἀμώμεθα illud displicet, nec multo magis placet quod Valckenaerius coniecit: μώμεθα. Incidi equidem in: μνώμεθα, quod verbum plus semel apud ipsum Plutarchum invenitur eo sensu quem hic locus requirit.

Ibid. p. 221 F: ἰδὼν τὸ Φιλίππου στρατόπεδον ἐν Ἰσθμῷ τὰ σενὰ κατείληφότος. Lego: κατείληφός.

Ibid. p. 223 A: Κλεόμβροτος δ Πausανίου, ξένου τινὸς διαφερομένου πρὸς τὴν πατέρα περὶ ἀρεσῆς, μέχρι τούτου, εἶπεν, κρείσσων σού ἐστὶν ὁ πατήρ, μέχρι ἂν καὶ σὺ γεννήσῃς. Necessaryo

restituendum futurum ξσαι et supplendum: μέχρι ἂν καὶ σὺ (υἶόν) γεννήσῃς.

Ibid. p. 225 F. De duobus catulis fabula est, quam omnes norunt. Lyeurgus eos ἀγαγὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔθηκεν ἀκάνθας καὶ λιχνείας τινάς, ἀφῆκε δὲ καὶ λαγῶν. Hic malo certe Wyttenbachii ἔθηκε λεκάνας, quam Bernardacis τευθείας, sed arripet correctio paulo lenior πιθάκνας, quales Spartani habebant teste Polemone apud Athen. XI p. 483 D: ἐν Λακεδαίμονι κατὰ τὰς ἑορτὰς ἐν τε τοῖς ἐπινικίοις καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων πίνουσι ἐκ κεραμέων ποτηρίων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις καὶ Φιδιτίοις ἐν πιθάκναις, quas propterea e ligno fuisse putem, quamquam ex argilla sint Lucian. Quom. hist. 4. Demosthenes vocabulum usurpavit Onetor. I § 28, ad quem locum respicit Grammaticus in quinto Bekkeri lexico p. 290. 23: Πιθακνῶν· τῶν μικρῶν πίθων, ἐν οἷς εἰσὶν ἰσχάδες καὶ τὰ τοιαῦτα.

Ibid. p. 232 E: Ἐπαινοῦντός τινός τοὺς ἀρίστους μαχητάς, Λάκων εἶπεν· Ἐν Τροίᾳ Prorsus sine sensu; sed quam lepide, quum quidam laudaret τοὺς Ἀργείους μαχητάς, Laco potuit reponere: ἐν Τροίᾳ. Notabile est in uno vocabulo triplex vitium (ΑΡΓΕΙΟΤΣ — ΑΡΙΣΤΟΤΣ). Sed sero veni; iam enim idem Leeuwenius vidit *Mnem.* 1892 p. 223.

Ibid. p. 234 D: Σπαρτιάτης ἐρωτηθεὶς εἰ ἀσφαλῆς ἢ εἰς Σπάρτην ὁδός, εἶπεν· ὁποῖος καθίσῃς· οἱ μὲν λέοντες βαδίζοντι ἄπο καλέοντι, τὼς δὲ λαγῶς ἐπὶ τῷ σκηνῶ θηρεύομες. Absurdum est καθίσῃς, sed praeterea reliqua quoque descripsi ut appareret scriptorem, quisquis fuit, hic certe Dorica dialecto fuisse usum. Hinc Bernardaces elegantissime emendavit: οἱ μὲν γὰρ λέοντες βαδίζοντι ὄπα κα λέωντι, nisi forte malis λῶντι. Atque sic facile pellucet vera lectio: ὁποῖος κα ἴης.

Lacaen. Apophthegm. p. 241 A. Nescio unde Bernardaces habeat quod apud Wyttenbachium deest: ἄλλη ἀκούσασα τὸν υἶόν ἐν παρατάξει πεσόντα ἔφη· δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δὲ σε, τέκνον, ἄδακρυς καὶ ἰλαρὰ θάπτω τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον. Latet distichon:

Δειλοὶ κλαίεσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδρακρυς
θάπτω τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

Interpolatum est, uti vides καὶ ἰλαρά.

Ibid. p. 242 A. Audita morte filii Spartana matrona, κάτθετε αὐτὸν, Ξφῆ, ἀνακληρωσάτω δὲ τὴν ἐκείνου τάξιν ὁ ἀδελφός. Palam est rescribi oportere: θάπτετε αὐτόν.

Mulier. Virtut. p. 244 E: ἐγάμει τις ἐν Χίῳ τῶν δοκούντων γνωρίμων εἶναι. Nonne verius est γεωμόρων vel fortasse γαμόρων? Apud Samios certe illi notissimi sunt, cf. Valck. ad Herod. VI 22, Ruhnk. ad Tim. p. 67, Wyttenb. ad Moral. p. 303 E. Eandem corruptelam odoratus sum in Xenophontis Hellenicis II. 2. 6, cf. *Mnem.* 1896 p. 353.

Ibid. p. 250 A: Ταρύνιον — ἐξήλασεν ὕβρις καὶ ἀρετὴ Λουκρητίας. Inseram: (υἱέος) ὕβρις.

Ibid. p. 250 F: ἀγασθεὶς ὁ Πορσίνας ἐκέλευσεν ἵππον ἀχθῆναι κεκοσμημένον εὐπρεπῶς. Non est hoc regale donum et Cloelia equum accepit κεκοσμημένον ἐκπρεπῶς. Confusio horum vocabulorum saepe recurrit et supra iam exemplum habuimus. Nec probo quod p. 282 B Sophocles fragmentum 787 ita editur:

ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη
χῶταν περ αὐτῆς εὐπρεπεστάτη Φανῆ
πάλιν διαρρεῖ κάπῃ μηδὲν ἔρχεται.

Sed plena luna est, credo, αὐτῆς ἐκπρεπεστάτη. Ultimum vocabulum scripserim: κάπῃ μηδὲν οἴχεται.

Ibid. p. 251 F. Processerunt coronatae sacerdotes et conspecto Aristotimo ἐσησαν τὸ πρῶτον σιωπῇ ὁσίως προϊσχύμεναι τὰς ἱετηρίας. Displicet adverbium ὁσίως et praeterea hiatus molestus est; malo: κοσμίως.

Ibid. p. 252 C: Φειδόμενοι παιδαρίων καὶ γυναικῶν. Plane requiro: γυναιῶν. Hoc quoque mendum minime rerum rarum est, veluti apud Lucianum Deor. Dial. 24. 2: οἱ μὲν Ἀλκμήνης

καὶ Σεμέλης υἱοί, ἐκ γυναικῶν δυσήνων γενόμενοι. Mercurius Alcmenen et Semelen cum contemptu mulierculas appellavit et legendum: ἐκ γυναικῶν.

Ibid. 255 E. Aretaphila ἀρετήν καὶ πράξιν ἐνάμιλλον τῇ βουλή τῶν ἡρώιδων παρέσχεν. Intelligam: τῇ βελτίστῃ.

Ibid. p. 256 D. De eadem illa Aretaphila socrus Calbia tormentis vehementissime quaesivit καὶ διεφύλαττεν αὐτὴν ἀήττητον ἐν ταῖς ἀνάγκαις ἄχρι καὶ τὴν Καλβίαν ἀποκαμεῖν ἄκουσαν. Cur invita scelestā mulier destitit? Quidni κακοῦσαν?

Ibid. p. 256 E: ἦν γὰρ αὐτῇ θυγάτηρ ἀνδρὸς ὦραν ἔχουσα καὶ τὴν ἔψιν ἱκανή. Nimis tenuis ea laus est, nam sunt tales virgines inter καλὰς et αἰσχροῦς mediae; habeant *beauté de diable*; sint proprio sensu *plainfaced*; sed nihil ultra. At illa fuit τὴν ἔψιν καλή, ut δέλεαρ esse posset μεираκίω πρὸς ἡδονὴν εὐαλώτω. Idem offendimus vitium in *Amatorio* p. 749 D, ubi quaedam mulier νέα καὶ ἱκανὴ τὸ εἶδος occurrit, quae tamen inter paucissimas καλή erat secundum p. 755 D.

Quaest. Rom. p. 264 E: τῷ κερᾶμῳ προσβαίνοντες εἶσω καθιᾶσιν αὐτούς. Infra scriptor καθίμησιν appellat et praestat καθιμῶσιν. Iam Papabasilus hoc vidit ἐν τῇ Ἀθηνᾶ X p. 179.

Ibid. p. 265 B: πότερον, ὡς οἱ πλείστοι νομίζουσιν, ἀπειρημένον ἦν πίνειν οἶνον ταῖς γυναιξίν. De constanti more delendum id quod est ἦν.

Ibid. p. 265 D: πρῶτερον γὰρ οὐκ ἐγάμουσιν τὰς ἀφ' αἵματος, ὥσπερ οὐδὲ νῦν τηθίδας οὐδὲ ἀδελφάς. Mirum nondum correctum fuisse ἀδελφιδᾶς. Non reperti fuerunt qui Imperatoris Claudii exemplum sequerentur, ut scribit Suetonius in Vita c. 26.

Ibid. p. 270 F: οὐ γὰρ ἦττον ἔσι πρὸς τὸ μέλαν ἢ τὸ ἄλουργόν εἰπεῖν· δολερα μὲν τὰ εἶματα, δολερά δὲ τὰ χρώματα. Quod unusquisque videt, scripsit haec Plutarchus Herodoti memor, apud quem sunt III. 22 verba Aethiopum regis: δολερούς μὲν

τοὺς ἀνθρώπους, δολερὰ δ' αὐτῶν τὰ εἴματα. Sed est operae pretium duos praeterea Plutarchi locos conferre, nempe p. 862 D: δολερὰ μὲν τὰ ἀλείμματα, δολερὰ δὲ τὰ εἴματα τῶν Περσέων, quae verba diserte ex Herodoto afferuntur, ut fere suspicer aliud quid scriptorem in suo codice invenisse quam quod hodie in omnibus Herodoti codicibus circumfertur. Non multum recedit p. 646 B: δολερὰ εἴματα καὶ χρίσματα κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου Φωνῆν vel Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 344: τὸ μύρον καὶ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι δολερὰ μὲν τὰ ἴματα, δολερὰ δὲ τὰ χρίσματα ὑπολαμβάνοντες ὀρθῶς. Hisce omnibus in unum collatis, de Herodoto, sicuti dixi, etiamnunc ambigo, sed apud Plutarchum p. 270 F pro χρώματα tuto reponere licebit χρίσματα vel, si id mavis, sinceram et antiquam formam χρίματα, de qua Cobetus saepe dixit et primum in *Variis Lectionibus* p. 85.

Ibid. p. 272 F: τὸν θεὸν προυκαλεῖτο διαβαλέσθαι τοῖς κύβοις πρὸς αὐτόν. Melius intelligam: διαμιλλᾶσθαι. Vide supra ad p. 148 D.

Ibid. p. 273 C. Quaeritur διὰ τί τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων μόνα τὰ σκῦλα νενόμισαι περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ καὶ μήτε προσκυνεῖν μήτ' ἐπισκευάζειν. Solus inter omnes Bernardaces integram scripturam esse perhibet; sed iam Wyttenbachius recte adnotarat: προσκυνεῖν sine dubio corruptum. Addit autem: „forte scriptum fuerat προσκαινοῦν, vel προσκονιᾶν, quorum illud etiam Xylandro in mentem venerat.” Quod haec verba nusquam praeterea leguntur, id parum fortasse ad rem: servant modo critici in novis vocabulis fingendis certam ac notam analogiam, venia iis dari poterit ipseque mox aliud verbum commendabo quod frustra quaeres in Stephani Thesaurο. Sed illud urgeo, quod in his compositis non pellucet vis praepositionis πρὸς nec magis simplicia verba καινοῦν vel κονιᾶν hic commodam explicationem habent. Evolvamus Wyttenbachii Animadversiones neque inutile fuerit ipsos describere locos ab summo viro indicatos. „Spolia relecta,” inquit, „neque nos legere meminimus. Ad Romani moris observationem in tropaeis pertinet illud Flori III. 2. 6: „Domitius Ahenobarbus et Fabius Maximus

ipsis quibus dimicaverunt in locis saxaeas erexere turres et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixere: quum hic mos inusitatus fuerit nostris. Numquam enim populus Romanus hostibus domitis victoriam suam exprobravit." De Graecis magis notum est." Nempe hi *τρόπαια* statuebant quidem, sed *τὴν Νέμεσιν*, uti arbitror, fugientes duratura monumenta esse volebant. Hinc ipse quoque Plutarchus: *οὐδὲ γὰρ παρ' Ἑλλήσιν οἱ πρῶτοι λίθινον ἢ χαλκοῦν ζήσαντες τρόπαιον εὐδοκιμοῦσι*. Imprimis Macedones eum morem vehementer improbabant. Narrat Pausanias IX. 40. 4: *Φίλιππος οὐκ ἀνέθηκεν ὁ Ἀμύντου τρόπαιον, οὐτ' ἐνταῦθα, οὐθ' ὀπίστας μάχας ἄλλας βαρβάρους ἢ καὶ Ἑλληνας ἐνίκησεν· οὐ γὰρ τι Μακεδόσιν ἰσάναι τρόπαια ἦν νενομισμένον.* — *Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος οὐκ ἀναστήσας οὔτε ἐπὶ Δαρείῳ τρόπαια, οὔτε ἐπὶ ταῖς Ἰνδικαῖς νίκαις*. Sed Chaeroneae duo sunt *τρόπαια* ἃ Ῥωμαῖος καὶ Σύλλας ἐσησαν, *Τάξιλον καὶ στρατιᾶν τὴν Μιθριδάτου κρατήσαντες* Hoc igitur monumentum lapideum vel aeneum fuit, quod tamdiu perduravit. Imprimis apparet quae fuerit veterum Graecorum de eiusmodi innovatione sententia ex exemplo rhetorico quod Cicero habet de Inventione II. 23: „Cum Thebani Lacedaemonios bello superassent et fere mos esset Graecis, cum inter se bellum gessissent, ut ii qui vicissent, tropaeum aliquod in finibus statuerent, victoriae modo in praesentia declarandae causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret, aeneum statuerunt tropaeum. Accusantur apud Amphictyonas, i. e. apud commune Graeciae consilium." Hic Graecus meos admiror et diligo et apparet quid iudicaturi fuissent de aeneo leone apud pagum Waterloam. Adoravissent, credo, *τὴν Νέμεσιν* et leniter adrisissent, si ungues animadvertissent resectos. Disertum est Diodori Siculi testimonium XIII. 24: *τίνος χάριν οἱ πρόγονοι πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον νίκαις κατέδειξαν οὐ διὰ λίθων, διὰ δὲ τῶν τυχόντων ξύλων ἰσάναι τὰ τρόπαια; ἄρ' οὐχ ὅπως ὀλίγον χρόνον διαμένοντα ταχέως ἀφανίζονται τὰ τῆς ἔχθρας ὑπομνήματα;* Itaque praeclare Germani quum, non in Alsatia, sed in dextra Rheni ripa, Germaniam suam constituerent, monumentum esse voluerunt concordiae inter cives et caritatis qua omnes, virile ac muliebre secus, communem patriam prosequerentur; sed in imaginibus nihil est quod referri possit ad Francorum iniuriam et ignominiam.

Ipse adfui, quum nescio quis Gallus Lutetia oriundus et peritus iudex splendidum opus meritis laudibus extolleret.

Verum quid est extra oleas vagari nisi hoc est? Redeo in meum angulum. Tropaeorum formam optime novimus, nam Romae in arcibus marmoreis uti et in nummis saepe repraesentantur. Conficiebantur ex arboribus quas, amputatis minoribus ramis, hostium spoliis ornabant. Ipse Virgilius diserte morem descripsit, Aen. XI. 5:

Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum
Bellipotens; aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque *trunca* viri, et bis sex thoraca petitum
*Perfossun*que locis: clipeumque ex aere sinistrae
Subligat atque ensem collo suspendit eburnum.

Ita est: tropaeum refert armati militis speciem. Trunco induunt loricam, superimponunt galeam, quasi sinistrae manui adaptatur scutum, dextrae autem duae hastae; alligatur denique gladius. Sed quod ex Virgilio nobis iam apparuit, omnia illa arma et tela confracta erant, perfossa, mutila, nulli umquam usui futura. Noli mirari: caesorum hostium spolia, sicuti Mezentii, non integra dominum mutarant et si quid forte inter reliquam praedam integrum reperiretur, trunco tamen non ante adaptassent quam inhabile reddidissent ad usum. Iam adnotavit magnus Animadversor ad Athenaeum p. 47: „Fuit moris olim, cousecrandam numini alicui vestem findere ne manibus tagacibus esset obnoxia. Hesychius: *οι ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτά, ἵνα μὴ ἀρθῶσι.*” Et ad hunc usque diem barbarae gentes eundem morem servant in sepulcralibus monumentis; hoc enim solum est adversus latrones praesidium.

Quod iam ab initio non valebat, brevi tempore, quum praesertim accederet negligentia, corruebat, dilabebatur et nemo *ἐπισκευάζειν*. Verum quid latet apud Plutarchum sub obscuro illo *προσκυνεῖν*? Vide nunc quid coniciam: ex quanam materia spolia illa constabant? Respondere facile est: ex ligno hastae erant et ex ferro arma: haec quidem funibus alligare trunco et *ἐπισκευάζειν* expeditum erat. Sed lorica, quae pars in tropaeis maxime conspicua est, ex corio confecta erat. Collapsa vetustate, mul-

tipliciter fissa, discissa, clavis trunco *arrangi* poterat. Et quomodo hoc Graece dici potuit? De soleis notum verbum est *καττύειν* et quid mirum *προσκαττύειν* nusquam legi, cum ipsum *arrangendi* verbum, quo modo usus sum, vix semel inveniatur? Nunc nihil praeterea requiro: τὰ σκῦλα νενόμισαι περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ καὶ μήτε προσκαττύειν μήτ' ἐπισκευάζειν. Θώρακα συγκεκαττυμένον Lucianus appellavit Quom. hist. 23.

Ibid. p. 281 F: ὄρα δὴ μὴ καταμαθῶν τὸ παρὰ μικρὸν αἰεὶ τῆς τύχης μέγα δυνάμενον καὶ ὅτι τῷ γενέσθαι τι μικρὸν ἢ μὴ γενέσθαι τι πολλάκις ὑπῆρξεν ἐνίοις τυχεῖν ἢ διαμαρτάνειν τῶν μεγίστων, μικρᾶς τύχης ἱερὸν ἰδρύσατο. Reponam: (παρὰ) μικρὸν, quam locutionem Wyttenbachius docte illustravit ad p. 85 E. Idem illud Isocrati reddere volui Orat. 21. 13, cf. *Mnem.* 1879 p. 85.

Ibid. p. 283 C. Prorsus stultum est quod legitur de Curione: τὸν δὲ δήμαρχον, ὡς Γάιος Κουρίων ἔλεγε, καταπατεῖσθαι δεῖ καὶ μὴ σεμνὸν εἶναι τῇ ὄψει. Quis hic non meminit gubernatoris illius apud Sophoclem, qui ὑφ' εἴματος κρυβεῖς πατεῖν παρέσχε τῷ θέλοντι ναυτίλων? Sed facilis est ac certa correctio, nam mox sequitur: ὅσφ δὲ μᾶλλον ἐκταπεινοῦντα τῷ σχήματι, unde emicat: ἐκταπεινοῦσθαι.

Ibid. p. 284 A: ὑποδημάτων δὲ καὶ δακτυλίων καὶ κεκρυφάλου διερριμμένων χωρὶς ἄλλων ἀλλαχόθι. Praefero: ἀλλήλων.

Ibid. p. 285 E: καὶ γὰρ οὗτος αὐτῷ (Herculi) αἰεὶ πολλὰ πράγματα παρέσχε καὶ ὁ Κέρβερος. Malo: ὡς.

(*Continuabuntur*).

AD PAPYROS GRAECOS.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



I.

In altero volumine papyrorum Oxyrynchicorum, quos ediderunt Grenfell et Hunt, p. 11 sqq. reperitur fabulae Menandreae, Περικειρομένη inscriptae, fragmentum constans versibus LI e dramaticis parte extrema satis emendate scriptum neque adeo lacertum, ut non commode universa eius sententia intellegi possit, exaratum in papyro, ut editoribus videtur seculi primi exeuntis aut secundi ineuntis a. Chr. n. Fabulae argumentum fuit huiusmodi: *Polemo* miles, qui zelotypia motus *Glyceræ* amatae, quam infidelem sibi esse immerito suspicabatur, capillos detonderat, unde fabulae nomen, et male mulcatam repudiaverat, deinde specie se deceptum fuisse intellexit, fratrem enim *Glyceræ* esse eum, quem amatorem esse crediderat, et mulierem, quam semper adhuc amabat, se tanta contumelia affecisse adeo eum poenitebat, ut mortem sibi sua manu consciscere decerneret. Sed *Doris*, militis ancilla, despondentem consolatur et spe erigit, sese effecturam pollicita, ut cum *Glycera*, quae interea felici casu patrem *Pataecum*, civem Atheniensem ditissimum, inveni-erat, in gratiam rediret. Stetit promisso *Doris*, finiturque fabula duplici matrimonio, *Polemonis* cum *Glycera* et fratris illius cum filia *Philini* cuiusdam.

Adscribam fragmentum, ut Angli a Blassio adiuti emendaverunt et expleverunt, adnotaturus quaedam et propositurus quae non leguntur apud illos.

- ΠΟΛ. 1) ἴν' ἐμαυτὸν ἀποπνίξαιμι. ΔΩ. μὴ δὴ [ΦληνάΦα.
 ΠΟΛ. ἀλλά τι [π]οήσω, Δωρί; πῶς βιώ[σομαι
 ὃ τρισκακοδαίμων, χωρὶς ὦ[ν τῆς Φιλτάτης;
 ΔΩ. ἄπεισιν ὡς σέ. ΠΟΛ. πρὸς θεῶν οἴ[ον λέγεις.
 5 ἐὰν προθυμηθῆς, ἀκ[ό]πως [ἄ]ξω τάχα.
 ΠΟΛ. οὐκ ἐνλίπο(ι)μ' ἂν οὐθέν, εὐ τοῦ[τ' ἴσθ'. ΔΩ. ἰδοῦ.
 ΠΟΛ. ὑπέρευ λέγεις· βᾶδιζ'. ἐγὼ δ' ἐλ[ευθέραν
 αὐριον ἀφήσω, Δωρί, <σ'. ἀλλ' ὃ δεῖ[τε] λέγειν
 ἄκουσον. εἰσελήλυθ'. οἴμοι, [Γ]λυκέριον,
 10 ὡς κ[α]τὰ κράτος μ' εἴληΦας. εἰδέναι παρῆν
 ἀδελφόν, οὐχὶ μοιχόν· ὃ δ' ἀ[λάστο]ρ ἐγὼ
 καὶ ζηλότυπος ἀνθ[ρ]ῶπος α [≡ - υ -
 εὐθύς ἐπαρώνουν. τοιγαροῦν ἀπαλώμην,
 καλῶς ποῶν. τί ἐστι, Δωρί Φιλ[τάτη; 2)
 15 ΔΩ. ἀγαθά· πορεύσεθ' ὡς σέ. ΠΟΛ. κατεγέλ[α γέ σου.
 ΔΩ. μὰ τὴν ἌΦροδίτην, ἀλλ' ἐνεδύετ[ο στατόν,
 ὃ πατὴρ ἐπεξ[ήτ]αζε· χρῆν σε νῦν π[ά]λαι
 εὐαγ(γ)έλια τῶ[ν] γεγονότων π[ο]θ[ο]υμένων
 [θύειν], ἐκ[εἰ]νῆς εὐτυχηκυίας [τόδε.
 20 ΠΟΛ. νῆ τὸν Δί', ὀρθῶς γὰρ λέγεις· ὃ δ'[- υ -
 μάγειρος ἔνδον ἐστί· τὴν ἴν' θυέτω.
 ΑΩ. κανοῦν δέ ποῦ, καὶ τᾶλλ' ἂ δεῖ; ΠΟΛ. κα[ν]οῦν μὲν οὐν
 ὕστερον ἐνάρξετ'. ἀλλὰ ταύτην σφ[α]ττέτω.
 μᾶλλον δὲ κἀγὼ <σ>τέΦανον ἀπὸ βῶ[μ]οῦ ποθεν
 25 ἀΦελῶν ἐπιθέσθαι βούλομα[ι]. ΔΩ. πιθα[ν]ώτερος
 πολλῶ Φανεῖ γοῦν. ΠΟΛ. ἄγετε [- ≡ - υ -
 ΔΩ. καὶ μὴν ἔμελλεν ἐξιέναι δ[ὴ] χῶ πατήρ.
 ΠΟΛ. αὐτός; τί γὰρ πάθη τίς; ΔΩ. ὦ τά[λαι]ν' ἐγώ. 3)
 ε ακογτοσε. ι[.]ην θ[ύ]ραν [
 30 εἴσειμι καὐτὴ σ[υ]μποήσουσ', [εἴ τι δεῖ.
 ΠΑΤΑΙΚΟΣ. πάνυ σου Φιλῶ τὸ „[σ]υνδιαλλαχ[θ]ήσομαι”,
 ὅτ' εὐτύχηκας, τότε δε[δ]έχθ[αι] τὴν δί[κ]ην —
 τεκμήριον τοῦτ' ἔσ[τιν] Ἑλλ[η]νος τρ[ό]που.
 ἀλ[λ'] ἐκ[κ]αλείτω τις α[. . .]ν' αὐτ[ὸν] υ -

1) Nomina addiderunt editores praeterquam vs. 35 et 46, ubi praefixit librarius, ceteris locis ponens paragrafum.

2) ἐξέρχεται Δωρίς (mg.).

3) εἰσέρχεται Πολέμων superscr. verbis ὦ — ἐγώ.

- 35 [ΠΟ]ΛΕΜ. ε[ί]μ' ἐνθάδ', ἀλλ' ἔθουον [ύ]πὲρ εὐ[πραξίας,
[Γλυκέραν ὕ]π' ἀρ' εὐρήκ[υ]ϊαν οὐς [οὐδ' εἶδ' ὄναρ
π[υθό]με[νο]ς. ΠΑΤΑΙΚ. ὀρθῶς γὰρ λέγεις, [ἀ δ'
[οὔ]ν ἐγὼ
[μ]έλλω λέγειν, ἄκουε' ταύτην γυν[ησίων
παίδων ἐπ' ἀρότῳ σοι δίδωμι. ΠΟΛ. λ[αμβάνω].
- 40 ΠΑΤ. καὶ προῖκα τρία τάλαντα. ΠΟΛ. καὶ καλῶ[ς γ' ἔχει].
ΠΑΤ. τὸ λοιπὸν ἐπιλαθοῦ στρατιώτης [ᾧ, ὅπως
προπετεὺς ποιήσης μ[η]δὲ ἐν [— — — — —
ΠΟΛ. Ἄπολλον, ὃς καὶ νῦν ἀπ[ό]λωλα πα[ρ'] δλίγον,
πάλιν τι πράξω προπετε[έ]ς; οὐδὲ μ[ή]ποτε.
- 50 Γλυκέρα, διαλλάγηθι, Φιλτάτη, μό[νον].
[ΓΑΥ]ΚΕ. νῦν μὲν γὰρ ἡμῖν γέγονεν ἀρχή [πραγμάτων
ἀγαθῶν τὸ σὸν πάροινον. ΠΟΛ. ὀρθῶ[ς, νῆ Δία].
ΓΑΥΚ. διὰ τοῦτο συγγνώμης τετύχηκας ἐξ ἐμοῦ.
ΠΟΛ. σύνθεε δὴ, Πάταιχ'. ΠΑΤΑΙΚ. ἑτέρους ζη[τητέον³⁾
ἔστιν γάμους μοι· τῷ γὰρ ὑῶ λαμβάνω
τὴν τοῦ Φιλίνου θυγατέρ'. ΓΑΥΚ. ᾧ γῆ [καὶ θεοί].

V. 1. ἴν' ἐμαυτὸν ἀποπνίζαιμι. In versu praecedenti fuisse videtur ἐπιδάμην βρόχον sive σχοινίον. Vide Jacobii comicae dictionis indicem sub utroque substantivo.

V. 6. οὐθέν. Hinc apparet apud Menandrum Mein. F. C. IV, 324 recte tradi οὐθέν μέλει μοι, nec falli Meinekium ad fr. 288 scribentem „Pro οὐδὲν libri hic et multis aliis locis οὐθέν (iniuria edidit οὐδὲν), quae forma in novae comoediae poetis fortasse ferenda est". Fortasse potius his poetis ubique reddenda est. Omnino conferatur Meisterhans, Gr. d. Att. Inschr.², p. 80 et 216. 217. Formae μηθείς, μηθέν apud comicos reperiri non videntur, certe Jacobi non commemorat. Neque omnino Graecum videtur οὔτε ἐν aut μήτε ἐν pro οὐδὲ ἐν et μηδὲ ἐν, quod legitur vs. 41. Causam agnovit Meisterhans l.l., ubi non dici οὔτε μία nec μήτε μία observat.

V. 8. Quid dicendum esset Glyceræ et patri, optime noverat ipsa Doris, itaque aurem non praebens admonituro domino

3) Πολε. εἴσ(ε)σι in textu.

properat ad aedes Pataeci in scena proximas, unde cum bono nuntio redit vs. 10. Parepigraphen adscribere priori loco iure neglexit librarius, quia ipse poeta dixit *εἰσελήλυθε*.

V. 10. *εἰδέναι παρῆν*. Malim fere *εἰδέναι μ' ἐχρῆν* vel *μ' ἔδει*.

V. 12. Suppleverim: *καὶ ζηλότυπος ἄνθρωπος [αὐτὴν ὑπονοῶν, suspectans Glyceram, quod rem haberet cum viro quodam, quem postmodo eius fratrem esse rescivit.*

V. 14. *ποῶν* papyrus habet contra normam titulorum Atticorum, quae ante sequens *ο* (*ω οἰ ου*) litteram iota in hoc verbo servari iubet. Cf. Meisterhans², p. 44. Normae respondet *ποήσω* vs. 2, *συμπόησωσι* vs. 30, non respondet *ποιήσης* vs. 42. — *καλῶς ποῶν, merito*. Editores conferunt Ar. Eccl. 804 *διαρραγῶ . . . καλῶς ποιήσεις*.

V. 15. *πορεύσεθ'*, sc. Glyceram. Cf. vs. 27.

V. 17. *ὁ πατήρ ἐπεξήταζε*, explorabat filiae vestitum. Hoc compositum ignorant lexica, sed habent substantivum *ἐπεξέτασις* (Thucyd). Ad ultimum h. vs. vocabulum editores annotant „ΠΑ[ΛΑΙ is extremely doubtful. The first letter may be T. The vestiges of the second letter suit Α, Δ *ον* Δ better than any thing else”. Accedit quod male coire in hac sententia videntur vocabula *νῦν πάλαι*, nam si *πάλαι* verum esset, expectares *ἤδη πάλαι*. Fuisse puto: *χρῆν σε νῦν τα[χὺ || εὐαγγέλια — θύειν*.

V. 18. *τῶν γεγονότων ποθ[ουμένων*, si recte expletum, est genitivus absolutus: „quoniam quae acciderunt votis respondent”; non enim licet vertere „propter ea, quae ex voto acciderunt”, quia non dicitur *εὐαγγέλια θύειν τινός*, sed *ἐπί τι*.

V. 20. cogitavi de supplendo *ὁ δ' [ἀπὸ τύχης] || μάγειρος ἔνδον ἐστί*, sed displicet hyperbaton. Possis *ὁ δ' [ἀπ' ἀγορᾶς*, sed nihil certi reperio.

V. 24 sq. *στέφανον — ἐπιθέσθαι βούλομαι*. Fallebatur olim

Cobet, contendens Atticorum usum requirere *στέφανον περιτιθέναι* (-τίθεσθαι, -κεῖσθαι). Utrumque dicebant.

V. 26. ἄγετε. E plurali numero apparet non soli Doridi Polemonem aliquid dicere: „tu cum conservis tuis”. Quid dixerit suspicari non possum; mediocriter enim placet ἄγετε [δεῦρο τὴν Φίλην], quod in mentem venit propter versum insequentem, at enim ipsa Glycera ventura erat, necdum aderat ad fores. *Ἀγετε igitur adverbiale esse videtur.

V. 28. ΔΩ. ὦ τά[λαιν] ἐγώ. Parum aptum mihi hoc supplementum videtur, nam ut optime intelligimus Polemonem metuere Pataeci, cuius filiam adeo laeserat, adventum, ita prorsus obscurum est, quid Doris, quae hominem benevolum esse sciret et ipsa eum venturum esse nuntiasset, subito reformidaret. Potius igitur suppleverim ὦ τά[λαν ~ -, dictum ad Polemonem, cuius timorem ancilla rideat, v. c. ὦ τάλαν, τί δρᾶς; sed quaenam fuerit clausula scire nequimus propter desperatam conditionem versus sequentis.

V. 31—34. Manifesto Pataecus filiae haec dicit.

V. 34. ἀλλ' ἐκκαλείτω τις ἀ[....]ν αὐτ[ὸν ~ -
Quid supplendum? Quod expectamus ἀνύσας tam litterarum numero quam littera N finali excluditur. Cum vero in apographo p. 14 vocalis initialis A utpote incerta puncto notata sit ab editoribus, suspicor pro ea in papyro fuisse Π et supplendum esse:

ἀλλ' ἐκκαλείτω τις Π[ολέμω]ν' αὐτ[ὸν ταχύ].

V. 40. sq. sic constituerim:

τὸ λοιπὸν ἐπιλαβοῦ στρατιώτης [ᾧν, ὅπως
προπετὲς ποιήσης μηδὲ ἔν [ποθ' ὕστερον.

II.

In eodem libro II, p. 20 sqq. e papyro, ex editorum sententia medii seculi secundi p. Chr. non antiquiore, vulgatum

est fragmentum comoediae veteris, fortasse Aristophaneae, quae cur Thesmophoriazusae alterae esse *possit*, vide apud ipsos. Fragmentum, nunc quoque Blassii auxilio usi, sic constituerunt, fragmentum (a) dico in columna II, pauca enim vocabula vocabulorumve partes, quae in col. I leguntur et in fragmentis (b) et (c), neglijo.

- A. ὕβριζόμεναι. B. μὰ Δί' ἀλλ' ἐγὼ [≡ _ _ _
 ἦν νοῦν ἔχωμεν, σκεψ[όμεθα ≡ _ ὅπως
 μηδὲν πλέον τούτου στ[ένωτιν _ _ _
- 5 A. τί οὖν γένοιτ' ἄν; B ἔχ', ἀ[πόκριναι μοι τόδε·
 τί ἐστὶ τοῦθ' ὃ λέγουσι τ[ὰς ≡ _ _ _
 παίζειν ἐχούσας, ἀντιβολῶ, [τὸ _ _ _;
- A. Φλυαρία καὶ λῆρος ὕβρεως ἐκγονος?
 κἄλλως ὄνειδος καὶ κατ[αγέλας _ _ _.
 τούτῳ γὰρ ὥσπερ τοῖσιν ἰσοῖς χρηστέον
 10 τ[οῖς] ἀνεμιαίοις, ὅτι νεότ[τι] οὐκ ἐνι.
 εὐ[χῆ] δὲ καὶ τοῦτ' ἔστιν· εὐ[≡ _ _ _
 ἐς [τοῦ]το χρήσει· καὶ πονο[≡ _ _ _
- B. κα[ὶ μ]ῆν λέγεται γ' ὥς ἐσθ' [ὁμοιον _ _ _
 ἀλη[θ]ινῶ κ[αὶ τ]οῦτο. A. νῆ Δ[ί], ᾧ Φίλη?
 15 ὥσπερ [σ]ελλήνη γ' ἠλίφ· τὴν μὲν χροῶν
 ἰδεῖν ὁμοῖον ἐστὶ, θάλπει δ' οὐ[δαμῶς
 B. οὐκ ἄξιον γὰρ ἐστὶ. A. διὰ τοῦπὸν [_ _
 B. Φέρ', εἰ [δ]ὲ τοῖς θεράπουσι κοινωσ[αίμεθα
 τὸ πρ[ᾶ]γμα, τί ἂν εἶη; λάθρα [≡ _ _ _
 A. ἐγὼ μ[ἐ]ν οὐτε πιότερον [αὐτ πρότερον pap.] αὐτῆς [_ _

„The speakers' praefantur editores „are probably women (cf. col. I, 5 γύναι. II, 1 ὕβριζόμεναι; but the subject of their conversation is extremely obscure”. Ingenuas esse mulieres (fortasse ἀστὰς) apparet e servorum mentione vs. 18. Obscuritatem argumenti augent misera conditio et caligines versuum mutilatorum plurimorum.

Nihilominus premere nolo suspicionem, quamvis fortasse non plane certam, probabilem tamen, ut arbitror, quae mihi nata est ex iis quae leguntur vss 5—10 et imprimis 13—16, mulieres colloqui de *turpissima* eademque *sterili nec cum coitu virili*

comparabili libidine Milesia, olisbi dico usum, de quo instrumento praeter locos Aristophanis Lysistr. 108 sq. Thesmoph. II fr. 320 K, et Cratini fr. 316 K. agit integer Herondae mimiambus VI, ubi βαυβών vocatur. Cf. Suidas s. v. et Crusius in Philologo LII 1, 12, 569 sqq.

Quae si quid veri habet suspicio, vs. 5 sq. sic possis explere:

τί ἐστὶ τοῦθ' ὃ λέγουσι τ[ὰς Μιλησίας
παίζειν ἐχούσας; ἀντιβολῶ, [τοῦτ' εἰπέ μοι

ubi non veras Milesias intellego, sed mulieres infami ista Milesia libidine fruentes, dudum enim banc in Atticam introductam esse novimus. Verbi παίζειν obscoena significatio in vulgus nota est.

Milesiae, ut opinor, eiusmodi feminae eodem iure dicerentur, quo Lesbiae, quae Lesbia libidine fruebantur, audiebant.

Deinde vero scripserim:

A. Φλυαρία καὶ λῆρος ὕβρεω[ς ἐμπλεως?,
κἄλλως ὄνειδος καὶ κα[ταγέλωσ δὴ πολύς·
τούτῳ γὰρ ὡσπερ τοῖσι[ν ᾧ[οῖς χρῶντ' αἰεὶ
τοῖς ἀνεμιαίοις, ὅτι νεότ[τι] οὐκ ἐνι.

tum vs. 13 sq.:

B. καὶ μὴν λέγεται γ' ὡς ἐσθ' [ὁμοιότατον πέει
ἀληθίνῳ καὶ τοῦτο κτέ.

V. 15 sq. Cf. Herond. VI, 19.

Quo tamen pacto cum hoc argumento vss. primi et postremi cohaereant in praesenti eorum conditione perdifficile est videre. Fac tamen fuisse:

- ὕβριζόμεναι; B. μὰ Δί' ἀλλ' ἐγὼ [τί σοι φράσω·
ἦν νοῦν ἔχωμεν, σκεψ[όμεθα νῦν τοῦθ', ὅπως
μηδὲν πλέον τούτου σθ[ένωσι τᾶνδρε νῶν

hos versus sie licet interpretari, ut duae matronae Atticae, male habitae (ut sibi saltem videntur) a maritis, disputent de ratione qua ab eorum tyrannide liberentur, ita tamen ut abstinentes ab eorum coitu libidine, qua carere nequeant, nihilominus fruuntur. Primum igitur in hoc fragmento (nam plura eiusdem argumenti praegressa videntur, cf. vs. 11) altera mulier proponit olisbi usum, sed tam validis argumentis ab altera refellitur, ut ipsa quoque eum repudiet verbis (17): οὐκ ἄξιον γὰρ ἐστίν. Ita vero repulsa amicae suae proponit, ut cum servis contra maritos conspirent, quod consilium utrum illa probet necne sciri vetat

misera verborum λάθρα — αὐτῆς conditio et subito abrupta huius responsio. — Roganti autem quid μηδὲν πλέον τούτου significet respondeo ea necessario significare *vix quidquam*, sive τούτου referendum ad virum aliquem imbecillum, cuius in proxime praegressis facta fuerit mentio, sive potius δεικτικῶς accipiendum, ut muliercula haec dicens crepet digitis, qui pronominis usus et alibi et in notissimo Sardanapalli epitaphio apparet. De corrigendis et interpretandis vss. 11 sq. desperare me confiteor, nisi quod verba prima εὐχὴ δὲ καὶ τοῦτ' ἔστιν significare videntur *sed etiam hoc* (quod mihi proponis) *votum* (i. e. vanum, inane) *est*. Cf. Plato Rep. p. 499 C, 450 D. 540 D. Legg. p. 887 C, Soph. p. 249 B. Universum autem aenigma an solvere mihi contigerit, me doctiorum esto iudicium. Feci quod potui.

III.

Ibidem p. 31 in fragmento philosophico, col. II l. 8, legitur δέος δὲ μὴ πρόσαιγε ἐνταῦθα μηδ' ὑπόληψιν χαριστωνείας θεοῖς ὅτι ταῦτα πράττεις κτέ. Novum vocabulum non ita scribendum, sed χαριτ-ωνίας, i. e. gratiae emptionis. Memoria digna nova vox μεθέτερα = ἔνια (cf. Herodoteum μετεξέτεροι) in *Dionysiae petitione* ibidem p. 161 (col. VII, 41).

IV.

In fragmento fabulae romanensis, Christo ut videtur antiquioris, quod e papyro Aegyptiaco edidit U. Wilcken in Mus. Rhen. a. 1893 p. 161 sqq, A II, vs 36 sqq. legitur: Νόμος δὲ βλάπτει με οὐ γεγραμμένος, ἄλλως δὲ ἔθει Φλαύρω πληρούμενος κτέ. Absurda lectio pro Φλαύρω quin operarum errori, non librarii, tribuenda sit vix dubito; non enim probabile est virum doctissimum, si in papyro legeretur, non emendaturum fuisse.

V.

In Papyris Berolinensibus Vol. I n^o 93, 24, in epistula prae-vissime scripta sec. II aut III p. Chr., legitur: καὶ τὸ μαδικιν

διαπέμψαι μοι *δμοίως*, ubi editor vocabulum ignorans non imposuit accentum. Sed procul dubio epistulae auctor voluit <δελ>μάδικιν = *δελματίκιον*, ut passim in Aegypto confunduntur mediae, tenues, aspiratae. Cf. ibidem l. 6 *καλῶς ποιήσεις διαπέμψας αὐτῇ τὴν δελματικὴν*, i. e. *dalmaticum*.

Ibidem n° 316, 14 (a. 359 p. C.) Ἄργουντιν — γέν[ε]ι Γαλλον, ἔντα ὡς ἐτῶν τεσσάρων μικ[ρῶ]πλεον, κτέ. Num vocabulum graecum est (in indice notatur *μικρόπλεος*), an supplendum <ῆ> μικ[ρῶ] πλεον = *πλεόνων*? Mox l. 16 scribitur *χρυσίνων δεσποτικῶν διζῶδων*. Nonne necessarium est *διζῶδ<ι>ων*, *duplici imagine insignitum*?

In eiusdem operis vol. II, n° 362 X, 9 (a. 215 p. C.) traditum est *τειμῆς πλίνθου ὠμῆς σὺν παραγωγῇ μετὰ τὰς ἐκβεβηκυίας ἐκ τοῦ κατασποῦ*. Pro vocabuli monstro corrigatur *κατασπ<ασμ>οῦ*, sive librarii error est sive operarum. Cf. l. 4 *οἰκοδόμοις γ' κατασπῶσι καὶ ἀνοικοδομοῦσι*.

Ibidem 401, 10 (a. 618 p. C.): *ὁμολογῶ ἐγγυᾶσθαι* —, τοῦ λοιποῦ μὴ καταγνωσθεῖη (scil. *Νεϊλαμμῶν*) μήτε κρυπτῶς μήτε Φανερωῶς *συνομέχων μετὰ Θεοδώρας*. Imo *συνομ(ιλ)ῶν*.

Ibidem 405, 10 (a. 348 p. C.): Ἐπειδὴ λίθον σιτοκόπτην καὶ σιταλετικὴν μηχανὴν πατρῶα ἡμῶν ὄντα ἐκληρώθημεν, κάγω μὲν τὸν λίθον ἤρακα καὶ πέπρακα εἰς τὸ εἶρον μοι μέρος. Editor scripsit *ἔροῦν*, adnotans „l. *αἶροῦν* für *αἰρούμενον*." Quod prorsus incredibile. Num forte fuit εἰς τὸ ἐλθόν (= ἤκον) μοι μέρος?

Ibidem 469, 3 (a. 160 p. C.) *ὁμολογῶ πεπρακέναι σοι κάμηλον* — *κεχαρχυμένον ἐπὶ τῷ (το παρ.) δεξιῷ μηρῷ σίγμα καὶ παράσημον ἐπὶ τῷ (το παρ.) αὐτῷ μηρῷ καὶ δεξιῷ τραχήλω σγῖμα κτέ*. In hic *σγῖμα* pro *σίγμα* (*σίγμα*) scriptum videtur, sed quid sibi vult *σίμμα*? Vix sufficere videtur *σῆμα*. An *στίγμα*? De camelis litteris notatis saepe agitur in papyris.

Ibidem 531 II, 9. *Τὰ περιγεινόμενα ἐνοίκια πρὸς ἕκαστον ὄνομα τῶν τρυγόντων γραφῆται, ἵνα .[.] ἐξδευθῶ, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ .[.] ἐμ Φ[υ]λουργί[ου] περιγεινομένων κτέ*. Corrigatur *ἐμ Φυτουργί[ω]ι*, i. e. *ἐν Φυτουργεῖω*.

Ibidem 538, 16 sq. (c. 100 p. C.): τούς τε χωματισμούς και [...].ούς και βοτανισμούς και σιφονολογείας (ita pap. pro σιφονολογίας) και τήν ἄλλην γεωργικὴν ὑπηρεσίαν πᾶσαν ἐν τοῖς δέουσι καιροῖς κτέ. *Miror neminem e gemino loco 644, 31 lacunam explevisse scribendo και [ποτισμ]ούς.*

Ibidem 544, 1 cum perverso accentu editur: *Φαρμακῆρὰ τριωτὰ χιλκᾶ τρία* pro τριώτα, i. e. vasa cum tribus ansis.

Ibidem 644, 24 (a. 69 p. C.): πάντων μέτρ[ω] δρόμῳ τετραχοϊνίκ(ω) θησαυροῦ συνθεως ἀπόδος ἐκφορίου Παῦνι μηνι κτέ. An συνθέτως = ἐκ συνθέτου, e *contractu*? Ceterum verba non satis intelligo.

Ibidem 661, 10 (a. 140 p. C.): βούλομαι μισθώσασθαι παρὰ σοῦ — ἀρούρας πέντε — ἐκφορίου τοῦ παντὸς κατ' ἕτος ἕκαστον πυροῦ ἀρταβῶν εἴκοσι, παραλαμβάνοντός μου τὰς δημοσίας ἀγελασμένας [ἔρ...]. α... ἐπιτελέσω τὰ καθήκοντα γεωργικὰ κτέ. Non posse latere participium manifestum est itaque ab ἀγέλας separandas esse litteras *μενας*, quidquid latet sub reliquis.

In voluminis tertii n^o 759 (a. 125 p. C.) narrat Pamynis quidam se ἐν τοῖς ἀπὸ βορρᾶ μέρεσι τῶν ἀλώνων ποιμαίνοντα θρέμματα a maleficis quibusdam ληστρικῶ τρόπῳ irruentibus male mulcatum esse: (l. 13) πληγὰς πλείστας ἐπέθηκάν μοι, κολλωρόβοις πλήξαντες τὴν κεφαλὴν και τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος. Quid est κολλώροβος? E vocabuli compositione suspiceris esse palum, ᾧ προσκολλῶνται οἱ ὄρβοι, i. e. cui ciceres surgentes se applicant.

In eodem volumine n^o 781 (sec. I p. C.) continet vasorum catalogum. Legitur autem col. IV, 1 ἄλλα μεικρὰ λαυκλεια (sine accentu editur) χρυσέμπαικτα, sed scribendum λάγκλια (*lanciculae*) χρυσέμπαιστα. Nota enim sunt hac in re vocabula ἔμπαιστος, ἔμπαιστική, ἔμπαισμα a. v. παίειν, non παίζειν. Cf. col. V, 17 λάγκλια (lanx) μετὰ θήκης. Deinde l. 10 commemorantur μησυλαί (hic et alibi editur sine accentu) τετράγωνοι ἀνά[γλυπται μὴ sic] ἔχουσαι, ubi l. ὠτία s. ὠτάρια μὴ ἔχουσαι, l. 15 ἄλλαι ἀνάγλυπται στρογγύλαι, 17 ἄλλαι κεντηταὶ — ὡς

τριπόδια, 19 ἄλλαι ἀνάγλυπται στρογγύλαι et Col. V, 3 ἄλλαι ὠτάρια ἔχουσαι τετράγωναι (l. -νοι), 4 ἄλλαι ἀνάγλυπται ὠτία μὴ ἔχουσαι τετράγωναι, 6 ὠάρια, ἃ καὶ ἐστὶν μῆσυλαι — ὧν εἰσὶν στρογγύλαι δ' etc., 14 ἄλλαι κευχρωταὶ δ'. Procul dubio scriptor ita Graece scripsit vocabulum latinum *mensula*, quod tamen, quantum scio, apud auctores Latinos nusquam de *vase* adhibetur. Etiam alia in hoc catalogo apparent nomina Latina, velut col. VI, 3 et 16 *λίγυλα*, i. e. *lygula* (cochlearis species), ib. l. 2 *πάτελλον*, *patella*.

EMENDATUR A. P. VII, 495, 3.

Ἡθέων δακρυτὸς ἅπας μὲρος· ἐν δὲ θαλάσσῃ
πλεῖστα πολυκλαύτου κήδεα ναυτιλίας.

Nuper in hoc volumine pag. 41 pro corrupto ἠθέων proponebam *θνητῶν* <μὲν>, sed multo simplicior correctio in promptu est. Legendum enim ἠθείων, *amicorum*, ut olim in Studiis Criticis in epigrammata Graeca a. 1890 (E. J. Brill, Leidae) p. 39 ἠθείοις pro ἠθέοις restitui in epigr. Kaib. 364 b, vs. 3.

H. v. H.

DE PROVINCIIS CONSULARIBUS § 4.

Ita gentes eae, quae, ut pace uterentur, vim argenti dederant praeclaro nostro imperatori, ut exhaustas domos replere possent, pro empti pace bellum nobis prope iustum intulerunt. Vix Cicero sic nude nullo epitheto addito scripsit: *vim argenti*, sed addidit *magnam*, uel *maximam*, uel *infinitam*, uel *innumerabilem*. Mergueti lexico auctore paucis modo locis in orationibus uocabulo *uis* hoc sensu usus est, qui est *multitudinis*, idque nunquam non addito adiectiuo: Verr. II. 176. *vim mellis maximam*; IV. 54. *hanc tantam vim emblematum*; 131. *vim maximam uasorum Corinthiorum*; V. 39. *maximam vim criminum*; 123. *maxima uis frumenti*; pro Sestio. 55. *quantam vim omnium remediorum*; Har. resp. 22. *uis innumerabilis seruorum*. Magnam autem cum loco nostro habet similitudinem: Imp. Pomp. 22. *Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherrimarumque rerum omnium — in Ponto omnem reliquit.*

J. v. D. V.

OBSERVATIONES MISCELLANEAЕ

AD

PLUTARCHI MORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(Continuantur ex pag. 117).



Quaest. Graec. p. 302 A. Regium insigne apud Lydos erat securis, quae postquam pervenit ad Candaulen, res ἀπαξιώσας ἐνὶ τῶν ἑταίρων φορεῖν ἔδωκεν· ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποσὰς ἐπολέμει πρὸς αὐτόν, ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλασσέων ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμεως καὶ τὸν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθεῖρει, καὶ τὸν πέλεκυν εἰς Καρίαν ἐκόμισε μετὰ τῶν ἄλλων. Impedita narratio est: minime apparet quis ille Gyges fuerit qui ab rege defecit; deinde non intelligo quid ad rem pertineat securim ante ab rege amico cuidam traditam fuisse, nam victorem regium insigne secum in Cariam abstulisse consentaneum est et miramur propemodum scriptori rem dignam mentione fuisse visam, quae per se satis intelligeretur. Quanto haec commodius dicta forent, si legeremus ipsum Gygen, cui securis esset tradita, spe elatum ab rege Candaule defecisse, auxilio venisse Carum regem Arselin, qui Lydis devictis cum reliqua praeda in patriam abstulisset pignus imperii non hosti sed socio ereptum, ut omnes Lydi sentirent hoc amisso praesidio se Caribus stipendiarios esse factos. At repugnant quae narrantur. Arselin τὸν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθεῖρει. Sed ante pedes posita est correctio: τὸν τε Κανδαύλην καὶ τὸν στρατὸν (ΣΤΡΑΤΟΝ-ΕΤΑΙΡΟΝ). Sic omnia sese rectissime habebunt.

Parallel. Graec. et Rom. p. 305 D. Est Aristides Milesius, παρ' οὐ τὴν ὑπόθεσιν ἔμαθε Διονύσιος. Malo: ἔλαβε.

Ibid. p. 306 B: ἡρεμίας δ' ὑπαρχούσης. Immo: ἐρημίας.

Ibid. p. 306 F: Διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς ῥέων ὁ Τίβερις διὰ μῆνιν Ταρσίου Διὸς μέγιστον ἀπέρρηξε χῶμα. Primum χάσμα corrigendum est, deinde Ταρπηίου Διός, nam Iovem Tarsium nemo novit. Iunonis verba sunt apud Ovidium Fastor. VI, 34: Iunctaque Tarpeio sunt mea templa Iovi.

Ibid. p. 314 C: αἰτὸς καταπτὰς ἤρπασε τὸ ξίφος καὶ — ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν. Corrigo: καθῆκεν.

De Fortuna Romanorum p. 319 E. Fortuna Augustum ἐπιθεῖσα Κικέρωνι καὶ Λεπίδῳ καὶ Πάσσῳ καὶ Ἰρτίῳ καὶ Μάρκῳ Ἀντωνίῳ, ταῖς ἐκείνων ἀριστείαις καὶ χερσὶ καὶ νίκαις καὶ σόλοις καὶ πολέμοις καὶ στρατοπέδοις γενόμενον πρῶτον εἰς ὕψος ἄρασα καὶ καταβαλοῦσα τούτους, δι' ὧν ἀνέβη, μόνον κατέλιπεν. Hic sane tanti non est corrigere τοὺς δι' ὧν ἀνέβη, sed remanet alterum mendum longe gravius. Numquid debet Augustus Ciceronis ἀριστείαις? Numquid χερσὶ? Numquid, ut verbo dicam, bellicae virtuti? Res per se apparet et pergit Plutarchus perorare: ἐκείνῳ γὰρ ἐπολιτεύετο Κικέρων καὶ Λέπιδος ἐστρατήγει καὶ Πάσσας ἐνίκη καὶ Ἰρτιος ἔπιπτε καὶ Ἀντώνιος ὕβριζεν. Hinc satis tuto corrigi poterit: ταῖς ἐκείνων πολιτείαις. Quo compendio πολιτεία scribatur, Bastius dicet.

Ibid. p. 320 C: τοῦ τυράννου ζητοῦντος ἀνελεῖν. Scriptura Reiskio debetur, nam in libris est αἰτοῦντος, quod longe facilis in ἀξιοῦντος commutari poterit.

Ibid. p. 321 A: βασιλεία καὶ ναοὶ καὶ θέατρα καὶ περίπατοι καὶ ἀγορὰ καὶ ἀρχεῖτα. Proclive est restituere ἀγοραὶ, sed multa eiusmodi minuta vitia mitto adnotare. Veluti p. 320 D inse- rendus articulus est: ἐκατέρου (τὸ) σῶμα τῆ χηλῆ διοίγων et in nova Lipsiensi editione duo sunt molesta typosetae menda p. 319 B ἀνήρθη pro ἀνήχθη et p. 320 C προσβλύζουσα pro προσκλύζουσα.

Ibid. p. 324 B: ὁ δὲ Ῥωμαίων μέγας δαίμων οὐκ ἐφήμερος πνεύσας οὐδὲ καιρὸν ἀκμάσας βραχὺν ὡς ὁ Μακεδόνων, οὐδὲ χερσαῖος μόνον ὡς ὁ Λακωνίων, οὐδ' ἐνάλιος ὡς ὁ Ἀθηναίων, οὐδ' ὄψι κινήθεις ὡς ὁ Περσῶν, οὐδὲ ταχὺ παυσάμενος ὡς ὁ Κολοφωνίων. Mira atque incredibilis est Colophoniorum mentio. Wytttenbachius aliquid affert ut receptam scripturam tueatur, quod melius videbis apud ipsum. Bernardaces commendat Καρχηδονίων, neque Herwerdeni memor fuisse videtur qui coniecit Βαβυλωνίων. Verum nec celebratur Colophoniorum imperium nec Carthaginensium nec Babyloniorum imperium prae ceteris ταχὺ ἐπαύσατο. Equidem *Mnem.* 1896 p. 369 idoneis argumentis mihi commendasse videor coniecturam: ὡς ὁ Φωκέων, quorum imperium cito defloruit. Ut correctionem etiam palaeographicis rationibus confirmarem, Thucydidem contuli, apud quem ἐς τὸν Κωφὸν λιμένα abiit in εἰς τὸν Κολοφώνιον λιμένα. Sed aut haec certa emendatio est aut nihil in re critica satis certum est.

Ibid. p. 326 C. Laudat Plutarchus Homeri versiculum:

οὐ γὰρ ἀναιμωτὶ γε διακρινθήμεναι οἶω.

Legitur autem apud Homerum ipsum σ 149: διακρινέεσθαι οἶω, quod ducit ad eam lectionem quam Plutarchus ante oculos habuit:

οὐ κεν ἀναιμωτὶ γε διακρινθήμεναι οἶω.

De Alexandri M. fortuna p. 330 E. De Antigono Demetrii patre ita legimus: σοφιστοῦ τινος αὐτῷ σύγγραμμα προσέδοντας περὶ δικαιοσύνης, ἀβέλτερος εἶ, εἶπεν, ὅς ὄρων με τὰς ἀλλοτρίας πόλεις τύπτοντα λέγεις περὶ δικαιοσύνης. Haec est vulgata lectio quae magis ducit ad προσδιδόντος quam ad id quod Bernardaces habet προσδόντος. Nec praeterea concoquo participium τύπτοντα: unum novi quod sententiae convenit: κλέπτοντα.

Ibid. p. 331 A: τῶν δ' Ἀλεξάνδρου Φωνῶν ἂν ἀφέλης τὸ διάδημα καὶ τὸν Ἄμμωνα καὶ τὴν εὐγένειαν, Σωκράτους — σοι φανοῦνται. Unice probō: τὴν θεογένειαν, nec multum me movet quod vocabulum praeterea nusquam legitur.

Ibid. p. 332 F: Δαρεῖον ἰδὼν κἀτηκουτισμένον οὐκ ἔθυσεν οὐδ'

ἐπαιάνισεν. Absonum est ἔθυσεν· rescribam: ἐΦύβρισεν, quae vox Plutarcho in deliciis est.

Ibid. p. 334 A: Ἀλέξανδρος δ' ὁ Φεραίων τύραννος (ἔδει δὲ τοῦτο μόνον αὐτὸν καλεῖσθαι καὶ μὴ καταισχύνειν τὴν ἐπωνυμίαν). Haec commode intelligi non poterunt, nisi suppleas: (τῆ ὁμωνυμίᾳ) τὴν ἐπωνυμίαν.

Ibid. p. 334 C. Sermo fuerat de regibus Musarum osoribus: τίς ἂν οὖν παρὰ τοιούτοις βασιλεῦσιν αὔξησης ἢ τιμῆ τέχνης γένοιτο καὶ Μούσης τοιαύτης; ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς ἀντιτέχνοις ἐθέλουσιν εἶναι καὶ διὰ τοῦτο βασκανίᾳ καὶ δυσμενείᾳ τοὺς ἀληθῶς τεχνίτας καθαιροῦσιν. Deinde res illustratur Dionysii exemplo, qui Philoxenum poetam ad lautumias detrusit. Quaero quid sit quod reges perhibentur nolle παρὰ τοῖς ἀντιτέχνοις εἶναι· nam quod adnotavit Bernardaces sana verba esse, non, uti arbitrator, dixisset, nisi ipse sensisset locutionem lectoribus necessario offensionem esse. Sed legendum est: ἀλλ' οὐδὲ παρ' αὐτοῖς ἀντιτέχνους ἐθέλουσιν εἶναι.

Ibid. p. 339 E. Ancilla quaedam quam Philotas deperibat, erat τὴν ὄψιν ἰκανή. Iniuria fit mulierculae et denuo oberratur eadem chorda; erat enim τὴν ὄψιν καλή.

Ibid. p. 340 F. Alexander θάλατταν μαχομένην ἐπλευσε. Quid hoc sit, nescio. Intelligam: θάλατταν ἀχθομένην.

Ibid. p. 342 A: χρυσὸς ὑπὸ μυρίων καμήλων περικομιζόμενος. Melius erit: παρακομιζόμενος, cf. p. 364 E.

De Gloria Atheniensium p. 345 E. Xenophon fuit qui scripsit ἃ ἐσρατήγησε καὶ κατώρθωσε καὶ Θεμισογένη περὶ τούτων συντετάχθαι τὸν Συρακόσιον. Vitium in aprico est, sed quod correctum fuit Θεμισογένει — τῷ Συρακοσίῳ, facillior et verisimilior correctio est συντεταχέναι.

Ibid. p. 347 B. Laudantur Thucydidis verba quae inveniuntur VII 71: ὁ ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων ἰσορρόπου τῆς ναυμαχίας

καθηγηκυίας ἄλασον ἀγῶνα καὶ σύντασιν τῆς γνώμης ἔχων, ubi in ipsius Thucydidis libris scripturae sunt πολὺν τὸν ἀγῶνα et ξύσασιν. Dukero et aliis Plutarchi illud σύντασιν magis placuit, adeo ut ipsi Thucydidem perpetuo imitatur, scripsit XLIII 37: τῇ τῆς ψυχῆς συντάσει συνεῖναι εἴλοντο, sed obstat XLIX 9: ἰσορρόπῳ καὶ αὐτοὶ συσάσει τῆς γνώμης συνέσχοντο. Quod ad alteram scripturae diversitatem attinet, neque ἄλασον probari poterit et nimis languet quod in Thucydidis libris est πολὺν τὸν ἀγῶνα. Latere dixerim: ἀπλετον ἀγῶνα, nec negligendum adiectivum, cuius significatio hic optime convenit, Dioni Cassio in deliciis esse, cf. *Mnem.* 1886 p. 421. Idem Plutarchus habet p. 563 F, 565 E et 685 E.

Ibid. p. 347 F. Notum est quod amicus aliquando Menandro dixisse fertur: ἐγγύς οὖν Μένανδρε τὰ Διονύσια καὶ σὺ τὴν κωμῳδίαν οὐ πεποίηκας; Corrigam: ἐγγύς δὲ Μένανδρε et οὐ πῶ πεποίηκας.

Ibid. p. 350 A: ταῦτα τὴν πόλιν ἡγείρεν εἰς δόξαν. Dicitur hoc magis ἤρεν.

De Iside et Osiride p. 354 E. In Aegypto Pythagoras θαυμασθεὶς καὶ θαυμάσας τοὺς ἄνδρας ἀπεμιμήσατο τὸ συμβολικὸν αὐτῶν. Secundum Herwerdenum sacerdotes Aegyptii peregrinos non solebant admirari, quare participium θαυμασθεὶς nihil aliud esse putat quam variam lectionem pro θαυμάσας. Contradicit Bernardaces in *Symbolis* p. 70 et ostendit revera secundum Iamblichum Aegyptios Mnesarchi filium admiratos fuisse. Fieri potest et tamen mihi quoque θαυμασθεὶς displicet, quod non eiiciam sed corrigam ut fiat: ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας. Solet Plutarchus synonyma coniungere.

Ibid. p. 354 F: δοκῶ — δ' εἰκέναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἰδρῦμένοις καὶ δρωμένοις νῆ Δία καὶ γραφομένοις. Incaute Reiskius quum aliquid ad sententiae integritatem intelligeret deesse, eiicere voluit καὶ δρωμένοις. Quid requiram, ostendet p. 352 C: τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα vel p. 359 D: λεγομένων καὶ δεικνυμέ-

νων. Itaque malo: δεικνυμένοις καὶ δρωμένοις. Hoc quoque exemplo esse poterit Plutarchum synonyma solere cumulare.

Ibid. p. 355 D. Legimus Mercurium cum dea Luna lusisse et παίξαντα πέττια ex singulis anni diebus septuagesimam partem surripuisse, unde quinque dies integro anno accessisse. Sed quid est πέττια? Nonne praestat πεττεῖαν?

Ibid. p. 364 E. Librorum manuscriptorum lectio est: τίνα μάλλον ἢ σὲ γιγνώσκειν, ᾧ Κλέα, δὴ προσῆκόν ἐσιν, ἀρχικλαμένουσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων, κτέ. In cauda monstri iam mature agnitum fuit μὲν οὔσαν, sed quid est ἀρχικλά? Meziriacus coniecit ἀρχηγόν probantibus Bentleio et Wesselingio, Salmasius ἀρχιέριαν. Alias vide aliorum suspiciones in Animadversionibus apud Wyttenbachium p. 219. Sed nihil horum habet aliquam palaeographicam evidentiam. Satis tamen notum est quo compendio βασιλεύς scribi soleat et proclive est conicere: ἀρχιβασίλειαν μὲν οὔσαν.

Ibid. p. 367 D. Sunt qui existiment τὸν ἥλιον ἀκράτῳ πυρὶ κεκληρωκότα θάλλπειν τε καὶ καταυαίνειν τὰ Φυόμενα καὶ τεθλότα. Coniecit Wyttenbachius καὶ σκληροτάτῳ, Madvigius καὶ σκληρῷ καταθάλλπειν. Etiam lenius erit: καὶ ἐσκληκότι.

Ibid. p. 370 A: θεοὺς εἰς ᾧδὸν ἔθηκεν. Immo: ἐνέθηκεν.

Ibid. p. 380 F. Λήμιοι (ἐτίμησαν) κορύδους τὰ τῶν ἀττελάβων εὐρίσκοντας ᾧδὴ καὶ κόπτοντας. Praestat: κάπτοντας.

De E apud Delphos p. 386 B: ἀλλὰ ταυτὶ μὲν παντάπασιν ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας. Haec verba quid significare debeant, non ambigitur: recte ad sententiam interpretes vertit: „verum isthaec plane sunt inepta et trivialia”; sed videndum unde locutio traxerit originem. Mendici sunt qui tabellam pictam gestant ut praetereuntium commiserationem commoveant, quemadmodum hodie sunt qui musicum ἔργον περιδέρητον circumferant. Repraesentabatur, credo, quando quave occasione esset crus confractum, confossus oculus vel abscissa manus. Et de

hoc tabularum genere coniecturam sequor, nam veterum testimonia non ad manus sunt, sed *πινάκια δνειροκριτικά* novimus. Disertum est quod Alciphron habet III 59: *Παρ' ἕνα τινὰ τῶν τὰ πινάκια πρὸς τὸ Ἰακχεῖον προτιθέντων καὶ τοὺς δνειροὺς ὑποκρίνεσθαι ὑπισχυομένων, βούλομαι ἐλθὼν τὰς δύο ταύτας δραχμάς, ὡς οἶσθα ἐνέχυρόν με ἔχοντα, καταβαλὼν, τὴν Φανεῖσαν ὄψιν μοι κατὰ τοὺς ὕπνους διηγῆσασθαι.* Eodem pertinent Aristophanis verba *Vesp.* 52:

*εἶτ' οὐκ ἐγὼ δὸς δὴ δ' ὀβολὸν μισθώσομαι
οὕτω σ' ὑποκρινόμενον σοφῶς δνειράτα;*

Hinc quoque lucem accipit quod Demetrius Phalereus tradidit apud Plutarchum in *Vita Aristidis* c. 27 de Lysimacho illo, qui genus ducebat ab Aristide, *ὃς ἐκυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς δνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβουσκε*, sed de illo Lysimacho quantum satis erat, iam dixi in *Mnem.* 1899 p. 177. Etiam conferre poterimus *Aristid.* et *Cat. Mai. Comp.* 3. 5: *τῆς δ' Ἀρισείδου γενεᾶς ἡ πολλὴ καὶ ἄπορος πείρα τοὺς μὲν εἰς ἀγυρτικοὺς κατέβαλε πίνακας, τοὺς δὲ κτέ. et Moral.* p. 1108 D: (*ὁ Κωλώτης*) *ὥσπερ ἀγορὰν ἢ πίνακα τεράτων συντίθησι τὸ βιβλίον.* Erant igitur in illis tabulis *τέρατα*, veri nihil, omnia ficta. Et hoc quidem iam expeditum est; verum quid significat *ἐκ πινάκας*?

Primum considerandum est quod Photius habet in *Lexico*: *Πυλαϊάς· τοὺς μηδὲν ὑγιᾶς μήτε λέγοντας μήτε πράσσοντας διὰ τὸ παραγίγνεσθαι τοιοῦτους τινὰς ἀνθρώπους εἰς τὸν προειρημένον τόπον.* Est autem in glossa quae proxime praecedit: *Πυλαία· τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.* Sed vide quid Cobetus de eo loco habeat *Mnem.* 1859 p. 66: „*Πυλαία* apud veteres appellatur locus, quo homines nequam et fraudulentum coibant, sed cuiusmodi fuerit illud flagitiorum et mendaciorum conciliabulum adhuc frustra quaesivi. Hoc solum video absurdum esse et ridiculum credere Amphictyonum ad Thermopylas concilium dici, quoniam illuc ex diversis civitatibus multi confluerent. Nil commiserunt boni Amphictyones cur eorum conventus nugarum et praestigi- arum congeries et colluvies vulgo diceretur. Et quid facias noto Plutarchi loco in *Instit. Lacon.* p. 239 C, ubi *κεανίσκος* ἐκ τοῦ *γυμνασίου* increpatur, *ὅτι τὴν εἰς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίσατο.* Vides eam *Πυλαίαν* non apud Thermopylas, sed aliquanto propius

urbem Spartam fuisse. Itaque Stephano nil crediderim, quum Plutarchi locum in Pyrrho c. 29: ταῦτα μὲν ἐστὶ Πυλαϊκῆς δὲ δαγῶγας interpretatur: haec Thermopylarum ineptias redolent. Meliora igitur quaerenda sunt, quo πυλαία, πυλαΐζειν et πυλαΐσαι referantur." Est hic locus paulo longior, sed quoniam tam est luculentus, integrum descripsi; sciendum tamen est iam Wytttenbachium ad p. 239 C intellexisse non Amphictyones intelligendos esse, sed πυλαίαν dictam esse pro *compito*, *trivio*, *foro*.

Experiar possintne dari paulo certiora. Primum conferamus urbem Romam. Illic certe mendici congregabantur extra portam, urbe pulsi, uti coniciio. Parasiti apud Plautum Captiv. I 1. 21 verba sunt: Ire extra portam trigeminam ad saccum licet. Disertum quoque est quod invenio in Trinummo 2. 4. 21:

Pol opinor affinis noster aedes vendidit.

Pater cum peregre veniet, in porta est locus.

Considerabant etiam in pontibus et saepe clivus Aricinus memoratur, veluti apud Iuvenalem IV 116 et XIV 134. Quantum eo convectum fuerit malarum mercium, videre est apud Martialem XII 32, ubi epigramma est in Vacerram, qui alio migrarat. Vidi, inquit poeta, Vacerra, sarcinas tuas, vidi; Migrare clivum crederes Aricinum. Ibat tripes grabatus et bipes mensa, Et cum lucerna corneoque cratere(?) Matella curto rupta latere meiebat, et quae sequuntur. Denique sic perorat:

Quid quaeris aedes villicosque derides,

Habitare gratis, o Vacerra, cum possis?

Haec sarcinarum pompa convenit ponti.

Est, uti vides; in tanta hominum turba forum erat rerum venalium, sed praeter scruta nihil. Si quid erat vetustate collapsum, usu detritum, lacerum ac vile, id omne prostabat; nec deerant carnes putridae et pisces olentes, nam aediles prohibebant ne quid tale importaretur in urbem. Idem Athenis moris erat; docebit hoc Aristophanes in Equitibus vs. 1246. Rogat Cleon isiciarium:

καὶ μοι τοσοῦτον εἰπέ· πότερον ἐν ἀγορᾷ

ἢ ἄλλαντοπώλεις ἐτεὸν ἢ ἔπι ταῖς πύλαις;

Respondet autem alter:

ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, οὐδὲ τὸ τάριχος ὄνιον.

Est ut isiciario isiciarius sapidiora farcimina venditet; Cleonis autem adversarius non nisi pessimum genus ante portam solebat extrudere. In ea hominum congerie, quod aliter fieri non potuit, non deerant malefici, λωποδύται, furunculi, rapaces, tagaces: si negas, testem afferam Zenobium Provv. 436: οἶδεν Πυλαία ταῦτα καὶ Τυττυγίας· ὁ Τυττυγίας ἀνδραποδισῆς ἦν· ἐπώλει δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ τὰ ἀλλότρια. Τάττεται δὲ ἡ παροιμία κατὰ τῶν τᾶλλότρια ἀρπαζόντων καὶ παλούντων. Unaquaeque urbs suam habebat Πυλαίαν et plures fortasse. Quod legitur in Instit. Lacon. p. 239 C: τὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου νεανίσκον ἐπετίμων, ὅτι τὴν εἰς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίσματο, stricto sensu Sparta non habebat Πυλαίαν, h. e. locum vacuum relictum *extra portam*, cum urbs moenibus non esset circumdata nec portas haberet, sed corruptis moribus et neglecta Lycurgea disciplina inde ab Lysandri temporibus potissimum simul cum auri sacra fame etiam paupertas Laconiam invasit dataque fuit necessario Πυλαίας licentia eo utique loco ubi non amplius continenter habitabatur. Scripsit Alexis comoediam Πυλαίαν, cuius fragmentum Athenaeus servavit p. 225 F. Proclive est conicere duos esse πυλαϊσῆς — Eckensteher dicas — inter sese colloquentes. Prior indignabundus exclamat:

Νῆ τὴν Ἀθηνᾶν, ἀλλ' ἐγὼ τεθαύμακα
τοὺς ἰχθυοπώλας, πῶς ποτ' οὐχὶ πλούσιοι
ἄπαντές εἰσι, λαμβάνοντες βασιλικούς
φόρους·

Cui alter:

Φόρους μόνον; οὐχὶ δεκατεύουσι γὰρ
τὰς οὐσίας ἐν (ἐπὶ?) ταῖς πόλεσιν (πύλαις?) καθήμενοι,
ὄλας δ' ἀφαιροῦνται καθ' ἑκάστην ἡμέραν.

Hoc substantivum πυλαϊσῆς non adnotavisset Aelius Dionysius vel Pausanias, nam illinc sua Photius habet, nisi alicubi invenisset et quidem pluralis numeri quarto casu, nam in lem-mate scriptum est πυλαϊσῆς. Videor mihi nosse locum ubi hodie sub corruptela delitescit. In Olynthiaca II § 19 queritur orator in Philippi cohorte inesse ληστῆς καὶ κόλακας καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, οἷους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα οἷα ἐγὼ νῦν δυνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. Hic multi multa moliti sunt: Reiskius tentavit δεικελισῆς, Valckenaerius γελοιασῆς, Bakius ἀλάστορας·

quaero equidem an non lateat *πυλαϊσᾶς*. De scelestis Philippi sodalibus acerbissime scripsit Theopompus apud Athen. IV p. 166 F.

Est igitur proprie *Πυλαία* loci nomen ante portam; deinde refertur ad ipsas personas quae eo congregantur; denique fit nomen rerum venalium sed vario nomine vitiosarum; scruta sunt quae prostant tunicato popello, uti apud Horatium est. Non est sane haec metonymia inaudita. Nec nunc alii tres loci difficiles intellectu sunt: Pyrrh. 29: *ταῦτα μὲν ἐστὶ πυλαϊκῆς δὲ χαλαγωγίας*. Artax. 1: *εἰ καὶ τᾶλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφύρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπῆν πυλαίαν*. Moral. p. 924 C: *τοιούτων μέντοι καὶ τοσούτων παραδοξολογιῶν οὐ μόνον πῆραν ἀλλὰ θυματοποιοῦ τινος ἀπσκευὴν καὶ πυλαίαν κατανωτισάμενοι καὶ παρέλκοντες*. Vide quae praeterea habet Bernardaces in *Symbolis* ad calcem.

De Pythiae Oraculis p. 398 E. Sermo est de Pompeis et Herculano dirutis: *ταυτὶ τὰ πρόσφατα καὶ νέα παθῆ περιτὲ Κύμην καὶ Δικαιάρχειαν*. Coniungere solet Plutarchus adiectiva πρόσφατα καὶ νεαρά. Veluti p. 146 B: *ἐπὶ προσφάτοις οὕτω καὶ νεαροῖς λόγοι ψευδεῖς συντεθέντες ἔχουσι πίσιν*, alibi. Etenim Sibylla iam praedixerat *ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου καὶ ζέσεις θαλασσίας καὶ πετρῶν καὶ φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος ἀναρρίψεις καὶ φθορὰς πόλεων ἅμα τοσούτων καὶ τηλικούτων, ὡς μεθ' ἡμέραν ἐπελθοῦσιν ἄγνοίαν εἶναι καὶ ἀσάφειαν ὅπου κατώκηντο τῆς χώρας συγκεχυμένης*. Est hoc notabile testimonium.

Ibid. p. 400 E: *ἠκούομεν*. *Necessarius est singularis numerus ἤκουον*.

Ibid. p. 403 B. Pollicitus est Atheniensibus Apollo *βοηθήσειν αὐτὸς καὶ παρακαλούμενος καὶ ἀπαράκλητος*. Eadem scriptura apud Dionem Cassium LVII 7 legitur, quam reddendam arbitror Thucydidi I 118, ubi *ἄκλητος* in libris est. Cf. *Mnem.* 1886 p. 87.

Ibid. p. 403 B: *προτέταξε τὴν ἐξ Ἐρυθρῶν ἰέρειαν ἀνάγειν τῆς Ἀθηναῶν ἐκαλεῖτο δ' Ἕσυχία τὸ γύναιον*. Quoniam *ἤσυχίαν*

ἄγομεν, non ἀνάγομεν, praestabit simplex verbum ἄγειν idque Plutarchus usurpavit in Vita Niciae c. 13, ubi eandem historiolam refert.

Ibid. p. 403 C. Thrasybulus ἐν ζάσεσι καὶ πολέμοις γενόμενος χρόνον οὐ πολὺν ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. Aliquid excidit et scribendum: (μετὰ) χρόνον οὐ πολὺν.

Ibid. p. 403 D. Procles Epidauri tyrannus Cleandrum Aeginetam iusserat hospitis quem interemerat cadaver storea inclusum demittere in mare: ἐκέλευτε καταθέσθαι, quod καθέσθαι dictum oportuit.

Ibid. p. 403 F. In Phocide aedes quaedam est Herculis μισογύνου, in qua νομίζεται τὸν ἱερώμενον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ γυναικὶ μὴ ὀμιλεῖν. Infelix est suspicio Meziriaci ἐν αὐτῷ, nam semper et ubique flagitium est in aede cum muliere rem habere. Legam: ἐν τὸς ἐνιαυτοῦ.

Ibid. p. 404 A. Forte adolescenti qui ancillae amore tenebatur, hoc sacerdotium obtigerat καὶ τὸ πρῶτον ἔφευγε τὴν ἀνθρωπον, ἀναπαυομένῳ δ' αὐτῷ ποτε μετὰ πότον καὶ χορείαν προσπεσοῦσαν διεπράξατο. Impedita constructio est et procul dubio legendum erit: προσπεσοῦσα. Ipsa mulier non vocata noctu per quietem iuvenem aggressa est et διεπράξατο, quo sensu verbi causa invenitur in Ecclesiazusis vs. 634: ὅταν ἦδη ἰγὼ διαπραξάμενος παραδῶ σοι δευτεριάζειν. Sic etiam melius intelligimus cur Apollo sine mora peccati veniam dederit, etenim ἅπαντα τὰναγκαῖα συγχωρεῖ θεός.

Ibid. p. 405 C: ἡ νῦν τῷ θεῷ λατρύουσα γέγονε μὲν εἴ τις ἄλλος ἐνταῦθα νομίμως. In ea locutione, uti vides, servatur masculinum genus: εἴ τις ἄλλος, non εἴ τις ἄλλη.

Ibid. p. 406 F. Sophocles Apollinem appellavit, fragmentum est 704 apud Nauckium:

σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεί,
σκαιοῖς δὲ Φαῦλον κὰν βραχεῖ διδάσκαλον.

Teneo quod olim correxi: *κᾶν βράχῃ*. Stulti nihil intelligent, etiamsi deus Stentorea voce inclamaverit. Ceterum Plutarchus Sophoclem laudavit ut tanquam gemmula orationem suam distingueret et exornaret, nam ad id quod probare instituit, poeta, verum ut dicam, nihil confert, immo evertit potius quam confirmat. Melius fuisset locum adscribere non p. 406, sed p. 409, ubi illa leguntur: *ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἦσαν οἱ τὴν λοξότητα τῶν χρησμῶν καὶ ἀσάφειαν αἰτιώμενοι, καὶ νῦν εἰσὶν οἱ τὸ λίαν ἀπλοῦν συκοφαντοῦντες.*

De defectu Oraculorum p. 432 E: τὸ δὲ μαντικὸν ρεῦμα καὶ πνεῦμα θεϊοτάτον ἐστὶν καὶ ὀσιώτατον ἂν τε καθ' ἑαυτὸν δι' ἀέρος ἂν τε μεθ' ὑγροῦ νάματος ἀφαιρῆται. Bernardaces scribit ἀναφέρηται, sed elegantius corrigetur: ἀρύττηται.

An virtus doceri possit p. 440 A: οἱ Σκύθαι, ὡς Φησὶν Ἡρόδοτος, τοὺς οἰκέτας ἐκτυφλοῦσιν ὅπως παραδῶσιν αὐτοῖς. Respicitur mirifica atque incredibilis fabella quae apud Herodotum legitur IV 2; sed quid est παραδῶσιν? Canterus coniecit παραμένωσιν vel γάλα δονῶσιν· acute ut omnia Canteri, ita tamen ut pergamus aliud quid quaerere verisimilius. Veluti Papabasiliius ἐν τῇ Ἀθηνᾶ X 187 proposuit παραζῶσιν, quod equidem non praeferam Canteriano παραμένωσιν. Incidi vero in παραδιακονῶσιν. Vide hoc verbum prorsus eodem modo usurpatum apud Aristophanem Av. 838. Commonstrabit Gardthausenus p. 251 quo compendio scribatur id quod est διάκονος· hinc vitium repetendum.

Ibid. p. 442 F: οὐ τῇ κρίσει μόνον ἐπιτίθεται τὸ λυποῦν καὶ δάκνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα — ἀνατροπαὶ ναυτιώδεις ἰσχυροῖ. Non satis capio verbum ἐπιτίθεται· intelligam: ἔπεται.

De cohibenda Ira p. 454 A: οἱ πολιορκίαν προσδεχόμενοι συνάγουσι καὶ παρατίθενται τὰπιτήδεια τὰς ἑξωθεν ἐλπίδας ἀπεγνωκότες. Imo plane contrarium faciunt, nempe ἀποτίθενται.

Ibid. p. 454 F: ὁ τῷ θυμῷ προσέχων ἐν ἀρχῇ καὶ κατὰ μικρὸν

ἐκ τινος λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας συρφετώδους ὀρῶν καπνίζοντα καὶ διακαόμενον οὐ μεγάλης δεῖται πραγματείας. Quid est διακάεσθαι? Sed neque per se hoc obscurum est et mox habemus p. 457 A: ἔοικε τοῖς δῆγμασι τῶν ἐρπετῶν, ὅταν διακαῆ καὶ περιώδυνα γένηται, ut appareat malum initio καπνίζειν, deinde flammae instar gliscere et διακάεσθαι. Sequitur autem continuo p. 454 F: οὐδὲν οὕτω τῶν παθῶν συλλεγόμενον καὶ διακινούμενον ἔχει τὴν γένεσιν ἐμφανῆ. Hinc omnino malim: καπνίζοντα καὶ διακινούμενον.

Ibid. p. 455 C: αἶ τε τοῖς πενθοῦσιν ἐφέσεις τοῦ ἀποκλαῦσαι. Praeferam: αἶ τ' ἐν τοῖς πένθεσιν.

Ibid. p. 456 D: κουφοτάτου πράγματος λόγου βαρυτάτην ζημίαν τίνουσιν. Eundem Platonis locum Plutarchus respicit p. 505 C et 634 F. Conferunt interpretes Legg. IV p. 717 D: κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία, quae verba aliquatenus conveniunt, sed Plutarcho obversabantur ea quae leguntur Legg. XI p. 935 A: ἐκ λόγων, κούφου πράγματος, ἔργῳ μίση τε καὶ ἔχθραι βαρυτάται γίνονται. Hoc igitur loco ex Plutarcho reddendum censeo Platoni: ἐκ λόγων, κουφοτάτου πράγματος. Priore loco positivus adiectivi gradus se recte habet.

Ibid. p. 456 D: ταῦτ' οὖν ὀρῶντί μοι καὶ παραφυλάττοντι συμβαίνει τίθεσθαι καὶ διαμνημονεύειν, κτῆ. Intelligam: πείθεσθαι.

Ibid. p. 461 C: δεινὸν οὐδὲν ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς τροφῆς σιωπῆ χρήσασθαι τοῖς παρατυγχάνουσι καὶ πολλὰ χολουμένους καὶ δυσκοαίνοντας ἀτερπέσατον ἔψον ἐμβαλεῖν ἑαυτοῖς καὶ φίλοις τὴν δργήν. Coniecerat olim Bernardaces πόλλ' ἀχθομένους, sed nunc praefert vulgatam lectionem. Verumenimvero, quantum comemini, Plutarchus poeticum verbum χολοῦσθαι numquam usurpavit, ne in hoc quidem libello qui totus est de cohibenda ira. Exstat sane apud eum: κεχολωμένοι τοῖς Ταραντίοις Vit. Fab. 22, Marc. 21 et Moral. p. 195 F, sed tres loci aliunde depromti unius instar sunt. Corrigam autem: πόλλ' ἀσχολουμένους καὶ δυσκοαίνοντας. Ceterum cf. p. 468 E, ubi itidem coniun-

guntur ἀχθόμενους καὶ δυσκολαίνοντας, quod sane facit ad Bernardacis suspicionem corroborandam.

De tranquillitate Animi p. 470 F. Satis omnibus notum est quid amicus aliquando cum Socrate collocutus sit: μνᾶς ὁ Χῖος οἶνος, ἢ πορφύρα τριῶν μνῶν, τοῦ μέλιτος ἢ κοτύλη πέντε δραχμῶν. Est hoc vini pretium insane magnum; sed de ipsa re satius est lectores ablegare ad Boeckhium; malo autem: μνᾶς ὁ Χῖος ὄνιος, nam in communi vita fere omitti solebat id quod est οἶνος appellabaturque ὁ Χῖος, ὁ Θάσιος, ὁ Μενδαῖος, ὁ Πεπαρήθιος sim. Hermippi fragmentum est apud Athenaeum I p. 29 E:

Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοὶ
 ἐρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μελιχόδωρον
 καὶ Θάσιον, τῷ δὲ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀσμῇ,
 τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
 τῶν ἄλλων οἴνων, μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.

Primus versiculus nondum certa correctione sanari potuit, sed est tamen locus idoneus ad probandum id quod dixi, neque hic usus obscurus est. Eubuli fragmentum est apud Athen. p. 23 D: καὶ μὰ Δία πέπωκ' ἐγὼ Μενδαῖον. Anaxilas apud Athen. XII p. 548 C:

Ξανθοῖς τε μύροις χρῶτα λιπαίνων
 χλανίδας θ' ἔλκων, βλαύτας σύρων,
 βολβοὺς τρώγων, τυροὺς κάπτων,
 ᾧὰ κολάπτων, κήρυκας ἔχων,
 Χῖον πίῳν, καὶ πρὸς τούτοις
 ἐν σκυταρίοις βραπτοῖσι Φορῶν
 Ἐφεσῆϊα γράμματα καλά.

Cf. praeterea Mehlerus ad Xen. Conviv. IV 41.

Ibid. p. 471 D. Hunc locum Wyttenbachius ita edidit: οὐδὲ γὰρ ὁ τοξεύειν τῷ ἀρότρῳ βουλόμενος καὶ τῷ βοῖ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν, δυσυχῆς ἐστίν· οὐδὲ τῷ γρίφοις καὶ σαγήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνοντι, μηδὲ εἰς δαίμων ἐναντιοῦται μοχθηρῆς, ἀλλ' ἀβελτερία καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν. Sentit unusquisque quam graviter hic locus corruptus sit, nec multum profici Reiskiano invento ἐπιχειροῦσαι vel ἐπιχειροῦσα. Bernardaces

autem coll. *Mnem.* 1896 p. 379, habet: οὐδ' ὁ γρίφοις καὶ σα-
 γήναις ἐλάφους μὴ λαμβάνων οὐδ' οἷς δαίμων οὐκ ἐναντιοῦται
 μοχθηρός, ἀλλ' ἀβελτερία καὶ μωρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχει-
 ροῦσα, quae sane paulo meliora sunt, sed impedita constructio
 est nec ferenda duplex negatio: οὐδ' οἷς δαίμων οὐκ ἐναντιοῦται.
 Facile tamen remedium est, ad quod viri docti nescio quomodo
 nondum attenderunt: nimirum eliminandum illud οὐδ' et reliqua
 clara luce splendebunt: οἷς δαίμων οὐκ ἐναντιοῦται μοχθηρός,
 ἀλλ' ἀβελτερία καὶ μωρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσα.

De Fraternali Amore p. 478 C. Fratres concordēs hodie homines
 θαυμάζουσιν οὐδὲν ἦττον ἢ τοὺς Μολιονίδας ἐκείνους, συμφυεῖς τοῖς
 σώμασι γεγονέναι δοκοῦντας. Profecit Plutarchus ex Aristarchi
 disciplina, quod luculenter arguitur collato scholio ad Ψ 640:
 Ἀρίσταρχος δὲ διδύμους ἀκούει, οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνθειᾷ νοοῦ-
 μεν οἷοι ἦσαν καὶ οἱ Διόσκουροι, ἀλλὰ τοὺς διφυεῖς δύο ἔχοντας
 σώματα, Ἡσιόδῳ μάρτυρι χρώμενος, καὶ τοὺς συμπεφυκότας ἀλ-
 λήλοισ· οὕτως γὰρ καὶ τὸ λεγόμενον ἐπ' αὐτῶν σαφηνίζεσθαι ἄριστα.
 Itaque sibi repraesentavit Actoris filios, quales patrum memoria
 fuerunt gemini Siamenses. Sic diserte legimus p. 1083 C fuisse
 eos τοῖς μὲν ἠνωμένους μέρεσι τοῖς δ' ἀποκεκριμένους. Plura alia
 vide apud Mehlerum ad Mnaseam p. 79. Probabili coniectura
 multo plura de Aristarchi Studiis Homericis conquiri poterunt,
 quam Lehrsius fecit. Ecquis dubitare potest unde Iosephus
 habeat quod disputat adversus Apionem II § 155, ubi vult
 demonstrare Graecorum legislatores valde esse recentes, si cum
 Mose comparentur, ὅπου γε μὴδ' αὐτὸ τοῦνομα πάλα ἐγινώσκετο
 τοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, καὶ μάρτυς Ὀμηρος οὐδαμοῦ τῆς
 ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος. Etenim Iosephus multum studii
 posuerat in Homero cognoscendo, qua de re dixi *Mnem.* 1885
 p. 355. Illinc memorabile quoque est quod legimus adv. Apio-
 nem I § 12: ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον
 εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὀμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον, οὗτος δὲ
 καὶ τῶν Τρωικῶν ὕστερον φαίνεται γενόμενος, καὶ Φασιν οὐδὲ τοῦ-
 τον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποιήσιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημο-
 νευομένην ἐκ τῶν ἀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς
 ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωρίας, qua de re etiam rectius hodie
 iudicare possumus cum lacera quaedam fragmenta in Aegypto

provenerint Aristarchea recensione antiquiora. Satis autem credibile est Aristarchum hoc argumentum pertractavisse quum in Homero interpretando pervenisset ad locum de Bellerophonte; sed nimis sunt exilia quae Aristonicus servavit in scholiis ad Z 169 et H 175 et 187. Verum, ut ad Plutarchum redeam, in iis quae de Homero habet p. 410 D, illa certe ad veterum Alexandrinorum studia referam: ὑμεῖς οὐ μικρὸν ἀποδείκνυτε πρᾶγμα, λαίνεσθαι ξυρῶ τὰ σώματα τοὺς ἥρωας, ἐντυχόντες παρ' Ὀμήρω ξυρὸν ὀνομάσαντι· καὶ δανείζειν ἐπὶ τέκοις, ὅτι που χρέος δφέλλεσθαι φησιν οὔτι νέον οὐδ' ὀλίγον, ὡς τοῦ δφέλλεσθαι τὸ αὔξεσθαι δηλοῦντος. Item p. 675 A agitur de varia lectione ῥήμονας, *Iliad.* Ψ 886. Sed haec obiter nunc dixisse satis habeo.

Ibid. p. 479 C. Est Menandri fragmentum quod apud Meinekium invenitur IV 240:

οὐκ ἐκ πότου καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
 ζητοῦμεν ᾧ πισεύομεν τὰ τοῦ βίου,
 πάτερ; οὐ περιττὸν οἶετ' ἐξευρηκέναι
 ἀγαθὸν ἕκαστος ἂν ἔχη Φίλου σκιάν;

Sic enim Cobetus correxit, qui pro οὐ περιττὸν rescripsit οὐ περιττὸν addiditque in fine signum interrogandi. In ea quidem correctione summus criticus me facile habebit adsentientem, sed non satis demirari possum itidem post πάτερ eum pariter signum interrogandi posuisse non semel sed ter adeo: *Var. Lect.* p. 380, *Mnem.* 1855 p. 274 et 1873 p. 363. Deinde post eum Madvigius in *Adversariis* ipse quoque scripsit πάτερ; Hiscere vix audeo adversus duumvirum auctoritatem; tamen re apud animum meum saepius pensitata, dixerim pessumdari simplicium verborum sententiam et in contrarium converti, si ita interpungantur. Qui hic loquitur *negat* compotores et congerrones nobis quidquam prodesse ad vitam sapienter instituendam; *affirmat* autem interrogando maximum esse in certo amico praesidium. Tutum ac fidele consilium est et Menandri scena dignissimum, sed quale patres filiis, non filii patribus propinare solent. Hinc offensio est in vocativo πάτερ et scribam:

οὐκ ἐκ πότων καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
 ζητοῦμεν ᾧ πισεύσομεν τὰ τοῦ βίου.

ἀτὰρ οὐ περιττὸν οἶετ' ἐξευρηκέναι
ἀγαθὸν ἕκαστος ἂν ἔχη Φίλου σκιάν;

Sic coniunctio ἀτὰρ persaepe in comoedia versuum initiis usurpata fuit.

Ibid. p. 481 B. Incerti poetae versiculi sunt:

Φίλων γε μέντοι χρήσις ἢ πρὸς αἵματος
μόνη κακοῦ βέροντος ὠφελεῖν Φιλεῖ.

Nauckius coniecit παρόντος· cogitaram equidem de βέροντος.

Ibid. p. 482 C: ξένων ἀνθρώπων — ἀμαρτήματα ἔνιοι φέροντες καὶ ἠδόμενοι, δύσκολοι καὶ ἀπαραίτητοι πρὸς τοὺς ἀδελφούς εἰσιν. Malo ἐκδεχόμενοι. Vide hoc verbum p. 482 E, 490 F, 535 F, alibi.

Ibid. p. 483 A: ἀπλότητα μὲν τὴν βραθυμίαν τῶν ἀδελφῶν ὀνομάζουσιν, ὀρθότητα δὲ τὴν σκαιότητα, τὸ δὲ φιλόδικον ἀκαταφρόνητον. Opponuntur inter sese τὸ σκαῖόν et τὸ ὀρθόν et nemo poterit τὴν σκαιότητα recte appellare ὀρθότητα. Verum esse dixerim: τὴν εἰκαιότητα.

Ibid. p. 483 C. Imprimis mortuo patre fratres fugere debent ὑπονοίας θεραπόντων καὶ διαβολᾶς ἐταίρων ἐτέροις αὐτοὺς προσνεμόντων. Aut fallor aut substituendum erit: ἐκατέροις.

Ibid. p. 483 E: οἱ δὲ καὶ τίθας ἀποσπῶντες ἀλλήλων καὶ συντρέφους καὶ συνήθεις παῖδας ὑπερβαλλόμενοι τοῖς διωγμοῖς, ἀπίασιν ἀνδραπόδου τιμὴν πλέον ἔχοντες. Emperius correxerat διαλογισμοῖς, deinde Bernardaces se malle scribit διωσμοῖς = διαβισμοῖς. Est haec quidem infelix suspicio; sed Emperii correctionem non amplectar. Praestare videtur simplex λογισμοῖς. Cf. Herwerdenus ad p. 498 E et p. 526 F.

Ibid. p. 486 A: Κρατερὸς Ἀντιγόνου βασιλεύοντος ἀδελφὸς ὢν καὶ Κασάνδρου Περίλαος ἐπὶ τὸ στρατηγεῖν καὶ οἰκουρεῖν ἔταττον αὐτούς. Craterus non Antigoni sed Antipatri frater fuit, secun-

dum Reiskium; esto hoc, sed nihilo minus absurdum est verbum *κρατηγεῖν*. Quid faciebant Craterus et Perilaus domi sedentes, *οἰκουροῦντες*? Praestabant id quod solum poterant, nempe contrahebant copias quibus Antigonus et Casander bello uterentur. Inerit hoc in verbo *κρατολογεῖν*.

Ibid. p. 487 F: 'Ελλήνων οἱ καθ' ἡμᾶς δυνατώτατοι περὶ σπουδᾶς δρᾶτης εἶτα κισκροδῶν διασάντες. Ita recte Wyttenbachius, nec video unde Bernardaces habeat lectionem *διανασάντες*, quae idoneo sensu caret. Ceterum mirum est quod ibi traditur de Aedepso et qui homines fuerint qui illic *διεφθάρησαν πάντων ἀφαιρέθεντες ὑπὸ τοῦ τυράννου*. Quem Plutarchi aetate tyrannum illic fuisse putabimus? Non me extrico et frustra probabilem correctionem quaesivi.

De Amore Prolis p. 495 A. Propter *Φιλοσοργίαν* animalia exemplo nobis esse debent quod intueamur: *ταῦτ' οἰόμεθα τὰ πάθη τούτοις ἐνεργάσθαι τὴν φύσιν, ἀλεκτορίδων ἐπιγυγῆς καὶ κυνῶν καὶ ἄρκτων προνοῦσαν, ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς δυσωποῦσαν καὶ τιτρώσκεισαν*; Hic quantum video interpretes nihil adnotarunt, nec tamen dubium potest esse quin ultimum vocabulum graviter corruptum sit. Unusquisque videt quid sententia postulet, nimirum *νοθετοῦσαν* vel simile quid; sed multum quaerendo unum tantum vocabulum reperire potui, quod traditis literarum ductibus aliquatenus conveniat: *προασκοῦσαν*.

An vitiositas ad infelicitatem sufficiat p. 499 A. Referuntur Vitiositatis verba ad Fortunam: *Τύχη, πέναν ἀπειλεῖς; καταγελάσσει Μητροκλῆς, ὃς χειμῶνος ἐν τοῖς προβάτοις καθεύδων καὶ θέρους ἐν τοῖς προπυλαίοις τῶν ἱερῶν τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ εὐδαιμονίας εἰς ἀγῶνα προκαλεῖτο*. Cur ille inter oves dormiebat? Nemo hoc verisimile dicet esse itaque secundum Bernardacem Usenerus commendavit *ἐν τοῖς πριβάτοις* i. e. in balneis privatis. Sed minime ferenda in hac scriptione vox Latina et praeterea superest rogare cur pauperculus homo magis privata quam publica loca adierit. Sed ipsa loci sententia nisi veram certe verisimilem lectionem suppeditabit. Quo pauperes sese flante

Borea conferebant? Etiam Homerus hoc ostendere poterit σ 328: οὐδ' ἐθέλεις εὔδειν χαλκήϊον ἐς δόμον ἐλθὼν ἢ ἐπὶ εἰς λέσχην. Ad quem locum adscripta scholia sunt: χαλκήϊον ἐς δόμον· εἰς ἐργαστήριον χαλκείως ac deinde ἐς λέσχην· τόπον ἀθύρωτον, δημοσίον, ἔνθα συνιόντες λόγοις καὶ διηγήμασιν ἀλλήλους ἔτερπον. ὠνόμασαι δὲ παρὰ τὸ λέχος, ἐπεὶ ἐκεῖ ἐκοιμῶντο οἱ πτωχοὶ παρὰ τὸ πῦρ. Hic conferri poterunt Casaubonus in Animadversionibus ad Athenaeum p. 337 et Valckenaerius ad Ammonium p. 211. Imprimis est operae pretium Hesiodum inspicere Ἔργ. καὶ Ἡμερ. vs. 493: πὰρ δ' ἴθι χάλκειον βῶκον καὶ ἐπαλέα λέσχην ἄρη χειμερῆ, ὅποτε κρύος ἀνέρα ἔργων ἰσχάνει. Ad quem locum Proculi adnotatio est: ὅτι ἀλεινοῦς οἶκος οἱ πένητες καταλάμβανον, ἐν οἷς συγκληθέντοι ἐν λαλιαῖς ἦσαν, δῆλον καὶ ὅτι λέσχης ἐκάλουν τούτους· καὶ γὰρ ἐν Ἀθήναις ἦσαν τοιοῦτοι τόποι καὶ ὠνομάζοντο λέσχη ἐξήκοντα καὶ τριακόσια. Hoc modo χαλκεῖον dicitur apud Plutarchum p. 600 E. Sed duo sunt loci prae ceteris luculenti apud Alciphronem. Prior invenitur III 42: χαλεπῶς καὶ λάβρως ἐπαιγίζων ὁ βορρᾶς δῖεσί μου τῶν πλευρῶν ὥσπερ βέλος. ἐς Κυνόσαργες ἴσως οἰχητέον. ἢ γὰρ τις τῶν ἐκεῖ νεκνίσκων κατοικτεῖρας ἀμφιέσει με ἱματίοις ἢ καταλήψομαι ἐγγύθεν τὰς κμίνους καὶ τῷ πυρὶ ὁ δῦσηνος θάψομαι. Alter nobis etiam utilior erit, I 23: ὁ κρυμὸς δ' εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν αὐτῶν καὶ ὀστέων. ἐβουλευτάμην οὖν Ὀδύσειον βούλευμα δραμεῖν εἰς τὰς θόλους ἢ τὰς κμίνους τῶν βαλανείων. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖσε συνεχώρουσι οἱ τῶν ὁμοτέχνων περὶ ταῦτα ἀλινδούμενοι. καὶ γὰρ αὐτοὺς ἢ παραπλησίᾳ θεὸς ἠνώχλει, πενία. ὥς οὖν ἠθρόμην οὐκ εἶναι μοι εἰσιτητόν, δραμῶν ἐπὶ τὸ Θρασύλου βλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας, εὔρον τοῦτο κενὸν καὶ καταβαλλὼν ὀβολοῦς δύο καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἴλεον κτασῆσας ἐθερόμην. Est locus, fateor, paulo longior, sed integrum descripsi, quoniam tam est accommodatus ad rem quam ago. Etenim quid Metrocles facere solebat, qui certe non dormituriebat inter oves, ἐν προβάτοις? Illuc intrabat quo dabatur accessus ut calefieret, gratis si posset, munusculo dato si deberet. Hoc inerit in: ἐν τοῖς προσβατοῖς καθεύδων.

Vix tamen est operae pretium diu immorari levi opusculo, quod Plutarchi ingenio plane indignum est. Ecquis aequo animo ferre poterit quod de Decio traditur p. 499 C: τῶν στραποπέδων

ἐν μέσῳ πυρὰν νήσας τῷ Κρόνῳ κατ' εὐχὴν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκαλλιέ-
ρησεν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας.

Ibid. p. 499 D: τίνας οὖν ταῦτα κακοδαίμονας ποιεῖ; τοὺς ἀνάνδρους καὶ ἀλογίους, τοὺς ἀθρέπτους καὶ ἀγυμνάτους, τοὺς ἐκ νηπίων ἄς ἔχουσι δόξας φυλάττοντας. Correxit Wytttenbachius ἀτρίπτους idque Bernardaces etiam in textum recepit. Equidem incidi in: μαμμοθρέπτους, de quo vocabulo Lobeckius egit ad Phrynichum p. 299.

Animine an corporis affectiones sint peiores p. 501 A: τῶν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων τὰ μετ' ἀναισθησίας χείρονα, λήθαργοι, κεφαλαλγίαι, ἐπιληψίαι, ἀποπληξίαι. Hoc quidem stultum est, nam omnium minime capitis dolor μετ' ἀναισθησίας coniunctus est. Λήθαργοι sunt, ἐπιληψίαι, ἀποπληξίαι· quinam praeterea λιποψυχοῦσιν? Habemus exemplum in Xenophontis Anabasi IV 5. 8: καταλαμβάνων τοὺς πίπτοντας τῶν ἀνθρώπων ἡγνόμενός τις τὸ πάθος εἶη. ἐπειδὴ δ' εἶπέ τις αὐτῷ ὅτι σαφῶς βουλιμιῶσι κἄν τι φάγωσιν ἀνασῆσονται, εἴ που τι ὀρώη βρωτόν, διεδίδου καὶ διέπεμπε διδόντας τοὺς δυναμένους παρατρέχειν τοῖς βουλιμιῶσιν. ἐπειδὴ δέ τις ἐμφάγοιεν, ἀνίσαντο καὶ ἐπορεύοντο, ut appareat frigus imprimis causam esse βουλίμου, qua de re ipse dixit Plutarchus in Quaestionibus Convivalibus p. 694 C. Quid igitur? reponam βουλιμίαι pro κεφαλαλγίαι? Haudquaquam, ne quidvis pro quovis restituere videar. Sed apud Hippocratem substantivum est κενεαγγίη et verbum κενεαγγέειν. Apud Antatt. Bk. p. 104. 8 invenio: κενεαγγίαν· τὴν πείναν. Πλάτων Συμμαχία. Apud Pollucem VI 30: Πλάτων δὲ ὁ κωμικός καὶ κενεαγγίαν εἶρηκεν, Ξενοφῶν δὲ βουλίμον. καὶ Ἄριστοφάνης δὲ τὸν Πειραιᾶ δὲ μὴ κενεαγγίαν ἄγειν, de qua locutione Cobetus dixit *Mnem.* 1856 p. 186. Sed ipsi lectores iam existimare poterunt quo iure pro κεφαλαλγίαι reponendum censeam κενεαγγίαι.

De Garrulitate p. 503 D: ὡσπερ γὰρ ὁ πυρὸς εἰς ἀγγεῖτον κατακλεισθεὶς τῷ μὲν μέτρῳ πλείων εὐρίσκεται, τῇ δὲ χρειᾷ μοχθηρότερος. De caseo hoc verum est, non de tritico: lege: ὁ τυρός. Eadem correctione utendum p. 635 D: οὐ μόνον μάζας καὶ

ὄσπρια καὶ ἄρτους καὶ πυρούς, ἀλλὰ καὶ κρέα ζώων· vide modo p. 523 F: ἴν' ἄλφιτα πρίηται ἢ τυρὸν ἢ ἄρτον ἢ ἐλαίαις.

Ibid. p. 504 B: οἱ φιλόσοφοι τὴν μέθην λέγουσιν εἶναι λήρησιν πάροινον. Scribe παρ' οἶνον. Sic continuo sequitur: ὁ μὲν οὖν μεθύων ληρεῖ παρ' οἶνον. P. 647 C Bernardaces habet: τοῖς παροίνοις σεφάνοις, sed rectius Wyttenbachius παρ' οἶνον. Idem vitium recurrit p. 716 F.

Ibid. p. 507 A: νεὼς μὲν γὰρ ἀρπαγείσης ὑπὸ πνεύματος ἐπιλαμβάνονται σπείραις καὶ ἀγκύραις τὸ τάχος ἀμβλύοντες. Hic imprimis Breusingius conferendus, qui in libro de Rebus Nauticis p. 177 locum luculenter expedivit.

Ibid. p. 513 F. Hic lubet paulo diligentius dicere de correctione, quam olim proposui *Mnem.* 1876 p. 345. Vult probare Plutarchus id quod dixerat: τοῖς ἐρωτικοῖς ἢ πλείη διατριβὴ περὶ λόγους μνήμην τινὰ τῶν ἐρωμένων ἀναδιδόντας· οἳ γε κἂν μὴ πρὸς ἀνθρώπους πρὸς ἄψυχα περὶ αὐτῶν διαλέγονται. Itaque amator amicae lucernam sic alloquitur:

Βακχίς θεόν σ' ἐνόμισεν, εὐδαιμον λύχνη,
καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, εἰ ταύτη δοκεῖς.

Quae verba, uti vides, sensu omnino vacua sunt, nam quod Bernardaces correxit scilicet ἐν ταύτῃ, id plane nihili est. Compellat amator lucernam, quemadmodum Praxagora ἐκκλησιάσουσα apud Aristophanem. Forte Bacchis aliquando iocose dixerat sibi lucernam esse dei loco, ad quam horas suas exigeret; numerabat enim horas secundum mensuram olei absumpti, sicuti in Aegypto sacerdotes de quibus Plutarchus retulit p. 410. Apud Euripidem in Cyclope vs. 335 similiter Polyphemus est qui sacra facit τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῆδε δαιμόνων. Sed haec olim fuerunt; nunc amator flebiliter queritur de Bacchidis inconstantia. Etiam lucerna illa dominum mutavit et pervenit, uti conicio, ad lenonem. Nihil hoc mirum, nam sicuti Aeneas Sophista scribit in Epist. 12: τοῖς ἐρασταῖς καὶ ὑπόδημα τοῦ ἐρωμένου Φανὲν ἱκανὸν παραμθεῖσθαι τὸν ἔρωτα. Hic non me teneo quin exscribam duo epigrammata, in Anthologia Palatina V 7 et 8. Alterum est Asclepiadis:

Λύχνε, σε γὰρ παρεούσα τρίς ὤμοσεν Ἡρακλεία
 ἤξειν κούχ ἤκει, λύχνε, σὺ δ' εἰ θεὸς εἶ
 τὴν δολίην ἀπάμυνον· ὅταν Φίλον ξνδον ἔχουσα
 παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι Φῶς πάρεχε.

Alterum est Meleagri:

Νῦξ ἱερὴ καὶ λύχνε, συνίσορας οὔτινας ἄλλους
 ὄρκοις, ἀλλ' ὑμέας εἰλόμεθ' ἀμφότεροι.
 χῶ μὲν ἐμὲ ἐρέξειν, κείνον δ' ἐγὼ οὔποτε λείψειν
 ἀμόσαμεν· κοινήν δ' εἶχετε μαρτυρίην.
 νῦν δ, ὃ μὲν ὄρκιά Φησιν ἐν ὕδατι κείνα φέρεσθαι,
 λύχνε, σὺ δ' ἐν κόλποις αὐτὸς ὄρῳ ἐτέρων.

Hiscē igitur omnibus in unum collatis, intelligam:

Βακχίς θεόν σ' ὠνόμασεν, εὐδαιμον λυχνε,
 κᾶτ' ὃ θεῶν μέγισ' ἔχει σ' ὃ πανδοκεύς.

De Curiositate p. 518 C:

ἀεὶ δ' αἰοιδῶν μῦθος ἐν ἐγγαίς ἐμαῖς
 κακυτὸς ἐμπέπτωκεν.

αὕτη τοῖς πολυπράγμοσι μούσα καὶ σειρήν μία. Aut fallor
 aut haec quoque verba μούσα καὶ σειρήν μία ex tragoedia de-
 sumta sunt. Itidem p. 519 A ex comoedia mihi quaedam super-
 esse videntur, sed paulo plura necessario describenda erunt.
 Riserat poeta nescio quem nimis curiosum:

εἰτά μοι σκάπτων ἔρει

ἔφ' οἷς γεγόνασιν αἱ διαλύσεις· ταῦτα γὰρ
 πολυπραγμονῶν νῦν ὃ κατάρατος περιπατεῖ.

Deinde Plutarchus pergit: οἱ δὲ πολυπράγμονες ὡς ἔωλόν τι
 πρᾶγμα καὶ ψυχρὸν καὶ ἀτράγωδον φεύγοντες τὴν ἀγροικίαν, εἰς
 τὸ δεῖγμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένους ὠθοῦνται· μὴ τι
 καινόν; οὐ γὰρ ἦς πρῶτ' ἀγορὰν; τί οὖν; ἐν ὧραις τρισὶν οἶει
 τὴν πόλιν μετακεκοσμηθῆναι. Quae verba hoc ferme modo redin-
 tegrari poterunt:

A. μὴ (σὺ γε) τι καινόν; B. οὐ γὰρ ἦς πρῶτ' ἀγορὰν;

A. τί οὖν; ἐν ὧραις τρισὶν οἶει τὴν πόλιν (ἴσως)

(ὄλην) μετακεκοσμηθῆναι (? μεταβεβλήθῆναι?)

Tum pauculis quibusdam interiectis sequitur: ἐὰν δ' ἀπαντήσας
 εἶπῃ τις ὅτι οὐδὲν καινόν, ὥσπερ ἀχθόμενος, τί λέγεις; Φησὶν, οὐ
 γέγονας κατ' ἀγορὰν; οὐ παρελήλυθας τὸ στρατήγιον; οὐδὲ τοῖς ἐξ

Ἰταλίας ἦκουσιν ἐντετύχηκας. Quae verba hoc modo versus speciem recuperare poterunt:

ἄνθρωπε, τί λέγεις; οὐ γέγονας σὺ κατ' ἀγοράν;
οὐ(δέ) παρελήλυθας (σὺ) τὸ στρατήγιον;
οὐδ' ἐντετύχηκας τοῖς (ξένοις) ἐξ Ἰταλίας
ἦκουσιν;

Sed totum hoc, fateor, lubricum negotium est.

Ibid. p. 519 D: λόγου τινὸς ἀπορρήτου παρόντος. Omnino malim: παραπεσόντος.

De Cupiditate Divitiarum p. 523 D: μᾶλλον ἐθέλουσι πλουτεῖν καὶ κακοδαιμονοῦντες ἢ μακάριοι γενέσθαι δόντες ἀργύριον. Ex-pungam coniunctionem καί.

Ibid. p. 525 A. Menandri fragmentum est:

Ἄπολλον, ἄνθρωπόν τιν' ἀβλιώτερον
ἐδρακας ἢ ἐρῶντα δυσποτιμώτερον;

Bernardaci non magis in editione contigit tollere molestum hiatus quam in *Mnem.* 1896 p. 391. Mirum sane est neminem vidisse quod ante pedes positum est:

ἐδρακας ἢ γέροντα δυσποτιμώτερον;

Ibid. p. 525 D. Byzantinus quidam qui δύσμορφον γυναῖκα habebat, domi suae aliquando adulterum deprehendit: ὦ ταλαίπωρε, inquit, τίς ἀνάγκη; σαπραγόρα προῖξ. Bernardaces nescio quid molitus est ut corruptis verbis mederetur itaque eum fugit Cobetum in *Mnem.* 1873 p. 380 elegantissime emendavisse: τίς σ' ἀνάγκασεν; ἀμὲν γὰρ ἀ προῖξ. Quod deinde paucis interpositis sequitur: ἐκείνοις ἀνάγκη — δορυφοροῦσι δῶρα πέμπουσι, commendavit Madvigius δορυφόρους ἔχουσι· malim equidem δωροφοροῦσι et expungam: δῶρα πέμπουσι.

Ibid. p. 526 B. Turpe est quod Bernardaces ultro in textum intulit barbaram formam κατεάξας itemque p. 511 C invenio κατεάξαι. Itaque non videtur cognovisse quae Contus doctissime disputavit de genuinis huius verbi formis ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῆ p. 75 sqq.

De Vitioso Pudore p. 528 E: ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν ἀλλὰ πόρνas. Novimus quis ita dixerit, nam locum servavit Longinus de Subl. 4. 5: Φησὶν (ὁ Τίμαιος) ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τό· τὴν ἀνεψιὰν ἐτέρῳ δεδομένην ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἀρπάσαντα ἀπελθεῖν. Ὅτις ἂν ἐποίησεν ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας μὴ πόρνas ἔχων; sed Plutarchus Timaeum non simpliciter τὸν ῥήτορα potuit appellare. Hinc Ruhnkenius ad Rutilium Lupum p. 26 suasit ut Hegesiam Magnetem intelligeremus, cui Plutarchus in Vita Alexandri 3. 3 alium locum tribuit, quem tamen Timaei fuisse novimus Ciceronis testimonio de Nat. Deor. II 27. Equidem non assentior, nam Hegesias non magis quam Timaeus sic simpliciter orator dici potuit. Ὁ ῥήτωρ Demosthenes est et quoniam hic non tam inficete locutus est, sequitur corruptelam nos ludificari. Quod notum arbitror, ῥήτορος nomen apud sequiores longe latius patebat quam apud veteres; posuerat, uti suspicor, Plutarchus ipsum Timaei nomen; deinde id quod Graeculus suprascripserat ῥήτωρ, proprium nomen ex textu expulit. Si bene memini, itidem apud Aeschinem alicubi ῥήτωρ eodem modo suprascriptum fuit et deinde sese in textum insinuavit, sed multum quaerens locum non invenio.

Ibid. p. 528 F: τὴν ὑπὸ τῶν ἀναίσχυντων ἤτταν αἰσχύνῃν ὑποκοριζόμενος. Undenam tandem Bernardaces ὄψιν habet? Certe, quantum video, vocabulum sensu vacat.

Ibid. p. 529 B. Si quod est in agro ἄγριον βλάστημα καὶ ἀγεννές, agricola ἐμβαλὼν τὸ σκαφεῖον ἀνέτρεψε τὴν ῥίζαν ἢ πῦρ προσαγαγὼν ἐπέκαυσεν. Praestat: ἀπέκαυσεν, cf. p. 553 C et 576 F.

Ibid. p. 550 E. Dum haec scribo, identidem Bernardacis editionem inspicio itaque, quod aliter fieri vix potuit, saepe significandum mihi est me eius rationes improbare: etenim quid attinet adnotare venire me μετὰ τὸν Λέσβιον Φιλολόγον? Semel tamen iuvat dicere impense mihi placuisse eximiam Bernardacis coniecturam. Verba sunt Plutarchi: μὴ δυσωποῦ τὸν μισοῦντα μηδ' ὑπέκβαλλε πιεσεῖν δοκοῦντα, sed rectissime emendatur:

ὕπαικαλλε. Sed eiusmodi gemmulae rariores sunt apud eum quam velles.

Ibid. p. 531 D. Qui *δυσωπίας* crimine non tenetur, οὐκ ἔασει μέχρι τούτου προελθεῖν οὐδ' εἰπεῖν [πρὸς] τὸν ἐν ἐκείνοις ἀδυσώπητον· δημοσον ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τὰ ψευδῆ μαρτύρησον. Addita praepositione; uti vides, pessumdatur sententia.

Ibid. p. 534 E: πείθομαι μηδὲν ποιεῖν παράνομον. Inspice locum paulo longiorem et videbis requiri participium ποιῶν.

De se ipsam citra invidiam laudando p. 540 F: Σικιπῶνι δ' εἰπόντι μὴ πρέπειν αὐτοῖς κρίνειν [περὶ Σικιπῶνος] δι' ὃν ἔχουσι τὸ κρίνειν πᾶσιν ἀνθρώποις. Vides quae verba interpolata esse censeam.

Ibid. p. 542 B: μιγνύων ἐμμελέστατα τῷ περὶ αὐτοῦ λόγῳ τὸν περὶ τῶν ἀκούοντων ἔπαινον ἀνεπίφθονον ἐποίει καὶ ἀφίλαυτον. Suppleverim in fine ἐαυτόν.

De sera Numinis vindicta p. 549 A: τίν' Ὀρχομενίαν τοῖς ἀποβαλοῦσι παῖδας — ὑπὸ Λυκίσκου προδοθέντας ἤνεγκε παραμυθίαν ἢ χρόνοις ὕπερον πολλοῖς ἀψαμένη νόσος καὶ κατανεμηθεῖσα τοῦ σώματος ὅσον ἀεὶ βάπτων καὶ βρέχων εἰς τὸν ποταμὸν ἄμοσε καὶ κατηράσατο σαπῆναι, προδόντος αὐτοῦ καὶ ἀδικήσαντος; Wyttenbachius, cuius sunt copiosae et doctae ad hoc opusculum adnotationes, nihil conferre potuit ad fabulae memoriam instaurandam et plane ignoramus quis ille Lyciscus fuerit. Praeterea Bernardaces nescio quem codicem secutus, scripsit id quod dedi; est autem apud Wyttenbachium τὸν σώματος ὅς et post βρέχων additum est τὼ πόδε. De scripturae diversitate neuter quidquam enotavit et versamur in tenebris; mihi prae ceteris displicet illud ἀεὶ et quaero an forte lateat ἀνατεί, sed vel sic locus nondum perpuratus est. Fortasse aliquid lucis aliquando accedet ex iis quae in eodem opusculo leguntur p. 558 E: τῶν ὑπὸ φθίσεως ἢ ὑδέρου διαφθαρέντων τοὺς παῖδας εἰς ὕδωρ τῷ πόδε βρέχοντας καθίζεσθαι κελεύομεν.

Ibid. p. 555 D: καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο φαίη τις ἂν τῷ βίῳ

καὶ τῷ χρόνῳ τῶν πονηρῶν ὑπάρχειν κακόν. *Molesta est particula ἄν· lege: ἐν τῷ βίῳ.* Cf. p. 556 C.

Ibid. p. 557 C: ὁ Ἡρακλῆς ἀνασπάσας τὸν τρίποδα τὸν μαντικὸν εἰς Φενεδὸν ἀπήνευκε. *Bernardaces* omisit adnotare probabilem *Wytttenbachii* correctionem ἀναρπάσας.

Ibid. p. 559 F: γελοῖος ὁ Φάσκων ἄδικον εἶναι τῶν ἰσχυρῶν πονούντων κάειν τὸν ἀντίχειρα καὶ τοῦ ἥπατος ὑπούλου γεγονότος ἀμύσσειν τὸ ἐπιγᾶστριον καὶ τῶν βοῶν ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακίῳσι, προσαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων. *Hic Bernardaces* significat malle ee μαλακίῳσι. Est, fateor, verbum μαλακίῳν consentientibus omnibus τοῦ πονηροῦ κόμματος. Post *Dindorfios* in *Stephani Thesaurō Cobetus* percensuit omnes locos quibus hodie vera forma μαλακίῳν restituenda est, *Mnem.* 1854 p. 306 et 1858 p. 425, sed de *Plutarchi* loco omisit dicere, non quod immemor erat — etenim *Thesaurus* erat ad manus — sed quod de vera lectione restituenda desperabat. Res apparet: bis dixit de *Plutarchi* *Moralibus* multis annis post, nempe *Mnem.* 1873 et in *Collectaneis Criticis*, sed paginam quam dixi 559 semper silentio praeteriit. Esto: auctoritatibus non est disputandum: sed quid tandem erit μαλακίῳν ΕΙΣ τὰς χηλὰς? Deinde deleta praepositione, si forte unguis torpeat — nam frigus est causa τοῦ μαλακίῳν —, num bubulcus inunget extrema cornua? Nimis hoc quidem absurdum est. Conferri iubeo locum quem non magis intelligo, qui locus invenitur apud *Longum* in *Pastoralibus* I 30: οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο βούς νηχόμενος, εἰ μὴ τῶν χηλῶν οἱ ὄνυχες περιπέσοιεν διάβροχοι γενόμενοι, ubi olim conieci verum esse περισπαεῖεν. Sed tutissimum est utrobique manum emendatricem continere, donec philologus exoriatur veterinae artis peritus.

Ibid. p. 564 E: ἐπὶ πᾶσι τιμωρὸς ἀνωτάτω τέτακται τοῖς ἀδικήμασι. *Malo: ἀδικήσασσι.*

Ibid. p. 568 A. *Narrat* *Thespesius* quomodo tanquam ex orco reversus aliquando revixerit: αὐτὸν δ' ὥσπερ ὑπὸ σύριγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ σφῶδρα καὶ βιαίῳ τῷ σώ-

ματι προσπεσεῖν. Displicet fistulae mentio; hinc Wyttenbachio in mentem venit ἀπὸ μηρίνου, quod ne ipsi quidem placebat, quum nimium recederet a vulgatae vestigiis. Bernardaces non sine aliqua dubitatione commendavit ἀπὸ σμήριγγος, quod vix serio coniciere potuit, nam est in paucis absurdum. Nec tamen arduum est verum invenire, nam Plutarchus dedit: ὡς περ ἀπὸ ὕσπληγγος. Nunc quoque Platonis memor fuit, qui scripserat in Phaedro p. 254 A: ὁ ἡνίοχος ὡς περ ἀπὸ ὕσπληγγος ἀναπεσών. Vocabulum praeterea usurpavit p. 588 F, 732 D et 804 E.

De Genio Socratis p. 576 D: ἀπορουμένων δ' ἡμῶν καὶ σκοπούντων. Nonne legendum σιωπῶντων?

Ibid. p. 577 A. De Galaxidori nomine qui verosimiliter Ἀναξίδωρος fuit, dixi ad Xenoph. Hell. III 5. 1 in *Mnem.* 1896 p. 358.

Ibid. p. 581 F: τὰ δ' ὑπὸ σοῦ λελεγμένα καὶ Πολύμνιος οὐ χαλεπὸν ἀνελεῖν. Praestat: ἀναλύειν.

Ibid. p. 583 A: Λῦσις δ' ὅπου γέγονεν ἠγνοεῖτο. Verius est γεγόνειν. Augmentum addere nihil necesse est, cf. Bern. Praef. Vol. I p. LXXIII.

Ibid. p. 585 E: ὅταν ἐκεῖ γενώμεθα loci sententiae repugnat. Intelligo: ὅταν ἀπογενώμεθα.

Ibid. p. 593 E. Athletae postquam ad senectutem pervenerunt ἐτέρους ἀσκούντας δρῶντες ἤδονται καὶ παρακαλοῦσι καὶ συμπαραθέουσι. At hoc ipsum non amplius conceditur. Quod solum possunt, συμπαρακολουθοῦσι.

Ibid. p. 597 F: τοὺς ἄλλους ἀσπασάμενος ἄμ' ἴλεως ἐξέπνευσε. Praefero: μάλ' ἴλεως.

De Exilio p. 599 E: ῥήσων καλὰ τύμπανα. Admodum mihi mirum videtur Bernardacem memoravisse infelicem Meinekii

suspiciunculam qui λάλα coniecit, tacere autem de Cobeto qui in *Mnem.* 1873 docte commendavit correctionem κακά.

Ibid. p. 599 F: ἔσι δὲ καὶ χρώματα λυπηρὰ τῇ ὕψει, πρὸς ἃ γίγνεται τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαραυγεῖν διὰ σκληρότητα καὶ βίαν ἀνίατον. Hoc quidem nimium videtur; satis est ἀνιαρὸν dicere.

Ibid. p. 601 C: ὥσπερ μύρμηκες ἢ μέλιτται μυρμηκιάς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐκπεσόντες. Immo: ἰδίας.

Ibid. p. 600 B: οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν τύχην ἀμυνόμεθα φιλοσοφούντες ἀξίως·

τὸν Δία δὲ πῶς ὕοντα; τὸν βορέαν δὲ πῶς; πῦρ ζητοῦμεν βαλανεῖον ἰμάτιον ζέγην· καὶ γὰρ οὐχ ὕμενοι καθήμεθ' οὐδὲ κλαίομεν. Latent nisi fallor duo senarii: ζητεῖν δὲ πῦρ βαλανεῖον ἰμάτιον ζέγην· alter autem est: οὐχ ὕμενοι καθήμεθ' οὐδὲ κλαίομεν. Kockius quem hoc non fugisse suspicor, ad manus non est; Meinekius tacet, Vol. IV p. 672.

Ibid. p. 603 B: ποία νῆσος οὐκ ἔσι πλατυτέρα τῆς Σκιλλουντίας χώρας ἐν ἣ Ἡεροφῶν μετὰ τὴν στρατείαν τὸ λιπαρὸν εἶδε γῆρας. At Xenophon Scillunte non consenuit: crassus error est quo Plutarchus imprudens implicatur.

Consol. ad uxorem p. 608 B: γεγονότα δ' ἐχέτω ὡς σοι μέλλει — ἀλυπτότατα — ἔξειν demonstrant quid requiram in iis quae mox sequuntur: τοῦτ' ἔσσι δίχα πάσης περιεργίας, nempe ἔσω.

Ibid. p. 609 E: κενὸν καὶ ἀχάριστον πένθος. Nonne praestat ἀχάριστον?

(Continuabuntur).

BABRIANA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



Otto Crusius eximia sua Babrii editione effecit, ut hodie pauci loci merito offendentes supersint aut nondum aut non satis probabiliter correcti tentative.

Neminem hucusque offendisse videntur, quae de pastore, qui lapide cornu capellae fregerat, ita scripta leguntur 3, 6 sqq.

τὴν δ' ἰκέτευε „μή, χίμαιρα συνδούλη,
(πρὸς τοῦ σε Πανός, ὃς νάπας ἐποπτεύει)
τῷ δεσπότη, χίμαιρα, μή με μηνύσῃς·
ἄκων γὰρ ἠύστόχησα τὸν λίθον ῥίψας.

Babrii tamen otiosa vitantis elegantiam desidero in voce *χίμαιρα* sine vi repetita, quare vs. 3tio subdubito num *χίμαιρα* genuinum sit; melius saltem poeta *τάλαινα*, sive τὸν *τάλανα* scripsisset. Nihil tamen novaverim.

10, 4.

τὴν δ' ἐπίσκοπος· δαίμων
ἔς τὰς ἀρούρας τοῦ βλαβόντος ᾠδήγει
τὸ πῦρ φέρουσαν.

Sic Crusius cum Ahrensio pro *βαλόντος*. At Aoristus *ἔβλαβον* mihi incognitus vix satis aptus est. Melius certe dedisset *βλάβοντος* (cod. Parisinus Rochef. explicat *ποινητῆρος*), coll. Q. Smyrn. V 509 et Hom. II. 19, 82, 166. Od. 13, 34. Anacr. 31, 26.

12, 7. Hirundo lusciniam sic alloquitur:

Φιλτάτη, ζώεις;

πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θράκην·

ἀεὶ (πάλαι Nauck) τις ἡμᾶς πικρὸς ἔσχισεν δαίμων·

20 καὶ παρθένοι γὰρ χωρὶς ἤμεν ἀλλήλων.

ἀλλ' ἔλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων·

σύσκηνος ἡμῖν καὶ Φίλη κατοικήσεις,

ἔπου γεωργοῖς, οὐδὲ θηρίοις ἔσεις.

ὑπαιθρον ὕλην λεῖπε καὶ παρ' ἀνθρώποις

15 ὁμώροφόν μοι δῶμα καὶ στέγην οἴκει.

τί σε δροσίζει νῶτον ἐννουχος στίβη

καὶ καῦμα θάλλει; πάντα δ' ἀγρώτην τήκει.

ἄγε δὴ σεαυτὴν σοφὰ λαλοῦσα μήνυσον.

Duos ultimos vs. editor satis feliciter sanavit coniecturis suis ἀγρότιν σ' ἦσει et μὴ σίνου, sed nequaquam mihi quidem persuasit transponens vs. 14 sq. post vs. 18, qua transpositione non tollitur gravis offensio, quae inest eidem sententiae adeo brevi intervallo sine causa idonea repetitae. Equidem hic agnoscere mihi videor duplicem eiusdem loci recensionem. Neutra poeta indigna videtur, sed elegantior altera, quam fortasse praeoptasse est existimandus.

26, 11 ἀνθρωπος οὗτος οὐκέτ' ἐκφοβεῖς ἡμᾶς.

Manifesto errore ita scriptum est pro ἡμᾶς.

27. Γαλήν δόλω τις συλλαβῶν τε καὶ δήσας

ἔπνιγεν ὑδάτων ἐν συναγκίῃ κοίλῃ.

τῆς δ' αὖ λεγούσης „ὥς κακὴν χάριν τίνεις

ὧν ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας,”

„ἐπιμαρτυρῶ σοι”. Φησὶν· κτέ.

Vs. 3 ita scribitur in cod. Athoo, sed in Vaticano est δέ.

Voculae αὖ vix locus est. Verum videtur τῆς δ' οὖν λεγούσης.

28, 4. Ranuncula sic ad matrem de sorore a bove proculcata:

„τέθνηκε, μήτηρ· ἄρτι γὰρ πρὸ τῆς ἄρης

ἦλθεν πάχιστον τετράπου, κτέ.

Neutra Crusii explicatio loco convenit, nec mihi quidem satisfacit Duebneri coniectura ἄρτι πρωίης ἄρης. Ego suspicor:

ἄρτι γὰρ ἀπὸ τῆς χώρης

ἤλθεν κτέ.

scil. *ab agro*, quo sensu saepius *χώρη* usurpat Babrius, velut 26, 1. 33, 15, 20. 37, 4 etc.

30, 5. ἦν δ' ὄψε, χῶ λιθουργὸς οὐκ ἐπεκράκει,
 συνθέμενος αὐτοῖς εἰς τὸν ὄρθρον αὐ δεῖξαι
 ἔλθοῦσα, ὁ δὲ λιθουργὸς εἶδεν ὑπνώσας
 αὐτὸν τὸν Ἑρμῆν ἐν πύλαις ὀνειρείαις.

Quia subiectum idem manet, admodum ineleganter vs. 3 repetita sunt verba ὁ δὲ λιθουργός, quibus vereor ne olim lacuna a librariis expleta sit. Potuit poeta scribere:

ἔλθοῦσιν· <εἶτα νυκτὸς> εἶδεν ὑπνώσας κτέ.

Cf. 63, 6.

29. Γέρων ποθ' ἴππος εἰς ἀλητὸν ἐπράθη,
 ζευχθεὶς δ' ὑπὸ μύλην πᾶσαν ἐσπέρην . . .

Excepto pede primo, nusquam alibi tribrachys apud Babrium ita divisus est: ∪ ∪ ∪ (cf. Crusii nota), sed fortasse haec divisio veniam habet ob praepositionem artissime coniunctam cum substantivo. Magis mihi suspectus est accusativus in hac formula positus pro dativo, qui constanter apparet in locutione ζεύγυσθαι ὑφ' ἄρμασιν, sim. An igitur legendum ὑπὸ μύλη?

33. Δυσμαὶ μὲν ἦσαν Πλειάδων, σπόρου δ' ὦρη,
 καὶ τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεδὺν ῥίψας
 ἐφύλασσεν ἐστῶς· καὶ γὰρ ἄκριτον πλῆθει
 μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων
 ψᾶρές τ' ὄλεθρος σπερμάτων ἀρουραίων.
 τῷ δ' ἠκολούθει σφενδόνην ἔχων κοίλην
 παιδίσκος. οἱ δὲ ψᾶρες ἐκ συνηθείης
 ἤκουον εἰ τὴν σφενδόνην ποτ' ἤτήκει,
 καὶ πρὶν βαλεῖν ἔφευγον κτέ.

Sturni tertium redeunt vs. 15:

οἱ ψᾶρες ἦλθον κἀνέμοντο τὴν χώρην,

ita ut poeta, quos priores commemoravit, *cornices* prorsus oblitus videretur, nisi contra expectationem legeremus vs. 23:

καί τις κολοιῶν εἶπε· Φεύγετ' ἀνθρώπων
γένος πονηρῶν κτέ.

Ambigo utrum hoc componendi vitium ipsi Babrio tribuam an statuam potius in vs. septimo olim fuisse οἱ δ' ὄρνιθες et in decimo quinto ὄρνιθες sive οὐρνιθες, vel potius οἱ δ' αὐτίς ἦλλον (cf. 88, 13), vulgatas autem lectiones esse glossemata. Alii iudicanto.

45, 7 ταῖς μὲν (sc. αἰξί) Φέρων ἔβαλλε θαλλὸν ἐξ ὕλης
τὰς δ' ἰδίᾳς ἀφῆκε μακρὰ λιμώττειν.

Anaclasin (- ∪ = ∪ -) cum editore ut admittam neutiquam mihi persuadet incertissimum exemplum 107, 10, ubi vide quae ipse adnotavit. Coniecturis accedat haec simplicissima:

τὰς δ<έ γ'> ἰδίᾳς ἀφῆκε κτέ.

coll. 59, 10 et 129, 5.

60, 3 „βέβρωκα” Φησὶν „καὶ πέπωκα καὶ πάσης
τροφῆς πέπλησμαι· καιρὸς ἐστὶ μοι θνήσκειν.”

Haec muris in iure pereuntis verba parodiam continent celebratissimi Sardanapali epitaphii. Res adeo manifesta, ut non me primum monere suspicer.

61, 6 τὰ (= ᾗ) τ' εἶχον ἀντέδωκαν.

Apud Babrium huius usus hoc unicum exemplum videtur.

70, 6 μὴ γοῦν ἔθνη που μὴ πόληας ἀνθρώπων
ὑβρις <γ'> ἐπέλθοι, προσγελῶσα τοῖς δήμοις,
ἐπεὶ μετ' αὐτὴν πόλεμος εὐθέως ἦξει.

Eadem de causa, ob quam Crusius recte vs. 2 et 3 maioribus initialibus scribenda curavit Πόλεμος et Ἔβριν, hic quoque idem faciendum fuerat. Personis enim conveniunt ἐπελθεῖν, προσγελᾶν, ἦκειν.

73, 1. Cum falso accentu editur ἴκτινος pro ἰκτίνοσ.

80. Κάμηλον ἠνάγκαζε δεσπότης πίνων
ὄρχεϊσθ' ὑπ' αὐλοῖς κυμβάλοις τε χαλκείοις.

ἢ δ' εἶπ' „ἐμοὶ γένοιτο κἂν ὀδῶ βαίνειν
μὴ καταγέλαστον, μὴ τι πυρρίχην παίξειν.

Quid sibi velit h. l. καὶ in κἂν (cod. κ' ἄν) me latet. Sententiam
requirere arbitror μόνον. Praepositio non est necessaria.

85. Κυσὶν ποτ' ἔχθρη καὶ λύκοις συνειστήκει.
κυῶν δ' Ἀχαιὸς ἠρέθη κυνῶν δήμῳ
στρατηγὸς εἶναι. καὶ μάχης ἐπιστήμων
ἔμελλεν ἐβράδυνεν. οἱ δ' ἐπηπείλουν,
εἰ μὴ προάξῃ τὴν μάχην, ἐνεδρεύσει.

Sic cod. Athous. Crusius cum Lachmanno dedit ἐνεδρεύσειν, quod
cum aperte non sufficiat coniecit ἐΦεδρεύων, quod coll. 44, 2
significare διατρίβων falso contendit. Admodum mihi placet quod
proposuit Haupt:

εἰ μὴ προάξει, τὴν μάχην τ' ἐνεργήσει.

89, 4. Lupus ad agnum:

„σύ τοί με πέρυσι μικρὸς ὢν ἐβλασφήμεις”,

qui respondet:

„ἐγὼ σε πέρυσιν, ὅς <γ'> ἐπ' ἔτος ἐγεννήθην.

Miror ἐπ' ἔτος sine exemplo, quod sciam, dictum pro τῆτες.
Cogitavi de scribendo τόδ' ἔτος, sed dubito.

Vs. 9 θήλη μεθύσκει μέχρι νῦν με μητρώη.

Ne quis forte πιπίσκει suspicetur, conferat 114, 1 μεθύων ἐλαίῳ
λύχνος, A. P. XI 8, 3 al. Praeivit iam Homerus P 390, quem
locum iniuria quondam sollicitavi. Tironum causa moneo.

94, 7 σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ, Φησί, τῶν ἰατρείων
κεφαλὴν λυκείου στόματος ἐξελεῖν σῶην.

Fixii coniecturam Φησὶν ἄντ' ἰατρείων editor improbat. Atta-
men negari non potest absurde dici μισθὸς τῶν ἰατρείων (i. e.
μισθοῦ). Recte saltem dictum esset (μισθὸς) τῆς ἰατρείης, quod
recens manus superscripsit, sed non hanc esse genuinam Babrii
manum vix opus est affirmare. Nec tamen sufficere videtur
Fixiana correctio, quia recte demum se haberet:

σοὶ τοῦτό γ' ἀρκεῖ, Φησὶν, ἄντ' ἰατρείων, κτέ.

98, 10. Futurus socer ad leonem, filiam uxorem petentem :

πρὸς ταῦτα δὴ σκόπησον εἰ γάμου χρῆζεις,
μηδ' ἄγριος θῆρ, ἀλλὰ νυμφίος γίνου.

Quidquid fuit in sequentibus, non dubito quin vs. 10 interpungendum sit σκόπησον· εἰ γ. χρῆζεις. Deinde si nihil post haec excidit, transponi possit μὴ θῆρ ἄγρετος (cf. Ar. Nub. 645, Thesm. 169, Babr. 61, 5). Malim tamen cum Hartungio et Bergkio admittere lacunam. Si incorruptum est νυμφίος (aptum foret κόσμιος), interpretandum „sed gere te, ut prociim decet.”

99. Λέοντι προσπτάς αἰετῶν τις ἐξήτει
κοινωνὸς εἶναι. χῶ λέων „τί κωλύει;”
πρὸς αὐτὸν εἶπεν „ἀλλ' ἐνέχυρον <οὔν> δώσεις
τῶ κυπτέρῳ σου, μὴ μεθίεναι πίστιν.

Haec est libri Vaticani lectio prorsus absurda. Meliorem fortasse celat ἄμετρος Athoi scriptura τῶκύπτερά σου, nam neque singularis numerus τῶκύπτερον (Ahrens) receptus ab editore placet, neque dualis τῶκυπτέρῳ (Rutherford), quo numero Babrius Ionum more non utitur, ferri posse videtur. Num forte poeta dedisse censendus est

τῶκύπτερ' ἐκ σοῦ?

129, 13. Vide infra II sub 9.

133. Ὅνος παλιούρων ἦσθι' ὀξέην χαίτην.
τὸν δ' εἶδ' ἀλώπηξ, ἀρπάσασα δ' εἰρήκει·
„πῶς, οὗτος, ἀπαλῆ κάξανειμένη γλώσση
σκληρὸν μαλάσσεις προσφάγημα καὶ τρώγεις;”

Pro ἀρπάσασα editor recepit Eberhardi coniecturam καγχάσασα, sed etiam dubium videtur plusquamperfectum εἰρήκει pro εἶπεν. Corrigere non dubitarem εἰρώτα, nisi quodammodo tueri videretur vulgatum 46, 8 κατεσκήκει, 125, 4 ἠγγήκει.

135. Πέρδικά τις πριάμενος ἐντρέχειν οἴκῳ
ἀφῆκεν· ἠδέως γὰρ εἶχε τοῦ ζώου.
κάκεινος εὐθύς κλαγγὸν ἐξ ἔθους ἄδων
πᾶσαν κατ' αὐλήν ἄχρι βημάτων ἦει.

Omnem interpretandi licentiam egredi mihi videtur explicatio, qua Crusius significari putat τὰ βήματα τῆς ἐστίας, cuius decimo demum versu fit mentio. Vix igitur dubito quin mendosum sit vocabulum. Fortasse delitescit ἄχρι <τερ>μάτων, usque ad terminos, quaquaversus.

136, 7

ἀνδρῶνα

ὕψηλὸν ἠυδμητὸν ἡλίου πλήρη.

Ita Crusius dedit pro εὐτμητον. At nusquam apud nostrum apparent vocabula ita composita, quare praetulerim:

εὐδμητόν <τε χ>ἡλίου πλήρη.

Nimum distant εὐρύχωρον et εὐρύτοιχον, de quibus ob vs. 10 sqq. cogitaveris. — Vs. 18 mihi quoque venit in mentem (et proposui, ni fallor) σιφλώσων pro τυφλώσων, quod coniecit Polak.

137, 5 „δίκην δ' ἀδικίης" εἶπεν „ἀξίως τίνω."

Usitatius foret ἀξίην, nec tamen substituere hoc ausim.

138. Πέρδικά τις γεωργὸς ὄν τεθηρεύει

θύειν ἔμελλεν ἐσπέρης <τι> δειπνήσων.

Abundare videtur vocula τι, quare malim:

ἐσπέρης <γε> δειπνήσων.

Cf. 107, 4.

Vs. 7 potius suppleverim <ἀλλ' οὖν σ' ἐγὼ δι'> αἰτίην καλῆ<ν θύσ>ω, quam <μᾶλλον> cum editore, cuius reliqua supplementa vera videntur.

143. Huius fabulae initium ex ipso Babrio in Philologo a. 1899, p. 261 protulit Hausmann servatum in codice Grottaferratensi, ubi scriptum est:

αἱ δρῦες ποτὲ εἰς πρόσωπον

quae verba vir doctus, deleto αἱ, ita supplevit:

δρῦες ποτ' εἰς πρόσωπον [ἦλθον — —]

At ita necessarium Iovis nomen in numeros cogere frustra conaberis. Nisi egregie fallor, id ipsum latet sub AI, et scribendum:

ΔII (Δii) δρῦες ποτ' εἰς πρόσωπον <έλθοῦσαι>.

sanum videtur aliud spondei exemplum in clausula $\tau\alpha\acute{\omega}\varsigma$ $\epsilon\acute{\upsilon}\pi\acute{\eta}\lambda\eta\zeta$ 65, 1, ubi nullus dubito quin substituenda sit forma Alexandrina $\tau\alpha\acute{\omicron}\varsigma$, de qua Arcadius p. 37, 1 scribit: $\tau\acute{\omicron}\mu\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\iota\ \tau\alpha\acute{\omicron}\varsigma\ \pi\alpha\rho'\ \text{'}\text{Αλεξανδρεῦσιν ἀντὶ τοῦ τᾰώς}$. Cf. Pollux VI 52. Neque huc pertinet 107, 16 $\acute{\alpha}\nu\tau\iota\zeta\omega\gamma\rho\acute{\eta}\sigma\alpha\varsigma$, siquidem littera ζ apud nostrum (cf. Homericum $\acute{\alpha}\sigma\tau\upsilon\ \zeta\epsilon\lambda\epsilon\acute{\iota}\eta\varsigma$) interdum non facit positionem. Cf. 53, 4 $\Phi\eta\sigma\acute{\iota}\ \text{'}\text{ζωγρήσω}$, 61, 10 $\epsilon\acute{\iota}\chi\epsilon\ \zeta\eta\tau\acute{\eta}\sigma\epsilon\iota$, 95, 29 $\mu\epsilon\ \zeta\eta\tau\acute{\eta}\sigma\eta$, 218 $\pi\epsilon\zeta\acute{\omega}\nu\ \zeta\acute{\omega}\omega\nu$. Restat igitur unica clausula polysyllaba $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\alpha\nu\theta\iota\zeta\acute{\omicron}\sigma\alpha\varsigma$. Permira lectio est $\acute{\omega}\acute{\alpha}\ \chi\rho\upsilon\sigma\acute{\alpha}\ \tau\iota\kappa\tau\acute{\omicron}\sigma\upsilon\sigma\eta\varsigma$ 123, 1, quam tamen stabiliunt tabulae ceratae Assendelftinae.

5) Pedes soluti in omnibus quattuor pedibus primis occurrere possunt:

a) *in pede primo* saepe anapaestus, minus saepe dactylus, raro tribrachys; tribrachys etiam divisus $\cup\cup\cup$, velut 8, 2:

$\pi\acute{\omicron}\tau\epsilon\rho'\ \acute{\alpha}\nu\alpha\beta\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\iota\nu\ \mu\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\nu\ \eta\ \kappa\acute{\alpha}\tau\omega\ \beta\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\iota\nu$,

qualis in nullo alio pede permittitur (? , cf. supra ad 29, 2).

Pro anapaesto potius quam pro tribrachy habeo $\tau\acute{\alpha}\ \kappa\acute{\epsilon}\rho\alpha|\tau\alpha$ 43, 15. Hinc 131, 5 maluit scribere $\pi\rho\delta\ \gamma\acute{\alpha}\rho\ \epsilon\acute{\iota}\alpha\rho\omicron\varsigma$ quam $\acute{\epsilon}\alpha\rho\omicron\varsigma$. Quare 136, 18 malim $\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\beta\alpha\lambda\lambda\epsilon$ pro $\acute{\epsilon}\pi\acute{\epsilon}\beta\alpha\lambda\epsilon$.

Anapaestus in hoc solo pede occurrit, exceptis nominibus propriis, quae quamvis rarissime etiam alibi occurrunt, dactylus etiam in tertio.

b) *in pede secundo* passim legitur tribrachys. Notavi: Praef. I, 11; 5, 8; 6, 2; 7, 12; 13, 5; 24, 2; 36, 9. 10; 40, 1; 43, 4. 6. 10; 46, 2. 4; 51, 5; 57, 3. 12; 59, 14; 64, 1. 5; 65, 1. 5; 67, 2; 78, 5; 79, 6; 85, 1. 11; 88, 2; 89, 4; 91, 2; 92, 85; 95, 5. 64. 85; 97, 1. 19; 102, 1; 103, 12; 104, 7; 106, 14; Praef. II, 7; 108, 10; 111, 7. 18; 112, 1; 115, 9; 117, 2. 3; 119, 5; 121, 1; 123, 1; 124, 9; 125, 1; 128, 6; 129, 21. 25; 134, 1. 4. 16; 135, 9; 136, 1., itaque 60 fere locis.

c) *in pede tertio* tribrachys est aliquanto rarior: 2, 2; 5, 5; 7, 2; 36, 1. 4; 37, 12; 42, 3; 55, 3; 59, 6. 9; 63, 5; 68, 4; 76, 8; 95, 43; 96, 2; 98, 7; 101, 3; 102, 5; 111, 1. 14; 123, 2; 124, 15; 127, 6; 135, 1; 136, 20; i. e. 25 locis,

sed multo frequentior est dactylus, ut I, 10. 16; 4, 2; 7, 13. 16, 9, 4. 5. 6; 11, 2. 11; 12, 18; 13, 1. 2; 15, 7; 17, 3. 5; 20, 5; 21, 1. 2. 9 etc.

d) *in pede quarto* non ita saepe apparet *tribrachys*: Praef. I, 3; 2, 14; 13, 9; 33, 18; 95, 32; 99, 3; 102, 5; 103, 10; 106, 5. 12; 108, 21; 136, 3; 139, 2; 140, 6.

- 6) Raro in uno eodemque versu plures occurrunt versus soluti, semel tres, scil. *anapaestus*, *tribrachys*, *dactylus* deinceps 106, 15:

ὅπερ εἶχεν ὁ λέων νεοδρόμῳ λαβῶν θήρη,

sed nescio an νεοδρόμῳ (cf. νεοπαθῆς Aesch. Eum. 513) sit trisyllabum, ut metrum idem sit quod 40, 1; 43, 5; 70, 2; 98, 9; 106, 15; 129, 21, sc. *anapaestus* et *tribrachys* in pedibus primo et secundo. *Duo tribrachyes* in pede secundo et tertio extant 36, 4; 112, 1; 117, 2, *tribrachys* et *dactylus* in iisdem 43, 10; 59, 14; 67, 2; 74, 10. 12; 85, 8; 129, 25; *duos dactylos* reperies 111, 2; 112, 9; *anapaestum* in primo et *dactylum* in tertio 26, 1; 32, 8; 42, 2; 84, 4; *anapaestum* in primo et *tribrachyn* in quarto 104, 4; 107, 9.

- 7) *Anacalasis* exempla 45, 8 et 107, 10 perquam dubia esse supra animadvertimus.
- 8) Ferraro *metri causa* omissum est augmentum temporale, scil. 95, 47 et 111, 6; numquam syllabicum excepto Plusquamperfecto, quod in sequiore sermone pedestri idem saepe omittit, hoc enim apud Babrium saepius augmento caret quam asciscit.
- 9) Similiter paucissimis locis *metri causa* negligit quas religiose observare solet *positionis* normas Ionicas. Notavi 72, 18 τὸν δ' ἄρ' ἄ τρυγῶν; 93, 3 πάντ' ἄ βληχῶδης; 96 πολλὰ βλασφῆμως, quae sunt versuum clausulae; praeterea in mediis versibus 95, 59 δὲ Φριξ; ὀρίτρόφων, si sana vox, 106, 13; τὲ πρόξενον 108, 23. Propterea nullus dubito quin 129, 13 male edatur e cod. Athoo:

εἰς μέσσον αὐλῆς ἦλθεν ἄμετρα λαπτίζων,

ubi veram lectionem ἦλθ' servavit liber Vaticanus.

Eadem de causa interdum utitur formis epicis, quales sunt χρυσεῖος, χαλκεῖος Proem. I 2. 3, αἰδῶ producta prima vocali Proem. II 16 (in clausulis); ἐκπνείων 129, 22

(item), πόληας 70, 6; βασιλιῆα 95, 87; νομῆα 128, 1; οὐρήεσσιν 129, 24; ἔσσι 77, 7; εἶαρος 131, 5; semel σφέας pro αὐτούς 88, 10; ἀρπάξων 89, 2 (clausula), φύζα 31, 16; 95, 41 al.; sigma duplicat in κύσσων 129, 17; χωρίσσης 12, 21 (clausula), μέσσων 129, 13; τόσση 36, 28, ποσότητα 28, 10; iuxta μόνος et νόσος adhibet μουῖνος (25, 4; 106, 24. 28) et νοῦσος 103, 3; iuxta ὦν ἐὼν 36, 7; 139, 6. Prout metrum postulat, in casibus obliquis substantivi κέρας $\bar{\alpha}$ corripit aut producit. Cf. 37, 8; 43, 5. 12. 15; 59, 9; 84, 1; 91, 4; 112, 3; scribitque τάχιον 45, 4; 127, 7 iuxta θάσσων, θάσσαν 69, 4; 127, 10. Adde Ἑρμείης iuxta Ἑρμῆς v. c. 30, 1; alia.

Rarissima est *synizesis*. De νεοδρόμῳ dixi sub 6. De vocali iota cf. Crusii notas ad 69, 2; 104, 7; 133, 1; 141, 6. *Synizesis* admodum dubia.

Antiquiores choliamborum poetas secutus Babrius usurpare solet formas Ionicas, itaque η ponere pro $\bar{\alpha}$ longo et scribere γίνομαι, γινώσκω, duplex sigma pro duplici tau, alia. Quare mireris discrepantiam in formis Θράκης 18, 4; ἰατρός 75, 1. 11. 15. 21; 120, 4. Cf. 94, 1 ἰατρῶν; 120, 6 ἰατρεύει, (sed vs. 7 ἰήσῃ); 122, 15 ἰατρεύειν; 127, 10 al. πράσση; 127, 5 ἀναπράσση; 134, 14 ἐπειράθην; 137, 3 πράξειν; 139, 6 ἐφωράθῃ; 141, 1 ἐπράθῃ; iuxta κρεῖσσων 9, 9 (cf. 67, 2) legitur κρεῖττων 42, 7; κρεῖττω 73, 4; ἦττων 62, 4, alia numero maiora quam quae cautus criticus sero poetae ausit abiudicare. A numeri *dualis* usu prorsus abstinuit Babrius, et, quod in levi hoc poesis genere magis mireris, a vocabulis *diminutivis*.

- 10) Religiosissime observatur caesura, quae plerumque est semi-quinaria, multo rarius semiseptenaria.

III.

LUSUS BABRIANI.

Ex deperditarum fabularum enarrationibus periphrasticis viri docti maiore minoreve successu ipsos versus Babrianos eruere

conati sunt, imprimis Eberhard et Crusius. Quamvis autem propter mutandi sermonis poetici licentiam paraphrastis propriam eiusmodi restitutiones plerumque sint incertiores, apparet tamen augeri earum probabilitatem, quo propius accedant ad Babriani sermonis artisque proprietatem, religiose observatis severis numerorum legibus, quibus paruisse poetam supra ostendimus.

Tametsi faciliora fere praeripuit mihi illorum virorum sagacitas et industria, pauci tamen loci supersunt, e quibus versus eruere posse videor *maiore quidem ex parte prorsus incertos sed tamen, ut mihi persuadeo, Babrio non indignos.*

145. Διὰ στενῆς [ὁδοῦ] ὤδευεν Ἡρακλῆς <χώρης>, ἐπὶ γῆς δ' ἰδῶν τι <πᾶν> ὁμοιον <ὄν> μήλω

ἐπειρᾶτο συντρίψαι

ὡς δ' εἶδε διπλοῦν γενόμενον

ἔτι μᾶλλον ἐπέβαινε καὶ τῷ ῥοπάλῳ ἔπαιεν. τὸ δὲ Φουσηθὲν εἰς μέγεθος τὴν ὁδὸν ἀπέφραξεν. ὁ δὲ ῥίψας

τὸ ῥοπαλὸν ἴστατ' <ἀργὸς αὐτὸ> θαυμάζων,

Ἄθηνᾶ δὲ αὐτῷ ἐπιφανεῖσα εἶπεν·

πέπαυσο δῆ<τ'>, ἀδελφε, τοῦτο <τὸ ζῶον>

ἔστ' ἰλιονεικία καὶ ἕρις· ἂν τις αὐτὰ καταλείπῃ ἀμάχητον, μένει
εἶον ἦν πρῶτον,

ἐν δὲ ταῖς μάχαις οὕτως οἰδεῖται.

Versuum indicationes et supplementa debentur Crusio, qui e postremis haec elicit:

Ἕρις πέφυκεν· ἦν τις αὐτὸ καλλείπη

ἀμάχητον, <ἐμ>μένει τόθ' εἶον ἦν πρῶτον,

ἐν ταῖς μάχαις δὲ τόνδ' ἐς ὄγκον οἰδεῖται.

In primo versu, quia nullum apud Babrium exemplum est decurtatae praepositionis, fortasse praestat μὲν λείπη, in altero vix recte se habet ἐμμένει dictum pro μένει aut διαμένει. Possis ἀπρόσμαχον, μένει κτέ. Praegressa sic tento:

ὡς δ' εἶδε διπλοῦν γενόμενον, <διπλῆ> μᾶλλον

παίει ξύλω· τὸ δ' εἰς τοσόδ' ἐφουσήθη,

ὥσθ' ὁδὸν ἔφραξε πᾶσαν. Ἡρακλῆς ῥίψας

τὸ ῥοπαλόν, ἴστατ' <ἀργὸς αὐτὸ> θαυμάζων·

<ἀποροῦντι> δ' εἶπεν ἐπιφανεῖσ' Ἀθηναίη· κτέ.

De asyndeto cf. 33, 15. 21; 50, 7. 9; 59, 5; 64, 7; 77, 7; 81, 3; 95, 20, al.

149. Ὡρη θέρους, ὅτε τὸ καῦμα <τῆ> δίψη
λυπεῖ, εἰς μικρὰν

πηγὴν λέων καὶ κάπρος <ἐκ> πιεῖν ἤλθον κτέ.

Priorem versum sic explerem:

Ὡρη θέρους <ποθ'>, ὅτε κτέ.

152. Κόραξ ὑπὸ παγίδος κρατηθεὶς εὔξατο τῷ Ἀπόλλωνι λιβά-
νοτον ἐπιθύσειν. σωθεὶς δὲ τοῦ κινδύνου τῆς ὑποσχέσεως ἐπελάθετο.
πάλιν δὲ ὑφ' ἐτέρης κρατηθεὶς παγίδος ἀφείδεν τὸν Ἀπόλλωνα τῷ
Ἑρμῇ ὑπέσχετο θύσαι. ὃ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη, ὡ κάκιστε, πῶς σοι
πιστεύσω, ὃς τὸν πρότερον σου δεσπότην ἠρνήσω.

Lusi haecce:

Κόραξ παγίδι ποτ' ἐνσχεθεὶς λέγει Φοίβω·

„λιβανωτόν, ἦν σώσης με, σοὶ πολὺν θύσω”,

σωθεὶς δ' ἐπελάθετ' εὐθύ (cf. 126, 5) τὸ χρέος τίειν.

πάλιν δὲ ληφθεὶς ταῦθ' ὑπέσχεθ' Ἑρμείη

ἀφείδεν Ἀπόλλων', ὃ δὲ πρὸς αὐτὸν <ὀχθήσας?>

„πῶς σοί, κάκιστε,” <Φησὶ „τοῦτο” πιστεύσω,

ὃς τὸν πάλαι σου δεσπότην ἀπηρνήσω;”

ultimum versum cum Crusio.

154. Λύκος τῶν λοιπῶν λύκων στρατηγῆσας

νόμους ἔταξε πᾶσιν

ἵνα, εἴ τι ἂν ἕκαστος κυνηγήσῃ, πάντα εἰς μέσον ἄξῃ καὶ μερίδα
ἴσῃν δῶσῃ, ὅπως μὴ οἱ λοιποὶ ἐνδεεῖς ὄντες ἀλλήλων κατεσθίωσι.

ὄνος (λέων Lessing) δὲ παρελθὼν τὴν χαίτην σεισας ἔφη·

„ἦδ' ἐκ Φρενὸς λύκου <μὲν ἦν> κάλη γνώμη κτέ.

Scribere potuit Babrius:

Λύκος τις ἄλλων ποτὲ λύκων στρατηγῆσας

νόμους ἔταξε πᾶσιν, ὃ τι κυνηγήσῃ

ἕκαστος αὐτῶν, συναγαγεῖν τὰδ' εἰς μέσον·

δῶσειν δ' ἐκάστῳ μερίδ' ἴσῃν, ἵν' ἐνδείῃ

λοιπὸν κατεσθίωσι μηκέτ' ἀλλήλους.

157. Μιμηλὸν ἐστὶ φύσει ζῶον ἢ πίθηκος. μία οὖν ἐπὶ τοῦ
αἰγιαλοῦ ἐστῶσα εἶδεν ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς θαλάσσης ἠπλωμένον
καὶ ἠλιαζόμενον δίκτυον. τοῦτο ἄρασα ἐπειρᾶτο εἰς βυθὸν βαλεῖν.
τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ τραχήλου εἰληθὲν εἶλκε τὴν μιμῶν κατὰ τοῦ βυθοῦ·

ἢ δ' ἡλάλαζεν <ἐγγύς ὄντα τοῦ θνήσκειν>
 μηδεὶς ὃ μὴ <κατ>έμαθε μηδὲ ποιείτω,
 quos versus sic explevit editor. Ultimus manifesta factus est ad
 exemplum vetusti versus proverbialis:

ἔρδοι δ' ἕκαστος ἦν τις εἰδείη τέχνην.

Lusi:

Πίθηκος, ἢ πέφυκε πάντα μιμῆσθαι,
 ἐστῶσ' ἐπ' ἀκτῆς * * *
 * * * * * ἐπειράθη (cf. II sub 9 extr.)
 εἰς ἄλλα βαλεῖν τὸ δίκτυον· τὸ δ' εἰλήθη
 περὶ τὸν τράχηλον εἰλέε τ' (s. ἔλκον) εἰς βυθὸν ταύτην.
 ἢ δ' ἡλάλαζεν κτέ.

Vs. 5 cum εἰς βυθὸν cf. 191, 6 εἰς τὸν βυθὸν κατήγεν.

168. Παῖς τις ἀκρίδας θηρεύων καὶ σκορπίον ἤμελλεν ἄραι ὡς
 γένος ἀκρίδος ὄντα. ὃ δὲ τὸ τοῦ παιδὸς ἀπλοῦν ἰδὼν
 τούραιον ἰστάς καὶ τὸ κέντρον ὀξύνας
 εἶπεν· ἄπελθε καὶ σώζου, ὦ παῖ, μὴ κάμῃ θηρεύων καὶ πάσας
 ἄς ἔχεις ἀπολέσῃς.

Crusius proposuit:

Παῖς ἄκρίδας τις <ἐν νάπαισι> θηρεύων
 καὶ σκορπίον λίθοισιν ὃς κατεκρύφθη
 ἤμελλεν ἄραι καθάπερ ἀκρίδων θήρην,
 τὸ δ' ἀπλοῦν ἰδὼν τοῦ παιδὸς

Quae satis placent, nisi quod paraphrasta potius ἀκρίδων εἶδος
 legisse mihi videtur. Sed fortasse etiam praestat:

ἤμελλεν ἄραι, γένος τὸ δ' (vel τι) ἀκρίδος δόξας.

Ultimum versum fortasse sic explere licet:

τὸ δ' ἀπλοῦν ἰδὼν τοῦ παιδὸς, <αὐτὸν οἰκτεῖρων>.

De sequentibus consulatur editor.

177. Ποδῶν χελώνης κατεγέλα <τε> κάργλης
 λαγῶς· ἢ δ' ἔφη πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα·
 „ἔγώ σε τὸν ταχύποδα ποσσὶ νικήσω” κτέ.

Pro vs. secundo, quem praeter neglectam caesuram spondeus
 in sede quinta vitiosum esse evincit, duo fuisse videntur Babriani:

λαγῶς· ἢ δὲ * * * *
 * * πρὸς αὐτὸν εἶπε τοιαῦτα.

In primo vix pro molosso haberi potest *κάρυις*. Fortasse fuit *καὶ βάρδους*, coll. *βαρδύνεις* 110, 4.

182. Τράγος εἰ θέρει σφοδρῶς διψήσας
κατῆλθε κρημνὸν εἰς βαθὺν πιεῖν ὕδωρ.
πιῶν δὲ καὶ χορτασθεὶς οὐκ ἠδύνατο ἀνελθεῖν
καὶ μετενόει <δὴ> καὶ βοηθὸν ἐζήτει.
ἀλώπηξ δὲ τοῦτον ἰδοῦσα ἔφη „ὦ ἀνόητε, εἰ τόσας Φρένας εἶχες,
ὄσας ἐν τῷ πῶγωνι τρίχας, πρότερον
οὐκ ἂν κατῆλθες, πρὶν τιν' ἄνοδον ἐσκέψω.

Tentavi:

Διψῶν τράγος τις σφοδρὰ ποτὲ θέρουσ ὄρη (cl. 24, 1)
κατῆλθε κρημνὸν εἰς βαθὺν πιεῖν ὕδωρ.
κερδῶ δ' ἰδοῦσα τοῦτον ἔλεγεν „εἰ τόσας
Φρένας εἶχες, ὄσας σὸς τρίχας Φέρει πῶγων,
οὐκ ἂν κατῆλθες, πρὶν τιν' ἄνοδον ἐσκέψω.”

184. Ἐπὸ τῶν κακῶν τὰ ἀγαθὰ ἐδιώχθη
ὡς ἀσθενῆ <δὲ πάλιν ἔφευγεν ἐκ γαίης>,
εἰς οὐρανὸν δ' ἀνῆλθε καὶ <δι>ηρώτα
τὸν Δία, κτέ.

Ita Crusius haec digessit proponens pro τὰ ἀγαθὰ τὰ χρηστὰ πάντα, post ὡς ἀσθενῆ supplens quae mihi quidem admodum languida videntur. Nescio an potius verba ὡς ἀσθενῆ non Babrii sint, sed paraphraetae additamentum, quo deleto suspicor:

Ἐπὸ τῶν κακῶν ἔφευγε (s. ποτ' ἔφυγε) τὰ γὰθ' <ἐκ γαίης>,
εἰς οὐρανὸν δ' ἀνῆλθε κτέ.

187. Φυτόν ἦν εἰς γεωργοῦ χώραν καρπὸν μὴ Φέρον, ἀλλὰ μόνον
στρουθῶν καὶ τεττίγων κελαιοδούτων ἦν καταφυγή· ὁ δὲ γεωργὸς
ὡς ἄκαρπον ἐκτεμεῖν ἤμελλε, καὶ δὴ τὸν
πέλεκυν λαβὼν ἐπέφερε
τὴν πληγὴν· κτέ.

Lusi haec:

Φυτόν ἀγρότης ἄκαρπον εἶχεν ἐν χώρῃ,
στρουθῶν τεττίγων τ' ἐν θέρει κάλλ' ἠχούντων
καταφύγιον. τοῦθ' οὗτος ἐκτεμεῖν μέλλων
πέλεκυν λαβὼν ἐπέφερε

188. Φαλακρὸς τις τρίχας ξένας τῆ ἑαυτοῦ κορυφῇ περιθεῖς κτέ.
Fortasse:

Κορυφῇ Φαλακρὸς ἀμφιθεῖς ξένας χαίτας.

189. Φασὶν ὕν καυχωμένην ἀγέλην παιδῶν ἔχουσαν εἰπεῖν τῇ
λεαίνῃ „πόσους παῖδας σὺ γεννᾷς;”
ἢ δ' εἶπεν „ἕνα μὲν, ἀλλὰ γενναῖον”.

Adhibitis dodecasyllabis 189 a. Crusius partim minus recte haec
proposuit:

Φασὶν <λεαίνῃ> σὺν ἄμετρα καυχᾶσθαι
ἀγέλην ἔχουσαν <νεοτόκων μικρῶν> παιδῶν
„πόσους σὺ γεννᾷς” Φησὶν „<ὦ Φίλη>, σκύμνους;
<γελῶσα> δ' εἶπεν (vel δ' ἡ σὺς) „ἕνα μὲν, ἀλλὰ γενναῖον”.

Nam vs. 2 μικρῶν metrum iugulat et vs. 4 non sus loquitur,
sed leaena.

Vs. 2 supplere possis:

ἀγέλην ἔχουσαν <δώδεκ' ἐπὶ μάζοις> παιδῶν.

De ζ non faciente positionem dixi II, sub 4.

Vs. 4^{to} malim:

ἢ δ' εἶπεν <_ > „ἕνα κτέ.

Possis v. c. εἶπε <γαῦρος vel σεμνῶς>.

191. Χερσαῖος <ἦν Cr. Malim ὦν,> μῦς βατράχῳ κακῇ μοίρῃ
ἐφιλιώθη. ὁ δὲ βάτραχος κακῶς βουλευσάμενος τὸν πόδα τοῦ μῦδος
τῷ ἑαυτοῦ ποδὶ συνέδησε. καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς χώρας ἦλθον
οἴτου δειπνήσοντες· ἔπειτα δὲ τῷ χεῖλει τῆς λίμνης πλησιάσαντες
ὁ μὲν βάτραχος τὸν μῦν

εἰς τὸν βυθὸν κατήγεν

(fort. εἰς τὸν βυθὸν κατήγ' ὁ βάτραχος τοῦτον)

αὐτὸς βρυάζων [τῷ] ὕδατι καὶ <αὔθις [malim αὔτις] ἐκκύψας>

τὸ βρεκεκὲξ κόαξ <κόαξ> ἀνακράζων.

ὁ δ' ἄθλιος μῦς ὕδατι

Φυσθηεῖς ἐτεθνήκει· ἐπέπλει δὲ τῷ ὕδατι τοῦ βατράχου συνδεδεμέ-
νος. ἰκτίνος δὲ τοῦτον ἰδὼν τοῖς ὄνυξιν ἤρπασεν·

βάτραχος δὲ δεσμώτης

ἐπηκολούθει δειπνον αὐτὸς ἰκτίνῳ

γενόμενος.

Adnotat ad ultima editor: Fabula magis decurtata quam ut

restituendae periculum facias; plenius Dositheus ἀσκὸς ὁ μῦς
 Φυσηθεὶς ἐκολύμβησα, ὃν κολυμβῶντα νεκρὸν ἰκτίνος πετόμενος
 ἤρπασεν καὶ τῷ αὐτῷ λίμφῳ ὁ βᾶτραχος ἠκολούθησεν. Hic tamen
 adiutus fabulae finem huiusmodi fuisse conicias:

ὁ δ' ἄθλιος μῦς ἔθανεν, εἶτα Φυσηθεὶς
 ἀσκὸς ἐκολύμβησα· τὸν δ' ἰδὼν τις ἰκτίνος
 ὄνουξιν εἶλ' (σ. ἤρπασεν ὄνουξ'), ὁ βᾶτραχος δὲ δεσμώτης
 ἐπηκολούθει δειπνὸν αὐτὸς ἰκτίνῳ.

196. Χῆνες καὶ γέρανοι τὸν αὐτὸν λειμῶνα ἐνέμοντο. ἐπιφανέντων
 δὲ αὐτοῖς θηρευτῶν, οἱ μὲν γέρανοι ἐλαφροὶ ὄντες ἀπέπτησαν καὶ
 διεσώθησαν· αἱ δὲ χῆνες μείνασαι διὰ τὸ βᾶρος τῶν σωματῶν
 συνελήφθησαν.

Possis quidem:

Γεράνοισι χῆνες συνενέμοντο λειμῶνα.
 τούτοις κυνηγοὶ ποτ' ἐφάνησαν ἐξαίφνης·
 γεράνων δ' ἐλαφρῶν εὐθέως ἀποπτάντων,
 χῆνας βᾶρος τῶν σωματῶν ἀποκτείνει.

Sed nescio an paraphrasta solum fabulae maioris argumentum
 tradiderit.

198. Γεωργός τις χρυσίου εὐρῶν ἐν γαλῇ σκάπτων ἔστεφε τὴν
 Γῆν καθ' ἡμέραν, ὡς εὐεργετηθεὶς ὑπ' αὐτῆς. τούτῳ δὲ ἐπιστάσα
 ἡ Τύχη Φησὶν »[ῶ]

οὗτος, τί τῇ Γῇ τὰ μὰ δῶρα προστίθης
 ἄπερ ἐγὼ σοὶ δέδωκα πλουτίσαι βουλομένη σε κτέ.

Ultima sic refinxerim:

οὗτος, τί τῇ Γῇ τὰ μὰ δῶρ' <ἐδωρήσω?>
 ἀγὼ διδοῦσα πλουτίσαι σ' ἐβουλήθην;

Cf. δῶρα δεδωρηται Plat. Polit. p. 274 C. De reliquis vide
 Crusium.

199. Λύκος θεασάμενος αἶγα ἐπὶ τινος κρημνώδους ἄντρου νεμομέ-
 νην ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο ἐφικέσθαι κάτω παρήνει αὐτῇ καταβῆναι
 μὴ καὶ πέσῃ λαθοῦσα, κτέ.

Fortasse:

Λύκος θεωρῶν αἶγά ποτ' ἐπὶ κρημνώδους
 ἄντρου (χώρου σ. τόπου?) νεμομένην — οὐ λαβεῖν γὰρ ἰσχύει —

δολερῶς παραινεῖ κατιέναι κάτω ταύτη,
μὴ καὶ πέση λαθοῦσα.

201. Ὅνος κηπουρῶ δουλεύων ἐπειδὴ ὀλίγα μὲν ἤσθιε, πολλὰ δ' ἐμόχθει, ἤξαστο τῷ Διὶ ὅπως τοῦ κηπουροῦ αὐτὸν ἀπαλλάξῃ καὶ ἐτέρῳ δεσπότη αὐτὸν ἐκδώσει κτέ.

Lusi haec:

Ὅνος γεωργοῦ δοῦλος ὀλίγα βιβρώσκων,
μοχθῶν δὲ πολλά, τῷ Δι' ἤξαστ' — — —,
ὅπως ἐκείνου τ' (γ'?) εὐθέως ἀπαλλάξῃ
ἐτέροις τε (δὲ?) δεσπότησιν αὐτὸν ἐκδώσει.

Post pauca e verbis (ὁ δὲ Ζεὺς παρεσκευάσε) πραθῆναι αὐτὸν εἰς βυρσοδέψην elicio:

εἰς βυρσοδέψην αὐτὸν — ὡπραθῆναι

deinde vero e verbis: βέλτιον ἦν μοι παρὰ τοῖς προτέροις δεσπότησιν μένειν haec:

βέλτιον ἦν μοι παραμένοντι τοῖς πρώτοις,

ut saepius πρῶτος pro πρότερος (ἕκαστος pro ἐκάτερος) Babrium dixisse constat. De reliquis consule editorem.

202. Ἀλώπηξ Φραγμαὺν ἀναβαίνουσα ἐπειδὴ ὀλισθαίνειν ἔμελλεν βάτου ἐπελάβετο πρὸς βοήθειαν κτέ.

Scribere potuit Babrius:

Φραγμαὺς ἀλώπηξ ποτὲ θέλουσ' ὑπερβαίνειν (cum Eberhardo)
βάτων ἐπελάβεθ', ὡς ἔμελλ' ὀλισθαίνειν.

De clausularum assonantia cf. 61, 1 sq., 122, 15 sq.

208 extr. ὁ δὲ (carcinus) μέλλων καταβιβρώσκεισθαι ἔφη, ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὅς θαλάττιος ὦν χερσαῖος ἐβουλήθην γενέσθαι.

Possis:

ὁ δ' εἶφ', ὅτ' οὖν ἤμελλε καταβιβρώσκεισθαι
„δίκαια <δὴ> πέπονθ', ὅς ὦν θαλασσαῖος (cf. 6, 10)
χερσαῖος γενέσθ' ἐβουλήθην.

214, 5. Auceps in negotio suo occupatus imprudens pede calcaverat aspidem. τῆς δ' ὀργισθείσης καὶ δακούσης αὐτὸν ἐκεῖνος

ἤδη λειποψυχῶν ἔλεγε „δύστηνος ἐγώ, ἕτερον γὰρ θηρεῦσαι βουλόμενος αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου ἠγρεύθην εἰς θάνατον.”

Si haec revera e Babrio expressa sunt (dubitavit Crusius), ultima sic in numeros cogere possis:

ὁ δ' ἀσπαίρων (cf. 6, 5. 14. al.)

„δύστηνος (cf. 43, 13), ὅστις ἕτερον” εἶπε „θηρεῦσαι βουλόμενος αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου <κατ?>ἠγρεύθην.

Pro ἀσπαίρων etiam ἐκπνείων coll. 129, 22 conici potest.

217. Σῦς καὶ κύων ἀλλήλοις διελοιδороῦντο.

Crusius proposuit:

Σῦς καὶ κύων ἐλοιδόρησαν ἀλλήλους.

Vitiosa caesura evitari potest scribendo:

Ἐλοιδόρουν σῦς καὶ κύων ποτ' ἀλλήλους.

227. Κύων θηρευτικὸς λέοντα ἰδὼν τοῦτον ἐδίωκεν. ὡς δ' ἐπιστραφεῖς ἐκεῖνος ἐβρυχήσατο, ὁ κύων φοβηθεὶς εἰς τὰ ὀπίσω ἔφυγεν· ἀλώπηξ δὲ θεασαμένη αὐτὸν ἔφη „ὦ κακὴ κεφαλὴ, σὺ λέοντα ἐδίωκες, οὐτινος οὐδὲ τὸν βρυχηθμὸν ὑπήνεγκας;

Ariolor:

Κύων λέοντα ποτ' ἐδίωκε <κλαγγαίνων>, ἐπιστραφεῖς δ' ἐκεῖνος ἐξεβρυχήθη.

ὁ κύων φοβηθεὶς <αὐτὸν εὐθέως> Φεύγει.

τοῦτον δ' ἀλώπηξ τοῖ' ἰδοῦσ' ὄνειδίζει·

„πῶς δὴ διώκειν τὸν λέοντ' ἐτολμήθης,

οὐ μὴδὲ τὸν βρυχηθμὸν ὑπομένειν ἔτλης!”

Sed satis iam lusi, itaque hic subsistam memor Horatiani illius:

Non lusisse pudet, sed non incidere ludum.

DE VARIIS LECTIONIBUS A RUTHERFORDIO E SCHOLIIS ARISTOPHANEIS ERUTIS.

SCRIPSIT

J. VAN IJZEREN.



Notissima res est quaeque neminem, qui paulo accuratius talia observare soleat, latere possit, aliis temporibus apud singulos populos florere solere alias disciplinas. Sic medio hoc saeculo apud solos paene Germanos (nam de nostratibus taceo, ne nimio patriae amori indulgere videar) in honore erat — certe colebatur — studium litterarum Graecarum atque Latinarum. Ingens est numerus virorum doctorum qui tum temporis apud vicinos nostros Transrhenanos alii felicius alii infelicius operam dabant emendandis, explicandis, suo pretio aestimandis scriptoribus veteribus. Pauci vero qui philologi optimo iure dici poterant inveniebantur apud Franco-Gallos, pauciores fortasse apud Britannos. Quae tamen studiorum nostrorum condicio paulatim mutari coepta est, et hodie certe nemo impune potest negligere libros, quos in lucem emittunt viri docti cum Franco-Galli, tum Britanni. Et de illis quidem agere non huius est loci; quanto autem honore ultra Mare Septentrionale floreat philologiae studium, id exempli gratia ex eo potest apparere quod intra quattuor annorum spatium non minus quam tres in Britannia prodierunt editiones fabulae, quae per longos annos neglecta fere iacuerat, Vespas dico Aristophaneas. Quantum praeterea litteris profuerunt iam, prosunt etiam hodie, et posthac multis proderunt vetusti papyri ex felici Aegypti solo ab exploratoribus Britannicis effossi!

Principem locum quisnam inter philologos Britannos obtineat dictu fortasse difficile, meum certe non est dicere; sed si series esset componenda eorum qui huc imprimis sub censum venire deberent, nemo, opinor, locum negaret illi viro docto, de cuius nonnullis suspicionibus me acturum esse profiteretur huius disputationis titulus. In quo quanta sit doctrina, quanta prudentia, quanta sagacitas, id demonstrabunt alii aut demonstrarunt; ego vero plane ridiculus viderer, si laudes canere inciperem viri meo certe praeconio minime indigentis.

Fieri autem non potest, quin late pateat talis viri auctoritas. Atque hac quidem de causa paulo accuratius agere mihi proposui de quodam studiorum genere, in quo, ut statim aperte proloquar, parum feliciter versatus esse mihi videtur. Multum enim vereor, ne, sicut olim et mihi accidit, multi nimis faciles ei praebituri sint aures in quaestione in qua minime sequendum eum esse ducem mihi est persuasum.

Spectat autem haec sententia ad annotationes quas adpersit vir doctissimus libro suo multis nominibus laudando, cui titulus „Scholia Aristophanica Vol. I et II”, in quo hactenus — nam tertium volumen additurum se professus est — ea sola scholia edidit quae in codice Ravennate sunt servata, satis plerumque tenuia neque magni momenti. In quorum textu constituendo acutum profecto plerumque et sagacem se praestitit criticum, nisi quod saepius adhibere neglexit scholia aliorum codicum, Veneti imprimis, quatenus hoc codice nondum satis accurate excusso fieri poterat. Quae si semper adhibuisset, multos locos ratione constituisset longe diversa ab ea qua nunc usus est. E quo genere nonnulla infra citabo.

Addidit deinde Rutherford versionem Anglicam; quod qua de causa fecerit explicat Praef. p. VIII. Melius tamen, opinor, aut omnino versionem omisisset, philologorum crumenae consulens, aut Latine reddidisset scholia; mihi certe sermo Latinus multo aptior esse videtur ad explicandas tales annotationes.

Sed imprimis hic mihi res est cum observationibus quas huic versioni subiecit; in quibus conatur scholiis lucem adferre, ea potissimum usus ratione quam in praefatione his verbis indicat (p. XVIII): „what appears to be flat nonsense, becomes endowed with meaning, so soon as we apprehend that its

author had before him an unrecorded but certain variant" ¹).

Quod in universum dictum quam verissimum est, et semel iterumque quin verum hic viderit Rutherfordius dubitari nequit; sed quod summam attinet, non vereor hanc pronuntiare sententiam, infelicissima hac in re fuisse eius conamina ²). Quod aptius demonstrare non posse mihi videor, quam cuncta fere quae huc pertinent recensendo; qua occasione oblata simul de interpretatione nonnullorum scholiorum quaedam in medium proferam.

Faustis autem ominibus ut pugnam aggrediar cum viro magnae exquisitaeque doctrinae, cui ne proprus impar esse appaream quam maxime vereor, primum tres tractabo locos, ubi lectionem, quam e scholiis ille eruit, in textum poetae restituendam esse censeo. Sunt hi:

Vesp. 61. Locum silentio praeterirem, lectorem ablegans ad editionem carissimi praceptoris mei Van Leeuwen, nisi nondum illum omnes in suas traxisse partes cognovissem. Nempe in

1) Haud aliter olim Hemsterhusius (Praef. Plut. p. XIII): „saepe contingit, tales Grammaticorum interpretationes proponi, quae a receptis scriptorum lectionibus tam longe abeant, ut nullis machinis eo reflecti possint atque adduci: quod, si sedulo fuerit perpensum, sponte homini paulo perspicaciori cogitationem eam subiiciet, aliud quiddam olim exstitisse, cui talis explicatio congruat.”

Peculiari autem disputatione quaedam huius generis collegit O. Lange (Variae lectiones in Schol. Ar. latentes. Dissert. Gryphisw. 1872). Sed hunc quoque saepius multo longius quam par est progressum esse censeo et bene factum quod „hanc materiem non penitus exhausisse videtur”, quae sunt verba Büngeri de Arist. Equitt. Lysistr. Theam. apud Suidam reliquiis p. 12.

2) Absoluta demum hac disputatione et iam typhothetae tradita, in manus meas pervenerunt Zacheri „Kritisch-Grammatische Parerga zu Aristophanes” (Philologus Supplementband VII pagg. 437—530), in qua commentatione vir clarissimus, quo nemo nostris temporibus melius de Scholiis Aristophaneis meritis esse videtur, et alia quaedam tractavit ad poetam eiusque scholiastas pertinentia et de Rutherfordii libro fusius egit (pagg. 408—529). Eandem autem quam ego quaestionem tetigit ibid. pagg. 526—529; lenius autem quam oportet de Rutherfordii suspicionibus indicasse mihi videtur, cum nonnullis prolatis exemplis hanc pronuntiaret sententiam: „Wie man sieht, sind diese Rutherfordischen Beobachtungen vielfach richtig, sicher anregend, aber er geht in der Verfolgung dieses Gesichtspunktes viel zu weit, und, was das schlimmste ist, er lässt sich durch ihn in der kritischen Behandlung der Scholien beeinflussen, während solche Beobachtungen nur die sich von selbst und beiläufig ergebenden Folgerungen aus der kritischen Betrachtung des Ueberlieferten sein müssten.”

editione quam curavit v. d. Starkie (London 1897) hanc repetitam invenio lectionem:

ἡμῖν γὰρ οὐκ ἔστ' οὔτε κάρυ' ἐκ Φορμίδος
 δούλω διαρριπτοῦντε τοῖς θεωμένοις
 οὔθ' Ἑρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,
 οὔδ' αὖθις ἐνασελαγαινόμενος Εὐριπίδης.

Hic autem pro verbo *ἐνασελαγαινόμενος*, quod Hermannii coniecturae debetur, tradita lectio est *ἀνασελαγαινόμενος*. Utrumvis tamen participium ineptum est: verbum enim *ἀνασελαγαίνειν* nullo modo defendi potest, *ἐνασελαγαίνειν* autem ex eorum verborum genere esset, quae cum dativo, non cum accusativo iunguntur, ita ut participium *ἐνασελαγαινόμενος* significatione passiva adhiberi vix potuerit. Praeterea quominus participium retineamus obstat οὐδὲ in initio versus, quod frustra in οὔτε mutavit Blaydes. Ne multa: primam personam numeri pluralis in exemplari suo habuisse scholiastam, qui annotavit *ὄλον κατ' Εὐριπίδην πολλὰ λέξομεν ἀσελγῆ*, observarunt Van Leeuwen et Rutherford; quorum prior versum sic emendat:

οὔδ' αὖθις ἀσελαγανοῦμεν εἰς Εὐριπίδην.

Optime; nam quod hanc lectionem „unmetrical” vocat Starkie, vereor ne nimium indulgeat studio cuncta ad severam normam — quam hodierni reperire sibi visi sunt — diiudicandi. Nostri versus metrum e. g. prorsus idem est atque Ach. 6:

τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.

Cf. et Avv. 843, 1026, Thesm. 647, Ran. 1407, 1462 al.

Pac. 303:

ὦ Πανέλληνες, βοηθήσωμεν, εἴπερ πώποτε,
 τάξεων ἀπαλλαγέντες καὶ κακῶν Φοινικικῶν.

„Adiectivum *Φοινικικός* ad *Φοινικίς* revocari non potest; quare poetam scripsisse suspicatus sum *κακῶν Φοινικίδων*, ut chorus militaria saga exsecrari existimetur.” Haec Meineke (Vind. Ar. p. 43), recte, ut arbitror¹⁾; qui si viveret adhuc et perlegeret Rutherfordii annotationem ad partem scholii *Φοινικίς*

1) Quominus tamen omnem de hac coniectura dubitationem sublatam esse ducamus, obstare videtur adiectivum *κακῶν*, pro quo exspectes potius *μοχθηρῶν* vel eiusmodi aliquid.

χλαμύς πλεμική: „almost certainly implies a reading Φοινικίδων,” statim exclamaret opinor: „delendum istud *almost*.”

Plut. 148. Chremylum Pluti potestatem laudantem sic interrumpit Cario:

Ἔγωγέ τοι διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον

δοῦλος γεγένημαι, διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως.

Hic omnino facio cum Langio (l.l. p. 38) et Rutherfordio, contententibus verba tradita διὰ τὸ μὴ πλουτεῖν ἴσως suspecta esse cum propter repetitum διὰ, tum propter ἴσως pro ὁμοίως adhibitum; e glossemate autem versui praecedenti adscripto esse orta; contra scholion R πρότερον ὦν ἐλεύθερος variam esse lectionem eamque quantocius recipiendam.

Plures sunt loci, ubi sagaci quidem coniectura Rutherford indagavit quid olim scholiastae ante oculos fuerit, minime tamen dubium est — id quod addere plerumque neglexit — quin altera illa lectio sit reicienda. Cuius generis hos collegi locos:

Nubb. 436:

ἀλλὰ σεαυτὸν θαρρῶν παράδος τοῖς ἡμετέροις προπόλοισιν.

Et Venetus ¹⁾ et alii multi codices pro προπόλοισιν metro invito habent προσπόλοισιν; idemque legisse scholiastam, qui praebet glossema πρόσφυξι, post Ernestium observat Rutherford.

Vesp. 1134.

Verba sunt Philocleonis, quem novo vestimento induit filius:

Ἐπειτα παῖδας χρὴ φυτεῦειν καὶ τρέφειν!

ὄθ' οὐτοσί με νῦν ἀποπνίξαι βούλεται.

Interpretem, qui scripsit scholion libri R ὑπὸ κρύους δηλονότι, παρὰ τὴν ὑπόνοιαν, in suo textu legisse ἀποπῆξαι veri simillima est Rutherfordii coniectura; quod tamen verbum loci elegantiam perverteret; multum praeterea vereor ut ἀποπῆξαι τινα attici dixerint pro „frigore aliquem enecare”. Nam alia res est Ran.

1) In quo traditum esse πρόσπολοις ipsis oculis mihi persuasi.

126, ubi de *cicuta* dicitur: εὐθύς γὰρ ἀποπήγνυσι τὰ ἀντικνήμια; neque apte comparari posse mihi videtur Xen. Mem. IV 3 § 8: ἀποπαγησόμεθα ὑπὸ τοῦ ψύχους.

Pac. 63:

ὦ Ζεῦ, τί δρασεῖεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεῶν;
λήσεις σεαυτὸν τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας.

Ad λήσεις annotatur: ἀντὶ τοῦ ἀγνοεῖς τέλεον ἀπολέσας τὰς πόλεις. Scholiastam λήθεις legisse iure observat Rutherford; at neque praesens λήθω Atticae est dialecti, neque haec lectio admitteret participium ἐκκοκκίσας, pro quo requireretur ἐκκοκκίζων.

Pac. 92:

ποῖ δῆτ' ἄλλως μετεωροκοπεῖς;

Scholii περὶ τὰ μετέωρα πέτει auctorem ante oculos habuisse μετεωροποτεῖς recte, ut videtur, iudicat Rutherford; vulgatam tamen lectionem, pro qua μετεωροπολεῖς coniecit Blaydes coll. Hesych. s. v. μετεωροπολῶν, omnino retinendam esse testatur Equitum versus 830: τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίξεις. Cf. μετεωροκόπος Plat. Rep. 488e (cod. -σκόπος, em. Porson), quaeque de hisce verbis scripsit Cobet Mnemos. 1873 p. 118 et 130.

Avγ. 944. Σπολάδι a Pithetaero accepta poeta esuriens non contentus sic canere incipit:

νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις
ἀλᾶται Στράτων,
ὅς ὑΦαντοδόνητον ἔσθος οὐ πέπαται.
ἀκλεῆς δ' ἔβα σπολὰς ἄνευ χίτωνος.

Schol. R ἀκλεῆς δ' ἔβα] ἢ σπολὰς ἄνευ χίτωνος. Recte Rutherford annotat: „Wether the words σπολὰς ἄνευ χίτωνος are genuine or no, certainly the writer of this note did not find them in his text.” Verba quin genuina sint non dubito — nam qui poterant salva sententia omitti? — sed scholion ortum est e verbis olim additis in margine alicuius exemplaris, in quo casu interierant.

Thesm. 291. Mnesilochi Thesmophoria celebrantis preces sunt:

καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρον ἀνδρὸς μοι τυχεῖν ¹⁾
 πλουτοῦντος, ἄλλως τ' ἡλιθίου κάβελτέρου·
 καὶ πρὸς θάληκον νοῦν ἔχειν μοι καὶ Φρένας.

Hic scholion est: τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πρόσθην αὐτὸ συνέθηκεν. ἀντὶ τοῦ καταρεφῆ τὸν νοῦν μου ποιήσον. Priorem annotationis partem referendam esse ad lectionem ποσθάλισκον pro πρὸς θάληκον, quod — mirum dictu — in textu retinuit Bergk, optimo iure statuit Dindorf; ποσθάληκον edidit Fritzschius. Alteram autem partem spectare ad lectionem quae in Veneta editione anni 1538 servata est: καὶ πρὸς Φαλλικὸν νοῦν ἔχειν με ²⁾, recte observasse videtur Rutherford; quod tamen vel ipsis versus numeris damnatur.

Thesm. 1031. Mnesilochus Euripidis Andromedam his verbis παρῳδεῖ:

ὄρᾳς; οὐ χοροῖσιν, οὐδ'
 ὕφ' ἡλικῶν νεανίδων
 ψήφων κημὸν ἔστηκ' ἔχουσ',
 ἀλλ' ἐν πυκνοῖς δεσμοῖσιν ἐμπεπλεγμένη
 κήτει βορὰ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι.

Omisso vocabulo ψήφων et pro eo lacunae signo posito Dindorfius (in Poet. Scen.³⁾ annotat: „Scholiasta, παρὰ τὴν ξιφοθήκην (corrige ψηφοθήκην). οὐ δικάζω, Φησὶν δὲ γέρων.” Cuius rationem me omnino non intellegere ingenue fateor; nam quomodo illud παρὰ τὴν ψηφοθήκην interpretabatur Dindorfius? Quanto melius Rutherfordius scholion sic edidit: ψηφοθήκην] παρὰ τὸ ξιφοθήκην· οὐ δικάζω, Φησὶν δὲ γέρων, deinde annotavit: „The variant ψηφοθήκην is evidently implied. It was originally itself adscript to κημὸν.”

1) Malui hic dare lectionem codicum quamvis corruptam quam id quod proposuit Scaliger: καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον ἀνδρὸς μοι τυχεῖν, in qua lectione me offendit articulus τῆς omissus; καὶ τοῦ θυγατρίου χοῖρον ἀνδρὸς μοι τυχεῖν dedit Meineke, in quibus desidero articulum τὸν. Scholiasta autem annotavit: ὡς τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κατ' ἐπίκλησιν οὕτω καλουμένης, οἷον βοίδιον ἢ χρύσιον ἢ μύρτιον (sic Dindorf, μύρτον R) ἴσως δὲ <εἰς add. Rutherford.> τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον αἰνίττεται. Quem legisse: καὶ τὴν θυγατέρα χοίριον ἀνδρὸς μοι τυχεῖν non sine veri specie coniecerunt Fritzsche et Enger; quae tamen lectio quo minus probetur et alia multa obstant et verborum collocatio ingratiissima.

2) Ipsa tamen illa editio habet μοι, non με.

Thesm. 1170. Chorus Euripidi se adfuturum promittit:

τὰ μὲν παρ' ἡμῶν ἴσθι σοι πεπεισμένα,
τὸν βάρβαρον δὲ τοῦτον αὐτὸς πεῖθε σύ.

Schol.: ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ πεπείσμεθα. Recte Rutherford: „This note appears to involve a reading ἐστὶ for ἴσθι.”

Ran. 988. Post lepidos versus quibus Bacchus exposuit quam anxie Athenienses, postquam e fabulis Euripideis uxoribus suis diffidere didicerunt, res domesticas curare soleant, haec addit:

τέως δ' ἀβελτερώτατοι
κεχηνότες Μαρμάκυβοι
Μελιτίδαι καθήντο.

Schol. R, quod primus edidit Martin ¹⁾: ἕως ἄρτι μωροὶ ἦτε. Non iniuria huic scholio subesse lectionem alteram καθήσθε contendit Rutherford; quae tamen reicienda est, nam etiam in praecedentibus spectatores non alloquitur Bacchus, sed his utitur verbis: νῦν γοῦν Ἀθηναίων ἅπας τις κτέ.

Eccl. 121. Assentior Rutherfordio scholion sic edenti: περιθου] περιθες, et annotanti: „The m.ss. still retain an indication of this variant in the text in the accentuation περιδου” (pro περιδοῦ).

Plut. 488. Schol. χρῆ λέγειν ὑμᾶς ἀντιλέγοντας. Scholiastam legisse:

ἀλλ' ἤδη χρῆν τι λέγειν ὑμᾶς σοφὸν ᾧ νικήσετε τινδι
ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντας

pro ἀντιλέγοντες praeunte Hemsterhusio observat Rutherford; optime tamen ille addit: „in priore scriptura facilius est orationis cursus.”

Iam transeo ad praelongam seriem versuum, in quibus frustra variam aliquam lectionem e scholiis eruere conatus esse mihi videtur Rutherford. Ne autem nimium taedium moveam lectori cunctos deinceps enumerans, in certa quaedam genera eos dividam.

1) Les Scolies du Manuscrit d'Aristophane à Ravenne. Etude et collation par M. Albert Martin. Paris 1882.

I.

Primo igitur parum caute egisse mihi videtur Rutherford nonnullis locis, ubi in scholio ab ipso correcto varietatem lectionis deprehendere sibi visus est. Cuius generis hae sunt eius suspiciones:

Schol. Acharn. 95. Ravennatis scholion hoc est: *ναύφρακτον] ναύσταθμον, ὡς περιβλέποντος ἐν κύκλῳ τοῦ πρεσβευτοῦ καὶ ἀξιωματικῶς εἰσιόντος. τινὲς δὲ ναύφρακτον τὴν ἐν ναυσὶ στρατιάν. οἶον οὖν στρατιάν βλέπεις ὄλην, ἢ ναῦν ἀκρωτήριον κάμπτουσαν· ἐπειδὴ δεδοκότες οἱ ἐμπλέοντες ὅταν ὥσι πλησίον τῆς γῆς, ἡρέμα καὶ ἐπιστημόνως ἰθύνουσι, μὴ προσπταίσωσι τῇ γῆ. ἔξεισι τερατώδης τις γελοῖως ἐσκευασμένος καὶ ὀφθαλμὸν ἔχων ἕνα ἐπὶ παντὸς τοῦ προσώπου.*

Minime ego is sum qui contendam haec ita ut ad nos pervenerunt ab ipsis interpretibus scripta esse, nam trium scholiastarum superesse videntur explicationes, quarum secunda incipit a verbis *τινὲς δέ*, tertia ab *ἔξεισι τερατώδης κτ.*; sed unum confidenter dico: non licet haec edere sicut edidit Rutherford:

I. *πρὸς* (?) *κτλ.] ὡς περιβλέποντος ἐν κύκλῳ τοῦ πρεσβευτοῦ καὶ ἀξιωματικῶς ἰόντος* — quae verba respiciant „some absurdity of reading, like *ναυρὸν* or *ναῦρα περιβλέπεις*, to which the key may be got from Hesychius, *ναῦρα ἢ ναυρὸν] ὄγκος.*”

II. *πρὸς τὸν νεῶνα κ.τ.λ.] ἐπειδὴ δεδοκότες οἱ ἐμπλέοντες ὅταν ὥσι πλησίον τῆς γῆς ἡρέμα καὶ ἐπιστημόνως ἰθύνουσι, μὴ προσπταίσωσι τῇ γῆ.* — Haec munita sunt annotatione: „the general sense almost involves the reading *πρὸς τὸν νεῶνα* for *πρὸς τῶν θεῶν*, while the *ἡρέμα* would suggest *νωθῶς* and the *ἐπιστημόνως* tempt us to think of — *φραστο* —:

ΠΡΟCTONNEΩNANΩΘPΩC

ΦPACTON.

In such cases metre had best be left unconsidered.”

III. (?)] *ναῦν ἀκρωτήριον κάμπτουσαν.* Ad quae annotatum est: „part of the variant which gave rise to it may or may not be got from Hesychius: *βάκτος] λῶφος.*”

IV. *ναύφρακτον] ναύσταθμον.*

V. *ναύφρακτον] τὴν ἐν ναυσὶ στρατιάν· οἶον οὖν στρατιάν βλέπεις ὄλην.*

Schol. Equitt. 138. Scholion apud Dübnerum sic est editum: *δέον ἦν καὶ εἰμαρμένον*. Quod explicandis vocabulis *ἦν χρεών* in versu

*τὸν προβατοπώλην ἦν ἄρ' ἀπολέσθαι χρεών
ὑπὸ βυρσοπώλου*

mihi quidem satis aptum videtur; Rutherfordius vero hanc pro vera vendit lectionem: *ἦν χρεών] δέον ἦν. || χρεώ] <χρεῶ τὸ> εἰμαρμένον*; deinde alios olim *χρεῶ* pro *χρεών* legisse suspicatur, quae omnia velut e nubibus suspensa sunt.

Schol. Vesp. 617. Longioris annotationis haec supersunt frustula: *οὔτος ὁ ὄνος (οἶνος R) κεχηνός*, quae ita decurtata sunt, ut emendandi vix ulla sit spes, nisi alii succurrant codices; *κεχηνός* autem utique in *κεχηνώς* mutandum est, quae vox fuit lemma alterius partis annotationis. Nimis vero audacter haec sic refingit Rutherford: *οὔτος] ὁ ὄνος. || κεχηνώς] <γράφεται καὶ> κεχηνός*.

Schol. Pac. 1. In versu Aristophaneo

αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρω

ὡς τάχιστα in *ὡς τάχος τῷ* mutarunt Kiehl et Richter. Scholii autem pars est *ὡς τάχιστα] ἢ τάχος ἢ διὰ ταχέων*, quae misere decurtata esse videntur¹⁾; nullo vero iure Rutherford haec rescripsit: *<γράφεται καὶ> ἢ τάχος ἢ διὰ τάχους*.

Pac. 193 sq. Versus sunt:

ὦ γλίσχρων, ὄρῃς,

ὡς οὐκέτ' εἶναι σοι δοκῶ μιαιώτατος;

Scholion quod vulgo sic ad vs. 194 adscriptum legitur: *ὡς οὐκέτ' εἶναι σοι δοκῶ] ὅτι φιλοτίμως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβην*, sic mutatum ad versum 193 rettulit Rutherford: *γλίσχρως] ἀντὶ τοῦ φιλοτίμως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβην*; deinde apud Aristophanem legendum esse coniecit *ὦ γλίσχρως· ὄρῃς κ.τ.λ.*; quae omnia mihi non solum, sicut viro clarissimo Van Herwerden, peringeniosa, sed etiam nimis ingeniosa videntur. Quid enim obstat

1) Neque hoc statuere necessarium est, dummodo sumamus scholiastam scripsisse *ὡς τάχος ἢ διὰ ταχέων*; quam coniecturam benigne mecum communicat v. cl. Van Leeuwen.

quo minus versibus citatis addita sit explicatio *ὅτι Φιλοτίμως εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβην*, i. e.: „viden, quam gloriose in caelum adscenderim”? Deinde in lectione proposita mirum quantum me quidem offendit istud *ῶ*.

Schol. Pac. 940. Ad versus

ὡς πάνθ' ὄσ' ἂν θεὸς θέλῃ χῆ τύχη κατορθοῖ¹⁾
χωρεῖ κατὰ νοῦν, ἕτερον δ' ἐτέρῳ
τούτων κατὰ καιρὸν ἀπαντᾷ,

in Veneto extat scholion: *ἄλλως ἄλλῳ κατὰ τύχην ἀποβαίνει τὰ πράγματα*. Scholiastam igitur *ἕτερον δ' ἐτέρως* aut *ἐτέρως δ' ἕτερον* legisse putat v. cl. van Herwerden. Quod mihi quidem persuasum non est, neque fortasse huius est loci; sed nolui hinc divellere scholion: *ἀπὸ τούτων γὰρ κατὰδηλον ἔστιν, εἴ γε χρῆ τεκμαίρεσθαι τοῖς παροῦσι*, quod huc refert Rutherford, simul suspicatus alios hoc versu cum vs. 942 coniuncto legisse:

ἕτερον δ' ἐτέρως ? κατὰ καιρὸν, ἀπ' αὐτῶν ὡς αὐτὰ
ἄλλὰ γ' ἔσθ' ?

Quae omnia veri dissimillima; nam quidni cum prioribus editoribus scholion ad unum versum 942 pertinere censeamus, cui explicando optime adhiberi possit. *Τὰ παρόντα* sunt res ad sacrificium pertinentes, quae in scena adsunt.

Schol. Pac. 986. Ad versum

τούτων σὺ ποίει μηδὲν ἔθ' ἡμᾶς,

Ravennas hanc praebet *παράφρασιν*: *μὴ κατὰ ταυτοῦ δλίγον χρόνον ποιήσης ἡμᾶς ἀπολαῦσαι σου*. Rutherford autem *ταυτοῦ* in *ταύτων* mutat, dein alios pro *τούτων* legisse *ταύτων* annotat; quod haud necessarium, nam hoc quoque scholion libera est sententiae paraphrasis. Omnino autem reiicienda esset haec lectio; vix enim ferenda sunt coniuncta ista *ταύτων . . . μηδέν*.

Schol. Avv. 180 et 184. Verbis *ὀρνίθων πόλος* quid sibi voluerit sic explicat Pithetaerus:

ὥσπερ εἰ λέγοις²⁾ τόπος.

ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται

1) In altera huius commentationis parte hunc locum denuo tangam.

2) Sic Cobetus, *ὥσπερ εἶποι τις* codices.

ἄπαντα διὰ τούτου, καλεῖται νῦν πόλος.
 ἦν δ' οἰκίσγητε τοῦτο καὶ Φράξηθ' ἄπαξ,
 ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις.

Ad versum 180 annotatur: ὑπετυμολογεῖν βούλεται τὸν πόλον. Pro τὸν πόλον Rutherford rescripsit τὸ πόλις; deinde suo ipsius invento — nimis, ut opinor, incerto! — utitur ad probandam opinionem pro τόπος legendum esse πόλις. Quid deinde eum moverit, ut huc referret scholion ad vs. 184: ἔπαιξε παρὰ τὸ πόλος σχηματίσας τὴν πόλιν, quo verba „ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις” optime illustrantur, id ne coniectura quidem assequi possum.

Schol. Avv. 1091. In versibus quibus beatam praedicat suam ipsius vitam chorus, haec legimus:

οὐδ' αὖ θερμὴ πνίγους ἡμᾶς
 ἀκτίς τηλαυγῆς θάλπει.

Ad quae annotatum est: τινὲς τὸ πνίγους κατὰ γενικὴν Φασιν, ἵνα ἤ οὐδ' ἐν θέρους θερμασίαι ἐπικεῖνται ἡμῖν. Ex corruptis his verbis apparere scholiastam πνίγους' pro πνίγους legendum esse, certatim observatum est; quae lectio Blaydesio quoque in mentem venerat. At mihi quidem parum recte haec dicta videntur: „neque aestus late fulgentes radii suffocantes nos urunt”; nonne enim dicendum esset potius: „urentes nos suffocant”? Sed agendum mihi est de scholio. Satis igitur infeliciter, ut mihi videtur, Rutherfordius edidit: <γραπτέον θέρμη>, ἵνα ἤ „οὐδὲ ἐν θέρους θερμασίᾳ ἐπικεῖνται ἡμῖν”, ita ut deinde nova sequatur annotatio haec: πνίγους'] τινὲς τὸ πνίγους κατὰ γενικὴν Φασιν; priora autem sic vertit: „we should write θέρμη to make the sense, „Nor do they (men) oppress us in the heat of summer.” Unde tamen illud „men” desumpserit non addit. — Quanto leviore mutatione Dobraeus in scholio rescripsit: ἵνα ἤ οὐδὲ ἢ θέρους θερμασία ἐπικεῖται ἡμῖν! Sed nonne propius etiam accedit ad lectionem traditam: οὐδ' αἱ θέρους θερμασίαι ἐπικεῖνται ἡμῖν?

Schol. Lysistr. 34. πρὸς τὸ Λακεδαιμονίους ἀπήντησεν R; quod olim edebatur: πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπήντησεν, apte, ut censeo, ad illustrandum versum:

βέλτιστα τοίνυν μηκέτ' εἶναι νῆ Δία,

quo Callonice interrumpit Lysistratae verba:

ὡς ἔστ' ἐν ἡμῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα,
ἢ μηκέτ' εἶναι μήτε Πελοποννησίους.

Rutherfordius tamen scholion sic rescribit: πρὸς τὸ Λακεδαιμόνας ἀπήντησεν, annotans: „a variant τοὺς Λακεδαιμόνας for Πελοποννησίους in l. 33 seems implied here.”

Schol. Lysistr. 45. Κιμβερικὰ ἢ Κιμβερινα, ὡς Ταραντίνα, εἶδος ἐνδύματος, ἀπὸ τόπου. Iustane est causa Κιμβερινα in Κιμβερινα mutandi (quod iam Dübnerus proposuit) et annotandi: „Probably implies a reading ὀρθόσταδα (pro ὀρθοστάδια) also”?

Schol. Lysistr. 519. Lysistrata in scena narrat, qualia responsa a marito accipere solita fuerit, interrogans eum de iis quae consulissent senatus populusque:

ὃ δέ μ' εὐθύς ὑποβλέψας ἂν ἔφασκ', εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσω,
ὄτοτύξεσθαι μακρὰ τὴν κεφαλὴν· „πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει.”

Scholion sic a Dübnero editum est: εἰ μὴ εὐρεθείης, Φησὶ, νήουσα τὸν στήμονα. (τὸ δὲ νήσω) ἀντὶ τοῦ νήσεις. Quanto imprudentius Rutherford: εἰ μὴ τὸν στήμονα νήσεις] εἰ μὴ εὐρεθείης, Φησὶ, νήουσα τὸν στήμονα. || εἰ μὴ κ.τ.λ. ἀντὶ τοῦ < > ἀνήσεις; qui annotat: „There is probably a variant implied — εἰ μὴ τὰ στήνι' ἀνήσεις(?)”. Nimium profecto tribuit vitiosae Ravennatis lectioni ἀνήσεις pro νήσεις; quam si, ut priores editores fecerunt, neglegimus, scholion nil significat nisi: „prima persona νήσω hic usurpata est pro secunda quae expectabatur νήσεις.”

Schol. Lysistr. 590. Pulcherrimum et notissimum illud σίγα, μὴ μνησικακίης sic explicatur: ἀντὶ τοῦ μὴ μνησθῆς τῶν κακῶν, λέγουσα ὅτι τοὺς παῖδας ἔτι νεωτέρους ὄντας ἐκπέμπουσιν εἰς πόλεμον. In quo scholio verba ἔτι νεωτέρους ὄντας ideo adhibita sunt, ut magis etiam appareat quantopere mulieribus bella cordi sint, ἐκπεμφάσαις παῖδας ὀπλίτας. Quod neglegens Rutherford scholion sic edidit: ἐκπέμψασαι παῖδας ὀπλοτέρους] ὅτι τοὺς παῖδας ἔτι νεωτέρους ὄντας ἐκπέμπουσιν εἰς πόλεμον. || μὴ μνησικακίης] ἀντὶ τοῦ μὴ μνησθῆς τῶν κακῶν λέγουσα, addita annotatione: „It is more likely than not that a variant ὀπλοτέρους is implied.” Quae verba si satis intellego, suspicatur fuisse qui in versu:

πρώτιστον μὲν γε τεκοῦσαι,
 κάκπέμψασαι παῖδας ὀπλίτας
 pro ὀπλίτας legerent ὀπλοτέρους.

Schol. Lysistr. 1133. Ad vocabula:

πόσους
 εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι;
 schol. Rav. est: εἰς δέον ἐστὶ μὴ μακρολογεῖν, quod olim edebatur: εἰ δέον ἐστὶ μοι μακρολογεῖν, dubito num recte ¹⁾, sed multo certe haec lenior est coniectura, quam ea qua scholii verba restituere sibi visus est Rutherford, qui haec sic edidit: εἴ με μηκύνειν δέον] <εἰ> εἰς δέον ἐστὶ μηκύνειν]. || μηκύνειν] μακρολογεῖν. Qui deinde nimia mehercle cum fiducia addidit: „The only certainty here is that the reading δέον is indicated. Perhaps the note originally ran δέον] ἀντὶ τοῦ εἰς δέον ἐστίν.”

Schol. Thesm. 373. Satis mirari non possum Rutherfordium scholii ἐπιστάτης ἐστὶν ἢ Τιμόκλεια. ἀρχὴ δέ τις ἐστὶν ἐπιστάτης, ἣτις ἀνισταμένη συμβουλεύει περὶ πολέμου ἢ ²⁾ εἰρήνης ἢ περὶ ἄλλου τινός partem alteram delentem, et ad priorum vocabulorum versionem annotantem: „The words that follow are perhaps meant for a note on a reading Τιμόκλει' ἐπιστάτης” (pro Τιμόκλει' ἐπεστάτει)”. Me certe in toto hoc scholio nihil omnino offendit: scholiasta Aristophanis verba Τιμόκλει' ἐπεστάτει interpretatus per „Timoclea ἐπιστάτης est”, addit quaedam de ficti huius magistratus muneribus.

II.

Venio nunc ad paucos locos, ubi scholia aliorum codicum Rutherfordium meliora docere potuerant. Quales sunt hi loci:

Schol. Nubb. 591. Ad priorem partem versus

ἦν Κλέωνα τὸν λάρων δώρων ἐλόντες καὶ κλοπῆς

1) Fortasse enim verba tradita sic possunt explicari: „oportet me non diutius quam necesse est verba facere”, ita ut totam haec potius respiciant sententiam.

2) Vocula ἦ in codice omissa e Suida suppletur.

in Ravennate annotatur: *καὶ μὴν ὡς μετὰ θάνατον Κλέωνος φαίνεται γεγραφῶς τὸ δράμα· ὅπου γε τοῦ Μαρικᾶ Εὐπόλιδος μνησκται, ὃς ἐδιδάχθη καθ' Ἐπερβόλου μετὰ τὸν Κλέωνος θάνατον· ταῦτα δὲ ὡς ἔτι ζῶντος Κλέωνος λέγεται.* Scholii partem priorem interiisse apparet ex iis quae in aliis codicibus praecedunt: *ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν προτέρων Νεφελῶν. τότε γὰρ ἔζη ὁ Κλέων. ἐπὶ δὲ τούτων τέθνηκε. καὶ γὰρ Εὐπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησεν.* — Cuius rei oblitus Rutherfordius haesit in verbis *καὶ μὴν*. Quaesivit igitur lectionem cui ea adaptari possent, nec tamen facile invenit; tandem *καὶ μὴν* in *καὶ ἦν* mutandum esse suspicatus est, inserviisse autem hanc annotationunculam explicandae alteri lectioni *κᾶν* vel *κῆν* pro *ἦν*! Verbum non amplius addam! ¹⁾)

Schol. Nubb. 994. Versus est:

καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο τε μὴδὲν κτέ.

Scholii Ravennatis *ἀπαίδευτα ποιεῖν παρὰ τοὺς αὐτοῦ* (sic) *γονέας* priora vocabula explicant verbum *σκαιουργεῖν*, ulteriora novum efficiunt lemma, ad quod in aliis codicibus annotatur: *ἀντὶ τοῦ μὴ παρὰ γνώμην τῶν σῶν γονέων*. Tenendum enim est codices R V alios pro *περὶ* in textu habere *παρὰ* ²⁾); nullo igitur iure Rutherford: „The words *παρὰ τοὺς αὐτοῦ γονέας* appended to this glossema may represent a variant for *παρὰ τοὺς σαυτοῦ γονέας* of the text.”

Schol. Nubb. 1235. Haec Strepsiadem exclamantem facit poeta:

νῆ Δία

κᾶν προσκαταθείην γ' ὥστ' ὀμῶσαι τριώβολον.

Schol. R: *τοῦτ' ἐστὶ καὶ ζημιωθῆναι τρεῖς ὀβολοὺς ἵνα ἐπιτρέψῃς μοι ὀμῶσαι τοὺς θεοὺς κτέ.* Alii codices pro *ζημιωθῆναι* habent *ζημιωθείην ἂν*, ita ut mihi quidem veri sit similis librarium qui descripsit Ravennatis scholia errasse quam scho-

1) Addenda tamen fortasse nonnulla sunt in ipso scholio; suspiceris enim haec sic fere esse supplenda: *καὶ μὴν <δῆλον ἐκ τῶν ἄνω> ὡς μετὰ θάνατον Κλέωνος κτέ.* (V. L.).

2) Cf. quae annotavi in libello „De vitiiis quibusdam principum codicum Aristophaneorum” p. 76 sq.

liastam ante oculos habuisse καὶ προσκαταθεῖναι γ' pro καὶ προσκαταθείην γ', ut putat Rutherford.

Schol. Plut. 505. Versuum

οὐκ οὖν εἶναι Φημ' εἰ παύσει ταύτην βλέψας ποθ' ὁ Πλοῦτος 1),
ὄδδον ἦντιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω πορίσειεν,

scholia inter alia multa duas continent sententias, quae sic in Ravennate traditae sunt: οὐκ οὖν εἶναι Φημι ὄδδον ἦντινα ἰὼν ὁ Πλοῦτος βλάψει ταύτην καὶ ἀγαθὰ μείζω ποιήσειεν. Et: οὐκοῦν ἐπιλύσει ταῦτα ὁ Πλοῦτος ἦν ποτε βλέψῃ Φημί εἶναι ὄδδον ἦντινα ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθὰ μείζω ποιήσειε. Valde haec mehercule sunt confusa, neque veram lectionem restituere equidem conabor. Sed nondum inspectis ceterorum codicum scholiis haec annotaveram: „Num interpres ποιήσεις legerit dubitat Rutherford; equidem in scholio lenissima mutatione πορίσειεν scribam potius quam putem scholiastae ad manus fuisse exemplar Aristophanis tam foede corruptum, ut metro invito in eo scriptum esset:

ὄδδον ἦντιν' ἰὼν τοῖς ἀνθρώποις ἀγάθ' ἂν μείζω ποιήσειεν.”

Postea adii scholia pleniora a Dübnero edita et vidi alios codices id ipsum praebere πορίσειεν.

1) Sic aptissime in Ravennate legitur. Venetus cum ceteris plerisque habet ταῦτ' ἦν βλέψῃ, quod ortum est postquam ταύτην abiit in ταῦτ' ἦν. In deterioribus nonnullis codicibus traditum est ταῦτ' ἂν βλέψας, unde ταῦτ' ἀμβλέψας Bergkiius; quod hanc praebere sententiam: „Quodsi Plutus, visu oculis restituto, his rebus finem imponeret, nulla via quisquam hominibus maiora commoda praebere posset.” Sed quaenam est illa via, quodnam illud remedium? Ipsum, opinor, τὸ ταῦτα παύειν. Unde apparet parum apte hanc sententiam decurrere; quod incommodum abeat a lectione libri R.

Olim vulgata huius versus lectio haec erat:

οὐκοῦν εἶναι Φημ', ἢ παύσει ταῦτ', ἦν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος.

Satis autem infeliciter Bentleius coniecit:

οὐκοῦν εἶναι Φημ', (ἢ παύσει ταῦτ', ἦν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος),

sed infelicitas etiam Hemsterhusius:

οὐκοῦν εἶναι Φημ' ἢ παύσει ταῦτ' ἢ 'ν (i. e. ἢ ἦν!) βλέψῃ ποθ' ὁ Πλοῦτος.

Iam antiquitus de vera lectione esse dubitatum e scholiis apparet, quorum aliud aliam respicit lectionem; quas omnes recensere inutile videtur; cf. O. Lange in libello supra citato, p. 39 sq.

III.

Sic sponte venio ad novum coniecturarum genus. Interdum enim Rutherfordius suspicatus est scholiastas ante oculos habuisse talia vocabula vel tales sententias, quales aut metrum pessumdant, aut ne Graeci quidem sunt sermonis. Quod licet hic illic accidere potuerit, tamen prudentis critici non est eiusmodi proferre suspiciones iis locis, in quibus non omnino sit necessarium. Exempla sunt haec:

Schol. Acharn. 708. R: ὅστις ὁ πρεσβύτης ὑπὸ τοῦ τοξότου βλαπτόμενος οὐδὲ τῆς Δημήτρας ἠνέσχετο ἠνίκα ἦν νέος. Olim haec sine articulo ὁ ante πρεσβύτης edebantur; quam lectionem si revocaverimus, non faciemus cum Rutherfordio annotanti: „Perhaps an unmetrical variant ὅστις was implied”, in versibus:

ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κάπεμορξάμην ἰδῶν
 ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ' ἀνδρὸς τοξότου κυκώμενον,
 ὃς μὰ τὴν Δήμητρ', ἐκεῖνος ἠνίκα ἦν Θουκυδίδης,
 οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαιῶν βραδίως ἠνέσχετ' ἂν κτέ.

Schol. Acharn. 742. Megarensis illius Aristophanei verba sunt haec:

ὡς ναὶ τὸν Ἑρμᾶν, εἶπερ ἰξεῖτ' οἴκαδὶς
 ἄπρατα, πειρασεῖσθε τᾶς λιμοῦ κακῶς.

Schol.: ἐκ δευτέρου εἰς τὸν οἶκον εἰ ἀφίξεσθε, τῆς πρώτης πειραθήσεσθε λιμοῦ, i. e. „si denuo domum redieritis e. q. s.”; ipse igitur scholiasta facetus sibi visus est ludens in illis ἐκ δευτέρου τῆς πρώτης λιμοῦ. Infelicissime autem Rutherford: „The variant οἴκα δὲς is plainly implied”. Quasi δὲς significare bis, non denuo, quisquam ignorare potuerit unquam!

Schol. Acharn. 966. Rav.: ὅτι ἐπὶ ὄψαριων μόνον τέμαχος, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τόμος, οἶον τυροῦ. Dixeris satis esse difficile explicatu, quomodo haec respicere possint versus quibus Dicaeopolis Lamachi illi ministro respondet:

οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη γέ μοι τὴν ἀσπίδα·
 ἀλλ' ἐπὶ ταρίχει τοὺς λόφους κραδαινέτω.

Aenigmatis tamen solutionem invenisse sibi videtur Rutherford,

qui priorem versum sic fuisse traditum suspicatur in nonnullis exemplaribus:

οὐκ ἂν μὰ Δί', εἰ δοίη τεμάχη τῆς ἀσπίδος.

Quanto prudentior altera quam addidit suspicio, ad vs. 1100 haec olim fuisse adscripta!

Schol. Equitt. 72. Versus sunt hi:

*νῦν οὖν ἀνύσαντε φροντίσωμεν ὄγαθέ,
ποῖαν ὄδον νῶ τρεπτέον καὶ πρὸς τίνα.*

Extetne adiectivum verbale *τρεπτέον* (immo *θρεπτέον*)¹⁾ pro *δραμητέον*? Estne Graecum *ὄδον τρέχειν*? Si minus, ne Rutherfordio assentiamur ad glossema *πορευτέον*, quod adscriptum est in libro R, annotanti: „either the variant *τρεπτέον* is here implied, or *πορευτέον* is a note on l. 73.” Etenim tunc demum ad eiusmodi coniecturam confugere liceret, si omnino nulla alia ratione illud *πορευτέον* explicari posset; at illo verbo bene illustrantur verba *ποῖαν ὄδον τρεπτέον*. Ad posteriorem autem partem observationis Rutherfordii quod attinet, equidem vix capio, quomodo ad versum:

κράτιστ' ἐκείνην τὴν μολωμεν ὄγαθέ

illustrandum adhiberi potuerit τὸ *πορευτέον*.

Schol. Equitt. 159. *ταγέ] ἀρχηγέ· Ὀμηρος· „παρὰ δ' οἱ ταγοὶ ἄμμι μενόντων.”* Ex hoc loco, si Rutherfordio credimus, suppleri poterunt annotationes criticae ad Homeri versum Ψ 160, addendum enim erit „οἱ τ' ἄγοι legit Schol. Arist. Equitt. 155.” Mirabitur fortasse lector, cui non ad manus sit Rutherfordii editio; citabo igitur eius notam: „It is conceivable, that this is really a note on a variant *ἀγέ* in 155, in which case we should have to prefer the Aristarchean reading in the quotation *οἱ τ' ἄγοι*, which is rather suggested by the manner in which the words appear in the Ravennas²⁾.” Quisquamne igitur legerit in versu 155:

ἀγέ (sic!), δὴ σὺ κατάθου πρῶτα τὰ σκεύη χάμαι,

1) Ut Zacherus quoque observat l.l. p. 526.

2) Proh infelicem librarium, qui scribendo *δ' οἱ ταγοὶ* pro *δ' οἱ ταγοί*, effecit ut hoc quoque argumentum afferri posset! Gaudeo autem quod Zacherus quoque hanc suspicionem „ganz bizarr” dicit (l.l. p. 527).

pro ἄγε? Quanam igitur de causa citabatur versus Homericus? Qui quidni allatus fuerit ad illustrandum vocabulum *ταγὲ* in versu 159!

Schol. Nubb. 41. Vocabulum *προμνήστρια* sic explicat interpres: ἢ προνοήσασα τὸν γάμον, a verbo *μεμνήσθαι* igitur id repetens. Nimis vero accurate, immo absurde fere Rutherford: „This may be an etymological note on a reading *προνήστρια*”.

Schol. Nubb. 292. Ultimium vocabulum versus:

ἦσθου Φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου
 explicatur per: ὑπὸ θεῶν καταπεμφθείσης. Quod scholion vocabulo *θεοπέμπτου* explicando olim inservisse suspicatur Rutherford. Vellem tamen exposuisset primum quid se moverit ut de varia lectione quicquam suspicaretur; deinde ubinam vocis *θεπέμπτου* alterum legerit exemplum, apud scriptorem saltem Aristophanis fere aequalem ¹⁾).

Schol. Nubb. 758. Apud Aristophanem hanc *ἀπορίαν* Strepsiadi proponit Socrates:

εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντός τις δίκη,
 ὅπως ἂν αὐτὴν ἀφανίσαις εἰπέ μοι.

Schol. R: εἰ κατηγοροῖ πέντε σε δυναμένην ζημιῶσαι (sic) τάλαντα. Hic sensum restituere conatus est Dindorf, *κατηγορίαν* addens post *κατηγοροῖ*; Rutherfordius autem scholion sic rescripsit: εἴ σοι γράφοιτο] εἰ κατηγοροῖ (σου). || πεντετάλαντον] πέντε σε δυναμένην ζημιῶσαι τάλαντα. Apparet hanc annotationem satis esse decurtatam; non multa autem me offendunt in correctione a Rutherfordio recepta; nisi quod altera scholii pars sic potius edenda erat: πεντετάλαντος] πέντε σε δυναμένη ζημιῶσαι τάλαντα. Sic non necessarium erit statuere interpretem legisse εἴ σοι γράφοιτο πεντετάλαντόν τις δίκην; quod a Blaydesio quoque (in comm. exeg.) propositum, etiamsi aliquando fuisset lectum, quod nego, tamen nihil ad poetam; qui non facile, opinor, dixisset γράφεισθαί τινι δίκην pro γρ. τινὰ δίκην.

1) Nec tamen absurdam hanc suspicionem dicere ausim; immo, omnes si essent huiusmodi, nunquam profecto in hunc campum descendissem.

Schol. Nubb. 777. Vocabulo *ὀφλήσειν* in versibus:

*ὅπως ἀποστρέψαι ἂν 1) ἀντιδικῶν δίκην
μέλλων ὀφλήσειν, μὴ παρόντων μαρτύρων,*

in Ravennate adscriptum est *καταδικασθῆναι*; quod superesse videtur e longiore nota, qua totum versum explicaverit interpres; qui sui ipsius aevi loquendi usum secutus, verbo *μέλλειν* addidit infinitivum aoristi *καταδικασθῆναι*. Nullo vero iure Rutherford: „Perhaps implying a reading *ὀφλήσαι*, which both in form and construction is good enough in late Greek.”

Schol. Nubb. 1024. *καλλιπυργον] ὑψηλοτάτην, μεγάλην*. Satis apte explicationem lemmati convenire dixeris; aliter tamen Rutherford, qui: „The former of these notes (perhaps both) suggests a reading *κατάπυργος* or *καταπυργωτός*, in late Greek *κατά* prefixed giving the sense of „very.” Metrum tamen has lectiones respuit.

Schol. Nubb. 1374. Verbis *ἀλλ' εὐθύς ἐξαράττω* additum est glossema *κρούω αὐτόν*. Scholion cum poetae verbis ut concineret nimis anxie efficere cupiens Rutherford hanc protulit sententiam: „The *αὐτόν* may imply some variant. Such a thing as *ἐ'ξαράττω* (sic!) would not be at all out of place in such comments.”

Schol. Vesp. 1215. *κρέξ ὄρνειον παραπλήσιον γεράνω*. Fragmentum hoc esse puto longioris annotationis, in qua *κρεκάδιον* a voce *κρέξ* derivabatur 2); interpretem legisse *κρέκα δι' αὐλῆς* pro *κρεκάδι' αὐλῆς* Rutherfordio cras credam, licet nuper hanc opinionem probaverit Starkie in fabulae editione.

Schol. Pac. 470. *ἔμφασιν πολλὴν ἔχουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ, ἐμφαίνοντες τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὸ ἔλκειν, ὅπου γε καὶ συναρτᾶσθαι Φησι τῷ ἔργῳ ἀντὶ τοῦ συμπεπάρθαι*. Hic pro *συμπεπάρθαι* apud Dübnerum editum invenio *ἐμπεπάρθαι*, quam lectionem

1) Sic Meineke; *ἀποστρέψαις ἂν* RV et plerique; alii codices habent *ἀποστρέψαις*, vel *ἀποτρέψαις ἂν*, vel *ἀποτρέψαις*, vel *ἀποτρέψης ἂν*, vel *ἀποστρέψαις ἂν*.

2) Iure an iniuria nunc non quaero. Nimum tamen nostro scholio tribuit Dindorfius, qui πάνυ σεμνῶς annotavit: „Ex hac annotatione apparet *κρεκάδια* ornamenta quaedam esse similia avi *κρέξ* vel *κρέκα* dictae.”

ambabus manibus accipiendam censeo, licet Dübnerus non annotaverit essetne e coniectura orta an in aliis codicibus inventa; simul autem scholii verbum συναρτᾶσθαι in ἐναρτᾶσθαι mutandum videtur. Sic non opus est suspicari, quod suspicatus est Rutherford, scholiastam pro

οὐκοῦν ἔλκω κάξαρτῶμαι
κάπεμπίπτω καὶ σπουδάζω,

quae sunt Trygaei verba, legisse

οὐκοῦν ἔργῳ ξυναρτῶμαι κτέ.,

quam lectionem unquam extitisse propter articuli omissionem vix credibile est.

Schol. Avn. 1077. Ad Φιλοκράτη τὸν Στρούθειον annotatum est: ἄνω εἶπεν ἐκ τῶν ὀρνέων, i. e. „de eodem homine poeta supra (vs. 13) dixit ἐκ τῶν ὀρνέων”; parum recte autem Rutherford scholion sic vertit: „he is called ἐκ τῶν ὀρνέων above”; deinde hinc eruit variam lectionem Φιλοκράτη ἕκ τῶν στρουθίων pro Φιλοκράτη τὸν Στρούθειον. Hic quoque articulus ante ἐκ omissus obstat, quominus hanc lectionem in nonnullis exemplaribus olim fuisse traditam concedamus, nisi certissimis cogamur indicibus atque argumentis.

Schol. Lysistr. 55. Apud poetam Lysistratae roganti:

ἄρ' οὐ παρῆναι τὰς γυναῖκας δῆτ' ἐχρῆν;

Calonice respondet:

οὐ γὰρ μὰ Δί', ἀλλὰ πετομένας ἤκειν πάλαι.

Scholion est: οὐ μετὰ βραδυτήτος ἤκειν ἔδει ἀλλὰ πετομένας. Unde Rutherford effecit commentatorem legisse οὐ γὰρ βραδέ' ἀλλὰ κ.τ.λ., quae quo modo sint explicanda equidem vix intellego; scholion autem sic interpretor: „non oportebat mulieres tarde ad nos convenire, sed quam citissime.”

Schol. Lysistr. 577. In scena Lysistrata exponit quomodo exemplis e lanficarum arte desumptis uti possint magistratus ad rem publicam melius gubernandam:

πρῶτον μὲν ἐχρῆν, ὥσπερ πόκον ἐν βαλανεῖῳ
ἐκπλύναντας τὴν οἰσπῶτην, ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ κλίνης
ἐκραβδίξειν τοὺς μοχθηροὺς καὶ τοὺς τριβόλους ἀπολέξαι

καὶ τοὺς γε συνισταμένους τούτους καὶ τοὺς πιλοῦντας
ἐαυτοὺς

ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι διαξῆναι καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτίλαι.

Hic e scholio τοὺς θλίβοντας εἰς τὴν πολιτείαν ἐαυτοὺς orta est lectio codicis R (et N, Iunt.) θλίβοντας pro πιλοῦντας. Atra nocte autem mihi obscurius est quid sibi velit Rutherfordii ad scholion annotatio: „This annotator evidently takes πιλοῦντας as at least a pun on πόλις, though he may have read πολιοῦντας or the like.” Ad cuius sententiae partem priorem quod attinet, non capio qualis hic esset iocus sive festivus sive insulsus, quod ad alteram, suspicor virum doctissimum excogitasse verbum πολιοῦν vel πολιεῖν a substantivo πόλις deductum! At nullum ego certe novi verbum quo aptius explicetur verbum πιλεῖν quam illud ipsum θλίβεῖν, quod Rutherfordio offensionem fuit.

Schol. Lysistr. 683. Chorus mulierum haec minatur:

εἰ νῆ τῷ θεῷ με ζωπυρήσεις,
λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὕν ἐγὼ δὴ καὶ ποιήσω
τῆμερον τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκτούμενον.

Hic vocabulum ὕν, si sanum est, significare debet, opinor, *ira-cundiam*; aptissime igitur scholion ὕν τὴν φύσιν λέγει, τὴν ὄργην. Attamen Rutherfordius haec hariolatur: „I am not at all sure of the readings ὕν and ὄργην. If the annotator read ὕν he certainly thought of χοῖρος in making his translation. The πεκτούμενον of l. 685 suggests κτένα for this line (— crinesne igitur dissoluturae sunt mulieres? an significatione obscena acceptum vult istud κτένα? —) and a scholiast would not think whether it was unmetrical or no. If metre is disregarded, κύν' would also do to explain the adscript” (— „cavete canem”, exclamat igitur chorus! —). „As for the ὄργην, it may either be adscript to a reading ἴυγγα (or ἴυγα) or else belong to the ἀνεγείρεις” in scholio ad vs. 682, ubi ἀνεγερεῖς correxit Bisetus.

Schol. Lysistr. 1079. Versibus qui sic sunt traditi:

βαβαί· νενεύρωται μὲν ἦδε συμφορὰ
δεῖνως· τεθερμῶσθαι γε χεῖρον φαίνεται,

hoc additum est scholion: ἀντὶ τοῦ χεῖρον τῆς τάσεως τοῦ Ἑρμοῦ φαίνεται· τουτέστιν χεῖρον τέταται τοῦ Ἑρμοῦ. ἐπειδὴ δ' Ἑρμῆς

πριαπῶδες ἔχει τὸ (articulum omittit R) αἰδοῖον καὶ ἐντέταται
 μεγάλως. Hic prudenter Meineke (Vind. Ar. p. 136): „scholiasta
 etsi quid in suo libro habuerit non satis apparet, hoc tamen
 intellegitur, aliquid de hermis dictum eum hic legisse. Suspiceris
 τὸ δ' ἠρμουῦσθαι (vel ἔρμουῦσθαι) γε χεῖρον φαίνεται, *hermarum
 sortem subire peius est*. Attuli haec, non quod vera esse credam,
 sed si forte acutiores probabiliora extendant.” Alia tentarunt
 Hermannus, Blaydesius, alii, sed nemo Rutherfordio infelicius,
 qui: „It is difficult to see what reading these notes involve,
 something as bad as δειν' ὥστε τοῦ Ἑρμοῦ αἰδοῖα χεῖρον τείνεται.”

Schol. Thesm. 14. In ipsa fabula Euripides Mnesilocho narrat
 quaedam de rerum origine:

οὕτω ταῦτα διεκρίθη τότε.
 αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο,
 καὶ ζῶ' ἐν αὐτῷ συνετέκνου κινούμενα κτέ.

Hic scholiasta (Φυσικός τις, ut videtur) statim docere quaedam
 incipit de aethere: ἐπεὶ ὁ αἰθὴρ δοκεῖ τρέφειν ἡμᾶς. Quo doctius
 etiam Rutherford variam lectionem διεχορτάζετο (quod verbum
 ipse excogitavit) respici putat, addens annotatiunculam: „It is
 more likely that there should have been this variant for διε-
 χωρίζετο, absurd as it is, than that ξυνετέκνου or ἐτέκνου should
 be explained by τρέφειν.”

Schol. Thesm. 68. Hic Agathonis servus Euripidi roganti ut
 herum suum domo evocet, respondet:

μηδὲν ἰκέτευ', αὐτὸς γὰρ ἔξεισιν τάχα.
 καὶ γὰρ μελοποιεῖν ἄρχεται· χεῖμωνος οὖν
 ἔντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ῥάδιον,
 ἢν μὴ προῖη θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον.

Adscriptum autem est scholion ὡς ἀπὸ τῶν λυόντων τὸν κηρὸν ἐν
 τῷ ἡλίῳ, quod significat: „⟨ludit poeta, iocum capiens⟩ ex
 eorum arte qui solis calore solvunt ceram”, aptissimum igitur,
 ut arbitrator, ad explicandos versus traditos. Rutherfordius vero
 annotat: „I believe that the text originally ran —

καὶ γὰρ κατακάμπτειν ἄρχεται· κοῦ ῥάδιον
 ἢν μὴ προῖη θύρασι πρὸς τὸν ἥλιον,

and that this is a note upon it, as it so stood. Indeed all

the scholia will suit such a restoration. The origin of the corruption will be plain from the following —

κατακάμπτειν: μελοποιεῖν.

κατακάμπτειν: τὰς στροφάς.

οὐ ῥᾶδιον ἦν κ.τ.λ.: χειμῶνος ὄντος

(due to misunderstanding of ll. 1 ff.).”

Infeliciter sanequam in deprehendendis emblematis hic versatus est vir doctissimus, licet de Thucydide ea ratione optime fortasse sit meritus ¹). Primum enim in versibus a Rutherfordio refectis post ἄρχεται molesta est copula καί, deinde, nisi egregie fallor, verbo κατακάμπτειν omnino addendum erat obiectum τὰς στροφάς, deleta autem hac voce ambigua pervertitur omnis huius loci elegantia atque lepor.

Schol. Ran. 854. Dionysius Euripidem ut abeat monet,

ἵνα μὴ κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι

θενῶν ὑπ' ὀργῆς ἐκχέῃ τὸν Τήλεφον.

Annotatur: καὶ ἐν Νεφέλαις „κεφάλαιον ῥαφανίδος”, quae est annotatio hominis, qui alibi quoque vocem κεφάλαιον se legere meminit, parum autem curat utrum eadem significatione necne; nullo autem iure Rutherfordius inde effecit extitisse alteram lectionem κεφαλαίῳ ῥήματος. Quae quid significare potest?

Schol. Eccl. 12. Praxagora apud poetam lucernam et aliis alloquitur verbis, et his:

μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς

λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα.

Vocabulorum μηρῶν ἀπορρήτους μυχοὺς haec est explicatio: τὸ αἰδοῖτον λέγει τῆς γυναικὸς διὰ τὸ μηδένα αὐτὸ βλέπειν. Quod scholion mallet nunquam esset scriptum! Sic nemo explicacionem desideraret, neque Rutherfordius annotare potuisset: „It is conceivable that this is a note on a reading ἀνοράτους or ἀοράτους.”

Schol. Eccl. 1026. Iuvenis, qui quacumque tandem ratione subterfugere conatur legem illam qua deformibus quoque anicu-

1) Cf. Hartman De Emblematis in Platonis textu obviis p. 9 sq.

lis consultum est, dicit: *ἐξωμοσία δ' οὐκ ἔστιν*; quae verba in Ravennate explicantur per *ὁμόσαι ὡς οὐκ ἂν δυναίμην*. Tam apta est haec explicatio, ut, nisi metrum obstaret, sermonis certe leges non prohiberent quominus ipsorum verborum Aristophaneorum loco ponerentur; me certe non male haberet haec sententia: *οὐκ ἔστιν ὁμόσαι ὡς οὐκ ἂν δυναίμην*; Nimis vero acute Rutherford: „Possibly a note on *ἐξωμόσαι* (sic) ¹⁾ rather than on *ἐξωμοσία*.”

Schol. Plut. 355. Versus in V¹ et R sic traditus est:

(τό τε γὰρ ἐξαίφνης ἄγαν
οὕτως ὑπερπλουτεῖν, τό τ' αὖ δεδοικέναι)
πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιὲς ἐστ' εἰργασμένον.

Vereor tamen ut hoc vitium (*εἰργασμένον* pro *εἰργασμένου*), quo nullum vidi levius neque frequentius, tam antiquum sit ut e scholio *ἢ πρὸς ἀντὶ τῆς ὑπὸ* Rutherfordio licuerit efficere, re vera olim grammaticos ineptissimam hanc lectionem explicare conatos esse. Mihi scholion scriptum videtur a dormitanti scholiasta, cui intempestive in memoriam rediret praepositio *πρὸς* apud Herodotum aliosque pro *ὑπὸ* usurpata.

Schol. Plut. 619. Ad vocabulum *ἐπίτριπτος* in versu:

αὕτη μὲν ἡμῖν ἢ ἐπίτριπτος οἴχεται,

et alia annotantur et haec: *ἢ μεγάλη φθεγγομένη*. Quibus verbis interpres — parum feliciter, ut opinor — explicare conabatur qua de causa illo epitheto digna sit Paupertas. Aliter tamen Rutherfordius, qui legisse eum suspicatur *ἢ ἔπη ῥιπτοῦσ'*, non tamen sine causa ipse addens: „an almost incredible variant.”

Schol. Plut. 729. Unquamne aliquis usus est vocabulo *ἡμιτρίβιον*? Non opinor; quod tamen pro varia lectione vocabuli *ἡμιτύβιον* olim traditum fuisse Rutherfordius effecit e scholii parte *ῥάκος ἡμιτριβέας* — cuius significationem nihilo magis urgere nobis licet quam ceterorum vocabulorum, quae in hoc scholio interpretationis causa adhibita sunt.

(Continuabitur).

1) Voculam „sic” ipse Rutherfordius addidit.

AD ARISTOPHANIS EQUITES OBSERVATIONES.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.



Per integrum fere annum Aristophanis Equitibus quicquid erat otii insumsi, itaque sensim magna — ut fit — scidularum et notularum succrevit mihi farrago. Quarum pars editioni, quam propediem in lucem sum emissurus, inservire poterit, maiorem partem emendaturis ignibus tradidi, nonnulla fortasse haud indigna sunt de quibus cum Mnemosynes lectoribus disputem. Allicior autem dicendi libertate quam praebet haec bibliotheca; minus anxie enim iam erit cavendum ne iusto verbosior evadam, quam dum observationes meas intra artum spatium commentarii exegetici cogere conor.

Incipiam autem a benevolentiae quadam captione. Multorum nimirum ad aures gratissimum hac aetate accidere suspicor si quis „textum traditum ab inutilibus coniecturis defensurum” se promittat. Nam dixeris interdum aequalibus nostris sordere artem criticam, quam *κυνιδίων δίκην* quaelibet *ἔλκειν τε καὶ σπαράττειν* sunt qui sibi persuadeant. Tradita servare atque tueri, id demum verae scientiae prudentiaeque multis videtur, nova tentare imperitiae potissimum et nefariae fere protervitatibus. Quamquam ne olim quidem defuerunt, opinor, qui tradita suo pretio aestimare satius ducerent quam temere mutare aut reicere quae parum intellegas; neque vero metuendum videtur ne instet aevum quo linguae, dictioni, arti veterum vim inferre minoris habeatur audaciae quam librorum manuscriptorum lectiones

receptas addubitare coniecturisve sollicitare. Mala coniecturae nunquam non spernentur inter peritos, bonis nunquam poterit careri. Id unum semper singulis locis erit rogandum, sintne bona quae proponantur; et quoniam bona esse nequeunt quae non sint vera, neque vera quae necessaria non sint, disputandi haud cito deerit materies. Mirari autem soleo viros philologos, qui „conservativos” se praedicantes aliquid dicere sibi videntur. Nam quis est qui neget prisca aevi reliquias pretiosas servandas esse potius quam abiciendas, quis vero carbones pro thesauro fovendos esse contendat! At gemmas a carbonibus dignoscere, hoc opus hic labor est.

Quicquid id est, in temeritatis illud crimen ne praeter necessitatem incidam, initium nunc faciam a locis aliquot, qui melius quam hactenus factum est explicari posse mihi videntur, recte autem si explicentur, manum emendatricem non requirere.

Quorum primus est versus 21. Servus alter sodali, viam aliquam salutis invenire se iubenti „λέγε δὴ” ait „μολω-μεν, ξυνεχῆς ὠδὶ ξυλλαβών.” *Dic igitur μολω-μεν, hos sonos sic iungens.*

Haecine obscura multis visa esse! Et tamen certatim operam dederunt viri docti ut lacunosum scilicet locum suis inventis explerent. Scripserunt nimirum haec fere ¹⁾:

NI. λέγε δὴ μολω.

ΔΗ. μολω.

NI. ἐπίθες τὸ μεν.

ΔΗ. μεν.

NI. εὖ.

λέγε νῦν > μολωμεν, ξυνεχῆς ὠδὶ ξυλλαβών.

Quae dum oculis lustro, audire mihi videor poetam „οἴμοι, ὡς πολυφύρῳ ξυγκέκραμαι δαίμονι!” querentem. Nam quam languidum sic e mero Bacchico fit κρᾶμα! Emendata autem verba ne apte quidem verti possunt. Nam quid est ὠδί? Est δεικτικῶς

1) Attali supplementum editoris ultimi, quod a Velseni et Muellerae Struebingii conaminibus non nisi in minutis differt. Quod autem — calami credo lapsu — non (ε)πίθες, ut supra dedi, cum Velseno scripsit ille sed ἔπαγε invitis versus numeris, id ne commemorarem quidem, quoniam errare humanum est, nisi Velseni illud additamentum „eodem vitio laborare” deinde perhibuisset (vid. Philolog. 1899 Supplem. 7 p. 440).

perfecto dictum; quod dum profert servulus, manus protendit, dein lento motu coniungit, quo indicet sonos, quos separatim edidit, a sodali in unum verbum esse colligandos. Cui alter obtemperans „καὶ δὴ λέγω· μολῶμεν” respondet. Clara igitur et perspicua sunt verba tradita, optime cohaerent, nihil deest, nihil est molestum. Sed si ista omnia interseruntur, ὡδί adverbium id quod οὕτως significare debet lingua invita; nam aut prorsus non intellego quid verba adiecta sibi velint, aut vertere iubemur: *nunc autem dic μολῶμεν, una voce, ut modo feci, hos sonos comprehendens.*

Utilis autem ad nostrum locum recte interpretandum est versus vicinus 77, ubi de Paphlagone illo perridicule dicitur:

τοσόνδε δ' αὐτοῦ βήμα διαβεβηκτός
 ὁ πρωκτός ἐστὶν αὐτόχρημ' ἐν Χάοσιν,

quae verba cum proferre incipit servulus, pedes latissime divaricat: *tam ingenti autem quam ego nunc passu dum crura diducit.* Quo loco si quis τοσόνδε illud referret ad ea quae proxime praecedunt, in manifestum incideret errorem.

Et propius etiam accedunt Dionysi de Aeschyli Persis verba in Ranis vs. 1029:

ὁ χορὸς δ' εὐθύς τῷ χεῖρ' ὡδί ξυγκρούσας εἶπεν· „ἰαυοί”.

Nec non huc facit Acharnensium fabulae versus 120, qui obscurior tamen est locus.

Venio nunc ad versum 295. Ubi turpissimis inter se probris agitant Paphlago et Isiciarius. Prior

διαφορήσω σ' εἴ τι γρύξει

ait, cui alter

κοπροφορήσω σ' εἰ λαλήσεις.

Posterior autem versus quid non est perpeusus! Glossema enim esse illud εἰ λαλήσεις fuit qui e Suida efficeret, quapropter aliud quid in illorum verborum locum substituendum videbatur; κοπροφορήσω σ' autem postquam in κοπροφαγήσεις musis iratis mutavit vVelsen, alius aliud proposuit ad corrigendum scilicet verbum, quod vitiosum esse sibi persuaserant viri docti. Sed suspicio illa, quam Suidae lexicon peperit, quam infirmo nitatur fundamento, ostendere nihil attinet post ea quae Vahlen in Indice Lect. hib. Berol. 1898 p. 12 sq. de huiusmodi indiciis copiose

mehercule et probabiliter disputavit; verbum autem *κοπροφορεῖν* optime hoc loco habere demonstratu non est difficile, nam scitent comici fabulae locutionibus simillimis. Qui in proxima vicinia Isiciarium dicere fecit (vs. 289):

κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον,

quae verba non id significant quod putabat vetus aliquis interpres: *τοῦτο ὡς μάγειρος λέγει, ἔστι γὰρ κύων ἰχθύς ποιός. ἄμα δὲ καὶ κυνείω σε δέρματι παίσω*”, sed recte alius in scholiis grammaticus et Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 49 interpretantur: *τυπτήσω σε καθάπερ κύνα, dorsum tuum ita tractabo ac si κυνοκόπος τις essem, κύνα σε κόψω κυνοκόπος ἐγώ.*

Nostro autem loco etiam gravius quid minatus *κοπροφορήσω* σε ait εἰ λαλήσεις, i. e. *verbum si addideris, in sterquilinum tanquam merdam te detrudam, κόπρον σε ἀπορρίψω κοπροφόρος ἐγώ.*

Et paucis versibus interiectis denuo redit hoc genus loquendi, nam Paphlagonem ἀπὸ τῶν πετρῶν ἄνωθεν τοὺς Φόρους θυννοσκοπεῖν coryphaeus ait versu 313; quod si languide et putide omnino enunciare liberet, accuratius sane posset sic dici: *τοὺς Φόρους θύννους σκοπεῖ θυννοσκόπος αὐτός, e Pnycis rure Cleon sociorum tributa ita prospicit ut piscator thynnos e specula littoralis.* Sed verbum hac de re non addam, ne acta agam; nam clara in luce hoc genus loquendi et a Cobeto saepius est collocatum et nuper a Nabero ¹⁾.

Simillima praeterea sunt quae alibi apud nostrum leguntur: *γεωμετρεῖν τὸν ἄερα* et *Φρεωρυχεῖν τινα* et *τυροπαλῆσαι τέχνην ποιητῶν* et *ἵπποκομεῖν κἀνθαρον* et *δενδροτομεῖν νῶτόν τινος* et *μηλοσφαγεῖν σταμνόν* ²⁾, conferri autem potest Homeri versus, ubi Hebe *θεοῖσι νέκταρ φοινοχοεῖν* dicitur ³⁾; sed finem non invenirem si hanc materiem ipsamque dictionem poeticam exhaurire vellem.

Vs. 729 *O Deme*, altissima voce Paphlago clamat,

ἔξελθ', ἴν' εἰδῆς οἶα περιυβρίζομαι!

Huc ades, ut scias qualia mihi sint perpetienda dum tibi inservio!

1) Vid. Mnemos. 1899 p. 163.

2) Av. 995 Lys. 1033 Ran. 1369 Pac. 74, 747 Lys. 196.

3) Δ 3.

Quae quoniam in dubium sunt vocata et infelicissima me quidem iudice coniectura vexata, paulo accuratius consideranda videntur. Sic igitur loquitur qui contumelia affectus ultorem sibi petit; inest enim: *ut cum resciveris, insignia exempla edas in meos obtretractores, me autem interiore etiam amore complectaris.* Et conferri potest versus vicinus 747. Saepe autem illud ἴνα εἰδῆς ad eos ipsos qui peccarunt voce minaci dicitur: *ut meliora edoctus nihil eiusmodi in te admittas posthac.* Quae verba in certam locutionem ita abierunt, ut ibi quoque cum amara irrisione usurpentur, ubi nova scientia ei qui deliquerit parum sit profutura. Vid. Eur. Troad. 85 sq., ubi *Achaeorum corporibus* — Minerva ait ad Neptunum — *mare Aegaeum oppleamus, ὡς ἂν τὸ λοιπὸν τᾶμ' ἀνάκτορ' εὐσεβεῖν | εἰδῶσ' Ἀχαιοί,* vel Soph. Ant. 310 sq.: *nisi hominem qui Polynicis corpus pulvere conspersit mihi ob oculos sistatis,* — Creontis sunt verba, — *οὐχ ὑμῖν Ἰδιδης μούνος ἀρκέσει κτῆ., | ἴν' εἰδότες τὸ κέρδος ἐνθεν οἰστέον | τὸ λοιπὸν ἀρπάζητε.* Item Lycus apud Euripidem Herc. 245: *vinos istos cremate, pedissequi, ἴν' εἰδῶσ' οὐνεχ' οὐχ ὁ κατθανῶν | κρατεῖ χθονὸς τῆσδ' ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε.* Cf. etiam Oed. Col. 1377, ubi filiis suis mortem apprecatur senex, ἴν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν, et Trach. 1110 Herculis de scelestâ uxore verba: *προσμόλοι μόνον, | ἴν' ἐκδιδαχθῆ πᾶσιν ἀγγέλλειν ὅτι | καὶ ζῶν κακοῦς γε καὶ θανῶν ἐτεισάμην.*

Nunc paucis disserendum est de vs. 808 sqq. — *Bellum finiatum modo, Isiciarius ait, et populus ad pristinum victum reversus corporis animique vires reficiat: sal cito opinor*

ἤξει σοι δριμύς ἄγροικος, κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἰχνεύων.

ἂ σὺ γινώσκων τόνδ' ἑξαπατᾶς καὶ ὄνειροπολεῖς περὶ σαυτοῦ.

Cui Paphlago respondet:

οὐκ οὐκ δεινὸν ταυτί σε λέγειν δῆτ' ἔστ' ἐμέ, καὶ διαβάλλειν πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον;

Quae sincera equidem dūco omnia, sed aliis haud uno nomine displicere videntur, nam pro ἰχνεύων et σαυτοῦ et Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον nova quaedam sunt proposita. Quapropter interpretari hos versus conabor.

Cives ut primum vita rustica in pristinum vigorem restituti fuerint, huc in urbem redibunt vultu minaci calculusque circum-

spicientes quo te petant, — ut Acharnenses illi, qui εἰς τοὺς τριβωνας τῶν λίθων ξυλλέγοντες et βαλλήναδε βλέποντες in adversarium irruerant; λίθος autem vox hoc quoque loco expectabatur, sed ψῆφον dicit Isiciarius, quoniam non vi et pugnis sed suffragiis Cleonem ulturus est populus δστρακινδα βλέπων, ut mox dicitur (vs. 855).

Quod cum probe scias, Isiciarius pergit, *decipere eum conaris et de te ipso somnia narras*. Quibus verbis quodnam Cleonis dictum carpatur nescimus, sed aut ipsum aut unum aliquem ex eius sodalibus nuper — quae erat illorum temporum superstitio — in concione somnium aliquod rettulisse, collatis Paphlagonis verbis ἐγὼ εἶδον ὄναρ (vs. 1090) et initio Vesparum fabulae satis videtur credible. Quidni autem ad ipsum Cleonem illud somnium spectaverit?

Hocine ferendum, Paphlago exclamat, *coram populo me talibus calumpniis vexari?* Dicit autem πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν δῆμον, ea usus verborum ubertate qua πρὸς τὸν δῆμον καὶ τὴν πόλιν δίκαιος εἶναι dici aliquis poterat (Plut. 567) vel τὴν πόλιν καὶ τὸν δῆμον καθυβριζειν (Ach. 631). Idem autem supra (vs. 273) clamaverat: ὦ πόλις καὶ δῆμε! Qualia abierant in verba concepta et ita coaluerant ut unam iam efficerent notionem. Ipse autem Demus quod in scena nunc adest, id nihil ad rem, et si quis littera maiuscula scriberet πρὸς Ἀθηναίους καὶ τὸν Δῆμον, a poetae mente aberraret.

Vs. 1199 sqq. Isiciarius carnes leporinas Paphlagoni surreptas offert Demo; qui hominis versutum ingenium admiratus „πῶς ἐπενόησας ἀρπάσαι!” exclamat. Dein verbis cothurno propioribus „τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ” respondet Isiciarius; quamquam quod addit „τὸ δὲ κλέμμ’ ἐμόν” socco et trivio est condignum. Retorquet Cleon (vs. 1204):

ἐγὼ δ’ ἐκινδύνεσα!

eidemque iure tribui hodie videntur cetera huius versiculi verba:

ἐγὼ δ’ ὄπτησά γε,

quae in codicibus sunt Isiciarii; probabilis autem est Blaydesii coniectura: γ’ ἐξώπτησά τε. Sed haec nunc mitto, ut de solo verbo ἐκινδύνεσα disputem. Quod omnino genuinum duco, agnosco autem ipsius Cleonis nunc quoque verba, ignaviae

crimen in concione a se propulsantis. „Ipse vitae meae periculum adii cum expugnata est Sphacteria; pro vobis mori tunc „non recusavi, o cives, nec recusabo posthac!” — id quod re deinde in Thracia comprobavit. Quae verba ridicule admodum in memoriam nunc revocantur spectatoribus, cum res agatur cui ne umbra quidem periculi potuerit adhaerere. Nam etsi praestat non rogare unde leporem nunc habeat Paphlago, id quidem certum est eum aut callida fraude aut praesentibus nummis has delicias esse adeptum, non cum vitae suae nescio quo periculo venatum esse ipsum.

Itaque non multis verbis a me exponi opus est quid sentiam de Reiskii coniectura — immo „emendatione palmari” si audimus Blaydesium — ἐγὼ δ' ἐκυνηγέτησα. Quae etiamsi quam maxime constaret vitiosum esse textum traditum, tamen displiceret mihi, quoniam nimis anxie sic ad amussim exigitur res; in Attica autem lepores vix ullos fuisse scimus.

Ad exitum fabulae venio. Quem pro mutilo haberi videoque mirorque. Nam in codicibus Demus his verbis dicendi finem facit:

καὶ ἐκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην,
ἴν' ἴδωσιν αὐτὸν οἷς ἐλωβᾶθ' οἱ ξένοι.

Quae obscura nemini esse possunt. Probe enim novimus quid significet illud „ἐκφερέτω τις.” Qualia cum dicuntur, servi iubentur hero actutum afferre aliquid aliudve iussum exequi, nec mora unus pluresve adsunt vocati. Nunc igitur Demus, cui robur rediit iuvenile, postquam Isiciarium splendida veste exornavit, miserum Paphlagonem in aedium penetralibus latitantem iubet foras efferri — victus enim iacet — in locum famosum extra urbem, ubi inter *πυλαῖστὰς* ¹⁾ ceteramque popelli faeculam in posterum degat. Accurrunt servi hominem manibus pedibusque comprehensum secum trahentes; qui veste maculosa quam abiecit Isiciarius induitur, huiusque mensula cultris botulis cetera supellectile oneratur, dein foras abripitur — ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην, ut irridens dicit Demus. Isiciarius vero Demum sequitur comitante choro.

1) De qua voce vid. quae nuper exposuit Naber in hoc volumine pag. 134 sqq

Mancane haec sunt aut lacunosa? Immo optime clauditur fabula verbo sonoro et poetico *λωβᾶσθαι*, quod in comoedia alibi non reperitur; et ultimus versiculus, quem auribus suis inhaerentem domum deferent spectatores, hic est: *cernant istum socii quos vexare solebat*. Nec minus fideli memoria servabunt haec verba quam Nubium senarium ultimum: *deos isti contempnunt*. „Cleon maligne vexavit socios, quorum tributa auxit et vi coegit: posthac cum urbem intrabunt illi, ἐπὶ ταῖς πύλαις eum cernent in coenum, unde malo omine emergerat, denuo detrusum.”

Si quis autem sibi persuasit, ad comoediam rite claudendam non sufficere ridiculam hanc pompam tibiatarumque cantum, sed chori vel coryphaei aliquot verba necessario fuisse addenda, subiungat e. g. versiculum qui in Nubium fine legitur:

ἡγεῖσθ' ἔξω· κεχόρευται γὰρ μετρίως τό γε τήμερον ἡμῖν,
 aliumve eiusdem farinae ex feraci ingenio protrahat ipse. Non refragabor equidem, dummodo concedatur mihi cum ipsa fabula talia nihilo magis cohaerere quam anapaestos qui in Euripideorum dramatum complurium exitu leguntur repetiti. Sed „aliquot versus chori excidisse” vel etiam „Demi ultima verba esse mutila” totumque adeo fabulae exitum periisse, multum abest ut credibile ducam. Immo in scena ea omnia aguntur quae optimo iure poposcit Kirchhoff: „auf der einen seite Agorakritos vom Demos zum mahl im Prytaneion geleitet, gefolgt „von dem burschen mit dem klappstuhl und den σπονδαί, auf „der andern der jammernde Kleon im costüm des wursthändlers „unter jubelndem beifall und geleite des chors zur wurstbude „geschleppt.” Fiunt haec in scena et cernuntur, sed nihil horum est in codicibus aut esse potuit, quoniam motu et gestu et clamoribus, non verbis transiguntur omnia.

Nunc consideremus locos nonnullos omnium consensu sinceros, qui aliter quam fieri solet interpretandi mihi videntur.

In codicibus *Chori* sunt vs. 319—321, quibus carpitur mala fraus coriarii:

καὶ ἐμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταῦτόν, νῆ Δί', ὥστε καὶ γέλων
 πάμπολον τοῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν.
 πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν.

Sed alterutri servo poetam hos versus tribuisse quivis videt admonitus; Elmsley autem *Niciae* adscribebat nomen, hunc enim Pergasaeum fuisse. Quem postquam Cydantiden fuisse e lapidibus apparuit, in scena autem locum nunc non habere intellectum est, *Demostheni* iam omnium consensu tribuuntur, neque ego is sum qui aliter opiner. Sed quid sibi volunt haec verba? Pergasaeumne Demosthenem fuisse credere nunc iubemur? Fuere sane qui sic statuerent, quos dein refutarunt alii allata inscriptione unde Aphidnaeum fuisse apparet. Equidem locum sic interpreto. Histrio qui haec dicit, licentia usus quae in scena comica minime erat rara, aliquantisper negligit partes quas agit sive servuli ignoti sive Demosthenis praetoris, ita autem loquitur in scena ut mox larva remota cum familiaribus domi vel in foro confabulabitur. Quapropter neque est quod miremur *δημότας* esse mancipio, neque scire nunc quidem nostra interest cuiusnam tribus pagive aut Demosthenes fuerit aut Nicias, neque vero probabile duco id quod ex nostri loci auctoritate fuit qui contenderet: eos qui Athenis Aphidnas tenderent medio fere itinere peracto Pergasam pervenisse. Id unum Aristophanis verba luculenter testantur, quod dudum indicarunt interpretes: *urbi proximum fuisse Pergasam oppidulum*, cuius situs aliunde accuratius definiri haecenus non potuit.

Vs. 761 sq. Isiciarium verborum certamen cum Paphlagonem coram Demo initurum sic hortatur coryphaeus: *adversarius priusquam te occupet*

τοὺς δελφῖνας μετεωρίζου καὶ τὴν ἄκατον παραβάλλου.

Pugnae navali igitur assimilatur contentio, triremibus adversarii. Prior autem tetrametri pars minime obscura est: *δελφῖνες* erant plumbi massae praegraves, quae catenis suspendebantur ex antennis, adversariorum triremibus naufragium minantes, si subito impetu demissae eorum transtra et tabulata ipsasque costas navis perfringerent; non perpetuo autem remigum capitibus eas imminuisse, sed tum demum in altum esse sublatas cum in hostem pararetur incursio, et per se intellegitur et noster locus docet. Sed quid est *παραβάλλεσθαι τὴν ἄκατον*? Quod item ad hostis ingruentis impetum arcendum facere iubetur Isiciarius, verbis vero id quomodo insit dubitatur. Scholiasta per-

hibet parandam esse *cymbam*, quae praebet *per fugium* si navis mergatur: „ὡς εἴ τις κίνδυνος ἐκ τοῦ ἀνέμου <εἶη> αὐτὴν ἐμβησόμενος”, manifestis igitur erroribus implicatus; non enim *procellae* Paphlago nunc assimilatur sed *navi longae*, neque *fugam* sed *proelium* parat Isiciarius. Itaque aliena hinc est *cymbae* mentio. Neque ipsam *triremem ἄκατον* nunc vocari credibile duco, licet in Euripidis chorico Argivorum naves dicantur *ποντοπόροι θοαὶ ἄκατοι* (Hec. 446) et nostri nautae vocibus *boot* et *schuit* ipsas naves indicare soleant. Sed cum videam *ἀκάτιον* dici velum quod ab altero malo in prora collocato suspenditur ¹⁾, ipsum autem illum malum *ἀκάτειον* vocari ²⁾, inde efficio *ἄκατον* fuisse nomen *antennae* trabisve ex qua suspensae erant delphines. Hanc igitur *obmove hosti* coryphaeus ait *et in eum intende*. Nimirum pugna instante haec *κεραία*, quae in transversum tendere solebat, ita vertebatur ut ex altera eius extremitate supra proram eminenti delphines in navem hostilem praecipitari possent.

Quae si probabiliter sunt disputata, apparet alienum hinc esse Charontis in Ranis verbum *παραβαλοῦ* (vs. 269), quod cum nostro loco solet componi.

Vs. 846. *Donec in fori porticu cernentur victoriae meae monumenta*, Paphlago sive Cleon gloriatur, *nihil contra me valebunt obtrectatorum verbula!* Nempe in stoa poecile, ubi et alia depicta erant et Thesei cum Amazonibus pugna et Marathonum facinora, inter cetera *ὑπομνήματα τῶν καλῶν ἔργων* nuper suspensi erant clipei Lacedaemoniorum Sphacteriae captorum, multisque saeculis post eos vidisse se testatur Pausanias. Et digna profecto in paucis haec erant quae diis patriis offerrentur donaria! Populus autem *ἐξεπλάγη* in ipso foro *ἰδὼν στίλβοντα τὰ λάβδα*. Communis enim semper Graecorum fuerat opinio *τοὺς Λακεδαιμονίους οὔτε λιμῶ οὔτε ἀνάγκη οὐδέμιᾳ τὰ ὄπλα παραδοῦναι*. Sed *τοῖς λακωνίζουσι* mire displicebant tantae ignominiae documenta publica. Irridens autem Isiciarius:

ἐπίσχεες ἐν ταῖς ἀσπίσιν· λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας.

1) Epicrat. fr. 10, Xenoph. Hell. VI 2 §27 etc.

2) Poll. I 91.

οὐ γὰρ σε χροῖν, εἶπερ Φιλεῖς τὸν δῆμον, ἐκ προνοίας
ταύτας ἔαν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξι ἀνατεθῆναι.

Quae quam sint festiva ut sentiamus, paulo accuratius quam fieri solet definienda est vox πόρπαξ. Spartiatae igitur rerum novarum minime appetentes per saecula complura spreverunt clipeorum ansas sive δχανα brachio inserendo, quae a Caribus inventae ferebantur, apud Athenienses autem aliasque gentes dudum in usu erant. Prisco autem more Spartiatae clipeos non inserto per bina δχανα brachio versabant sed loro de cervice suspenso sustentabant soloque manubrio regebant; cuiusmodi clipeum doricum cerni in Martis statua clarissima, quae Ludovisia vocatur, observarunt Daremberg et Saglio I p. 1251, iisque assentiri se amicus collega Holwerda hac de re interrogatus mihi dixit. Qui clipeus praeter balteum duobus annulis alligatum duo habet manubria; horum autem is videtur fuisse usus, ut miles pro re nata modo hoc modo illud manu prehen-deret. Tertio demum ante Chr. saeculo Cleomenes rex Lacedaemonios iussit τὴν ἀσπίδα Φερεῖν δι' δχάνης, μὴ διὰ πόρπακος. Dorica autem voce πόρπακι — nam doricam esse testatur terminus -ᾶξ — indicabatur qui apud Homerum audit τελαμών, balteus fibulis (πόρπαις) scuto annexus; quod clare ostendunt Aiacis Sophoclei ad filiolum verba:

ἄλλ' αὐτό μοι σύ, παῖ, λαβῶν ἐπόνυμον,
Εὐρύσακες, ἴσχε διὰ πολυρράφου στρέφων
πόρπακος ἐπτάβοιον ἄρηκτον σάκος,

et veteres interpretes, qui negabant Aiacis scutum πόρπακα habuisse, hanc vocem cum rotundorum clipeorum δχάνοις confuderunt.

Clipeorum autem a Cleone post victoriam in stoa poecile suspensorum balteos praesertim oculos Atheniensium, a quorum armis eiusmodi lora aliena erant, in se convertisse, facile intellegimus; itaque aptam nunc iocandi materiem praebent comico. Si vero cum Aelio Dionysio (apud Eustath. 905, 52) πόρπακα interpretamur manubrium in clipei parte interiore, cum alia nascuntur incommoda, tum vero noster locus faceti quid habeat non video.

In ore mulieris Laconicae πορπακισάμενος Lys. 106 idem valet quod ἐνασπιδωσάμενος, Pacis autem dea epitheto iocose poetico

μισοπορπακιστάτη ornatur Pac. 662. Infra denique vs. 1372, ubi Cleonymi taxiarchi Atheniensis commemoratur *πόρπαξ*, aut prisci alicuius poetae verba imitatur comicus ¹⁾ aut de re nobis ignota iocatur.

Vs. 1167 Demo placentam offert Paphlago

ἐκ τῶν δῶν τῶν ἐκ Πύλου μεμαγμένην.

Quae verba ut suo pretio ab omnibus lectoribus aestimentur vereor, frustra certe apud interpretes quaero quae huc facere mihi videntur. Sunt autem festiva satis. Et Cleonis illam victoriam nunc quoque cum risu respici nemo non videt. Neque vero *δῶς* vel *hordei grana* quasnam dicat Paphlago obscurum est. Nam cum capta est Sphacteria, in insula illa, quam per trimestre fere spatium inclusam tenuerant Athenienses, inventum etiam est frumenti aliquid ²⁾; neque minus tunc temporis fama celebratum est illud hordeum, opinor, quam olim apud patres nostros olla moreti quae in hostium fugatorum castello deprehensa est calida adhuc, cum Lugdunum Batavorum post longam obsidionem liberata est urbs, cuius rei usque ad hunc diem inter nos vivit memoria. Fortasse autem Athenas illud hordeum advexerat Cleon, quo clarius civibus appareret non fame sed vi et armis fractos esse animos invictorum illorum Lacedaemoniorum. Hae igitur sunt *αἱ δὲ αἱ ἐκ Πύλου*, neque vulgarem nunc placentam sed suam ipsius totiusque populi gloriam Paphlago gustandam praebet seni.

Indicare nunc liceat locos unum at alterum, ubi Ravennatis codicis lectio a ceteris discrepans immerito ab editoribus quibusdam recepta esse mihi videtur.

Quorum locorum primus est vs. 61. Spectatoribus illic narrat servus quomodo Paphlago senis mentem sibi devinciat:

ἡμᾶς δ' ἀπελαύνει, κοῦκ ἔῤ τὸν δεσπότην

ἄλλον θεραπεύειν, ἀλλὰ βυρσίνην ἔχων

δειπνοῦντος ἐστῶς ἀποσοβεῖ ... τοὺς ῥήτορας.

1) Vid. e. g. Eur. Hel. 1376.

2) Thucyd. IV 39 § 2.

ἄδει δὲ χρησμούς· εἶθ' ὁ γέρων σιβυλλιά,
 ὃ δ' αὐτὸν ὡς ὄρᾳ μεμακκοακότα,
 τέχνην πεποίηται· τοὺς γὰρ ἔνδον ἄντικρυς
 ψευδῆ διαβάλλει· κᾶτα μαστιγούμεθα
 ἡμεῖς, Παφλαγῶν δὲ περιθέων τοὺς οἰκέτας
 αἰτεῖ, ταραττει, δωροδοκεῖ κτέ.

Itaque dum coenae herus assidet — ait servus — *Paphlago cetera familia remota oracula canere incipit, χρησμοῦδεῖν ἄρχεται: statim dein malo sibyllino senex corripitur, vel ut nos dicimus: krijgt een aanval van de sibylleziekte; non enim de morbo perpetuo sermo est sed de malo quod modo quiescat, modo ut Philoctetis illius dolores exardeat. Ille autem ut primum stupore videt percussum, — βεβιολογημένον non male dixeris verbo ex hodiernorum medicorum lingua desumpto, — eodem semper artificio utitur: cetera mancipia impudenter calumniatur; itaque nos mox vapulamus, Paphlago vero minis nos insectatur.*

Quibus verbis optime inter se cohaerentibus quam vividissime pinguntur quae quotidie iam in aedibus fieri queritur servulus misellus. At in versu 61 scribe id quod praebet R: ὁ δὲ γέρων σιβυλλιά — et dilabuntur omnia, neque facile dixeris quomodo decurrat lepida narratiuncula.

Quod autem vel sic servuli nostri sermo negligentius procedit, id nemo mirabitur — nedum vituperet — qui inter colloquia vitae quotidianae et oratorum dictionem bene moratam aliquid interesse meminerit. Nam si quis accurate omnino loqui vellet, ita fere haec omnia essent concinnanda: τέχνην δὲ ταύτην πεποίηται· χρησμοῦδεῖν ἄρχεται, καὶ ἔπειτα τοῦ γέροντος σιβυλλιῶντος καὶ μεμακκοακότος, τῶν ἔνδον τινὰ ἄντικρυς ψευδῆ διαβάλλει· κᾶθ' οὗτος μὲν μαστιγοῦται, Παφλαγῶν δὲ τοὺς ἄλλους περιθέων αἰτεῖ κτέ.

Vs. 177 *Beatissimum esse te scito, Isiciarium stupentem alter servus alloquitur,*

γίγναι γάρ, ὡς ὁ χρησμός οὕτως λέγει,
 ἀνὴρ μέγιστος.

Quae dum dicit, ostendit ei ipsum oraculorum volumen — an tabulam aliquam dicit? — quod eius sodalis modo surripuit Paphlagoni.

Quae quoniam nihil habent quod suspicionem moveat, apparet mero errori deberi id quod invitis numeris praebet R:

γίγνεται γὰρ ὅντως, ὡς ὁ χρησμὸς οὐτοσί λέγει,

et malo omine hanc natam esse coniecturam:

γίγνεται γὰρ ὅντως, ὡς ὁ χρησμὸς σοι λέγει,

ἀνὴρ μέγιστος,

in qua et displicet pronomen inutile σοι, et aegre desideratur demonstrativum illud οὐτοσί, et miserrime languet ipsum illud ὅντως, cuius causa cetera videbantur sollicitanda.

Vs. 698 sqq. Paphlagonis sunt verba:

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' εἰ μὴ σ' ἐκφάγω

ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, οὐδέποτε βιώσομαι.

Cui Isiciarius:

ἦν μὴ ἐκφάγῃς; ἐγὼ δέ γ' ἦν μὴ σ' ἐκπίω.

Haecine insolite dicta vel obscura aliamve ob causam suspecta? Non opinor. Qui fit igitur ut in ultima eaque multis nominibus praestantissima huius fabulae editione sic scripta haec legantur:

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ', εἰ μὴ σ' ἐκφάγω

et: *εἰ μὴ κ'φάγῃς; ἐγὼ δέ γ' εἰ μὴ σ' ἐκπίω,*

ita ut ad priscas de coniunctionum structura dubitationes relapsi esse videamur? Unde autem ista omnia, quae Cobeto certe τῷ μακαρίτη, si etiam inter nos commoraretur, balbutientis potius viderentur quam Attice loquentis? E Ravennate scilicet codice, qui δῆμητρα Γ' εἰ — apertum igitur vitium — habet itemque mox duplex illud εἰ. Quam lectionem peperit recentiorum vox ΔῆμητραN. Videantur modo quae praebet pessimae notae codex M:

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητραν εἰ μὴ σ' ἐκφάγω.

Hoc igitur cum senarii numeros corrumpere, scriptum est in archetypo aliquo

οὔτοι μὰ τὴν Δήμητραν ἂν μὴ σ' ἐκφάγω,

dein excidit alterum AN, tandem insertum est εἰ et in vicinum mox versum irrepsit. Sic certe fungo mihi natum esse vitium. Sed fac me errare in causis morbi indicandis, — nam mortis mille viae, — minime tamen dubium videtur quin sit vitium, et qui operam dederunt ut molestis initis computationibus multisque rationibus subductis contrarium demonstrarent, oleum operamque perdidisse mihi videntur.

De versu 768 paucis defungi licet. Quo loco *nisi diligo te, o Deme*, Paphlago ait,

ἀπολοίμην καὶ διακρισθεῖην διατμηθεῖην τε λέπαδνα.

At ego, retorquet Isiciarius, *nisi te amo, κατατμηθεῖς | ἐψοίμην ἐν περικομματίοις*. Uterque igitur utitur verbulis ex sua arte petitis: *in lora dissecer!* ait coriarius, *minuta e me fiat!* fartor dicit. Manifesto autem vitio codex R *κατατμηθεῖην* verbum tribuit Paphlagoni, hoc enim facit qui *fartum* parat, illud qui *lora*. Qua observatione quadamtenus confirmatur Elmslei Dindorfique coniectura, qui Ach. 301 e codicum verbis *ὄν ἐγὼ κατατεμῶ τοῖσιν ἰππεῦσι ποτ' εἰς καττύματα* hos effecerunt ceticos: *ὄν ἐγὼ τεμῶ τοῖσιν ἰππεῦσι καττύματα*.

Vs. 934 sqq. pessima quaevis Paphlagoni imprecatus Isiciarius *opto tibi*, ait, *ut proximae tibi adstent in olla loligines ferventes, tu autem coram populo sententiam dicturus festines*

ὄπως τῶν τευθίδων

ἐμπλήμενος Φθαίης ἔτ' εἰς

ἐκκλησίαν ἐλθῶν,

ut priusquam in concionem eas, loliginibus istis te impleas, — tunc autem ἐσθίων ἄμ' ἀποπνιγείης.

Haecine parum apta sunt? Non opinor. An obscurius enunciata? Noli credere. Nam *ἔφθη εἰς ἐκκλησίαν ἐλθῶν* si non minus recte potuit dici quam *ἔφθη ἐπὶ τὴν χύτραν ἐλθῶν* (Plut. 685) et similia, nihil obstat quominus nunc quoque, ut saepissime, a participio alterum participium suspenderetur; itaque verba *ἔφθη εἰς ἐκκλησίαν ἐλθῶν τῶν τευθίδων ἐμπλήμενος* nihil habent quod moveat suspicionem: *in concionem pervenit devoratis prius loliginibus*.

Quid autem est Ravennatis aliorumque codicum lectio *ἐλθεῖν*? Est error quo minus rarus — nam sexcenties permutari terminos -EIN et -ΩN omnes norunt — eo magis apertus, idem autem vitium in Nubium versum 1384 irrepsit, ubi dudum est correctum.

Quid igitur movit viros doctos ut a vitiosa illa lectione profecti nova quaedam parum feliciter tentarent? Nescio. Sed id scire mihi videor hoc quoque loco non Ravennatem sequendum esse ducem sed Venetum.

Nunc indicabo aliquot locos, qui corrupti mihi videntur.

Vs. 105 sq. servus alter ἴθι νυν — ad sodalem dicit —

ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολὺν

σπονδήν.

Cui alter poculum vini repletum praebens λαβὲ δὴ αἰτ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος.

Hoc loco σπονδήν illud quamquam sensu non omnino caret, abesse tamen malles, in Veneto autem aliisque codicibus non prioris sed alterius est servi. Qua in re eos sequendos esse suspicor, scribendum autem esse:

σπονδή! λαβὲ δὴ καὶ σπεῖσον ἀγαθοῦ δαίμονος,

collatis Trygaei verbis in Pacis versu 433:

σπονδή! σπονδή! εὐφημεῖτε! εὐφημεῖτε!

et Menandri fr. 292:

σπονδή! δίδου σὺ σπλάγχν' ἀκολουθῶν. ποῖ βλέπεις;

σπονδή! Φέρ' ὦ καὶ Σωσία. σπονδή! καλῶς.

ἔγχει κτέ.

Numquam satis intellexi versum 220:

χρησμοὶ τε συμβαίνουσι καὶ τὸ Πυθικόν.

Nam discrimen quodnam sit inter χρησμούς illos quos dicit servus et τὸ Πυθικόν sive τὸν Πυθικὸν χρησμὸν non video; nihil certe prodest Thucydidis locus II 8 § 2, ubi τὰ λόγια sive *praesagia vatium* et *χρησμοὶ* sive *deorum oracula* distinguuntur. Quapropter dubitanter hanc propono coniecturam:

χρόνοι τε συμβαίνουσι κατὰ τὸ Πυθικόν,

et tempora conveniunt secundum oraculum Delphicum. Praedixit enim deus post coriarium venturum isiciarium, hic autem ὥσπερ κατὰ θεὸν modo supervenit. Quam saepe confusa sint κατὰ et καὶ nemo nescit, vocis autem χρόνου signum vetustum ἧ erroris causa existere potuit.

Versu 259 sq. Paphlago dicitur ἀποσुकάζειν πιέζων τοὺς ὑπευθύνους,

σκοπῶν

ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων ἢ μὴ πέπων.

Quae integra esse ut credam ne Vahlenii quidem — quae magna apud me est — auctoritas locive ab eo collati Eur.

Or. 441 Ar. Lys. 128 Aesch. Sept. 197 me permovent. Sed sedes mali ubi sit quaerenda dubitari potest fortasse; in ὠμῶν autem adiectivo vitium inesse aliquando cum putarem, tentabam:

ὅστις αὐτῶν πλήρης ἐστὶν εἰ πέπων ἢ μὴ πέπων.

Postea tamen intellexi hoc certe ambiguae potestatis adiectivum esse integerrimum. Leni digitorum pressu rustici efficiunt ficus sintne plenae atque maturae an immites vel cassae: sic Paphlago eos qui magistratum nuper deposuerunt pertemptat et explorat, missos autem facit τοὺς ὠμούςς sive viros feroces et constantes, mites vero et imbelles homines eisdemque divites praedam suam facit atque πιέζει, ut ab ipso ἰπούμενοι amplis largitionibus salutem emant. Itaque reiecta infelici illa suspicione *ultima* versus verba corrupta esse censeo. Quae ut leni coniectura sanari possint vereor, et deteriora etiam quam id quod traditum est mihi videntur quae proposita sunt: ἢ μηδέπω et: ἢ μὴ ἐκπέπων. Sed „μὴ πέπων” glossema esse ad „ὠμός” pertinens si meo iure statuo, sequitur ut *lacunam* indicemus in versus exitu; quae quomodo sit explenda nunquam fortasse pro certo poterit effici. Equidem propono:

ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστὶν ἢ πέπων καὶ μαλακός.

Vs. 271 sq. alterius hemichorii dux haec dicit:

ἀλλ' ἐὰν ταύτη γε νικᾷ, ταυτῇ πεπλήξεται.

ἢν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρὶ, πρὸς σκέλος κυρηβάσει.

Quae verba ita interpreto: *istac* — i. e. in Isiciarium alterumque servum — *si impetum fecerit Paphlago, istic profligatus iacebit*, in scena igitur; *hac vero si pugnae subducere se conatus fuerit, nostris* — nostrorum equorum — *cruribus impinget*. Minime igitur cum scholiasta facio, qui ταύτη interpretatur πύξ, neque cum interprete recentiore, qui ad ταύτη mente supplebat τῆ πάλη. Sed hac de re quicquid statuitur, *vincendi* verbum hinc alienum esse dudum est observatum, de *fuga* enim vel de *clade* agitur potius. Quapropter sententiae fere convenit id quod coniecit Halbertsma: ἐὰν ταύτη γ' ὑπείκῃ, equidem tamen suspicor non id ipsum dedisse comicum sed

ἐὰν ταύτη γε τείνῃ.

Quo ducit me Ranarum versus 1101, ubi Aeschylus in Euripidem dicitur τείνειν βιαίως.

Omnium consensu corrupta sunt chori verba vs. 325:

ἄρα δῆτ' οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐδήλους ἀναι-
δειαν, ἤπερ μόνη προστατεῖ τῶν ῥητόρων;

Nam in fine abundare syllabam testatur metrum. Quapropter Bentleium secuti editores scribere solent:

ἤπερ μόνη προστατεῖ ῥητόρων.

Sic vero numeri melius placent quam sententia. Nam necessarius fere videbatur articulus qui deletus est, vox vero ῥήτωρ molesta est potius quam sententiae accommodata. Quapropter suspicor gravius quid perpessum esse hunc locum, *glossema* enim huc quoque irrepsisse; scripserim autem:

ἤπερ μόνη προστατεῖ - υ - .

Quam lacunam ita de meo supplere sum conatus:

ἤπερ μόνη προστατεῖ τῆς πυκνός.

De versu vicino 327, ubi θλίβεται pro λείβεται scribendum esse arbitror, dixi quae dicenda videbantur in Mnemos. 1899 p. 154.

Ἀπορίαν non ut solvam sed ut indicem de versu 385 quaedam in medium proferam. Quo loco chorus Isiciarii clamorantem impudentiam demiratus canit quae sequuntur:

ἦν ἄρα πυρός θ' ἕτερα θερμότερα, καὶ λόγων
ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι·

καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἄρ' ἦν Φαῦλον ὧδ' - υ - .

Verum igitur erat illud, quod saepe audivi sed verum esse nunquam antehac persuadere mihi potui, extare quae ipso igne sint calidiora. Nempe ὁ πανούργος Παφλαγῶν — ut infra dicitur — ἡὔρεν ἕτερον πολὺ πανουργίας μείζοσι κεκασμένον.

Hic addubito illud ἐν πόλει. Quod si sanum, statuendum est articulum, qui in sermone quotidiano necessarius erat, in chorico omissum esse more poetico. Sed levius hoc est. Quid vero significant sequentia? Nihil opinor, et vereor ut multum prosint supplementa quae sunt proposita. Quapropter notatu dignissima videtur lectio, quam Aldina et fortasse scholia praebent: Φλαῦρον pro Φαῦλον. Quid autem inter utrumque intersit adiectivum saepius exposuerunt Cobet et Naber¹⁾: Φαῦλον me-

1) Vid. Cobet Collect. Crit. 1878 p. 547, Naber Mnemos. 1879 p. 58 sqq. et 1899 p. 157 sqq.

diocre, leve, facile, εὐτελής est, Φλαῦρον malum, vile, spernendum, κακὸν ἢ μοχθηρόν. Et nostri loci contextus hoc fere requirere videtur, quod sermone pedestri indicabo, quoniam quid dederit poeta non exputo: καὶ τὸ πρᾶγμα οὐκ ἄρ' εἰς Φλαῦρον ἄνδρα ἀνήκει, et viro minime spernendo res nostra iam est concedita.

Vs. 435 sqq. sic Isiciarius:

οὐ τοι μὰ τὴν Δήμητρα καταπρόϊξει τάλαντα πολλὰ
κλέψας Ἀθηναίων,

paucisque interiectis Paphlago:

σὲ δ' ἐκ Ποτειδαΐας ἔχοντ' εὐ οἶδα δέκα τάλαντα.

Quibus iusta gradatio ut insit, non *multum* suffuratus esse Isiciarius dicendus est sed certam aliquam pecuniae summam, eamque decem talentis aliquanto minorem. Quod cum mecum reputarem, veri indicium inesse visum est Veneto codici, qui litteras *ανταπολλα* in rasura habet a manu secunda scriptas; *τάλαντα πέντε* autem an scribendum esset cum dubitarem, plane mihi persuasit qui in eandem coniecturam inciderat amicus Hartman. Itaque signum decadicum Π̄ pro πέντε scriptum erroris causam extitisse arbitror; quod si meo iure statuo, conferendus est Nubium versus 1065, quem correxisse mihi videor:

Ἐπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχων πλεῖν ἢ ἑκατὸν (Ἢ) τάλαντα
εἴληφε διὰ πονηρίαν.

Quo loco πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ est in codicibus. Neque hinc alienus est Herodoti locus IV 153, ubi Theraei dicuntur colonos misisse ἀπὸ τῶν χώρων ἀπάντων ἑπτὰ ἐόντων ἄνδρας. Quo loco necessarium esse numerale senserunt Cobet et Mahaffy, *διηκοσίους* igitur interserentes: ἄνδραC <C>.

Vs. 503 sqq. tetrametris τῆς παραβάσεως hanc cohortationem ad spectatores praemittit chorus:

ὕμεις δ' ἡμῖν προσέχετε τὸν νοῦν
τοῖς ἀναπαίστοις,
ὦ παντοίας ἤδη Μούσης
πειραθέντες καθ' ἑαυτοῦς.

Hic sequendum non esse Bentleium *πρόσχετε* corrigentem sed in hoc uno verbo legitimum fuisse proceleusmaticum, nullae computationes „statisticae” mihi persuadebunt unquam; καθ'

ἐαυτούς autem quam sit absurdum optime apparet si ita interpretamur ut fecit is qui patrocinium horum verborum suscepit: vos qui et ipsi saepe poemata scripsistis — aliam autem explicationem vix admittunt. Quapropter Deventeri — immo ipsius Cobeti — coniecturam καθ' ἑορτάς gratus accipio. Praeterea autem non numeri tantum movent suspicionem — nam tetrametros potius exspectari multi observarunt — sed duplex quoque datus ἡμῖν et τοῖς ἀναπαίστοις est molestissimus. Suppleverunt alii alia, sed nondum vidi propositum id quod verum duco:

ἡμεῖς δ' ἡμῖν πρόσσχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀναπαίστοις (ἐπιούσιν),
ὦ παντοίας ἤδη Μούσης πειραθέντες καθ' ἑορτάς.

Conferantur tetrametri qui Acharnensium parabasim aperiant:

ἀνὴρ νικᾷ τοῖσι λόγοισιν, καὶ τὸν δῆμον μεταπέθει
περὶ τῶν σπονδῶν. ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις
ἐπίωμεν.

Belli tempore quoniam strenua facinora edidimus quam plurima, — chorus ait vs. 580, — *pax si quando fuerit inita*
μὴ Φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι μὴδ' ἀπεστλεγγισμένοις,
graviter ferre nolite quod capillis utimur promissis cutemque abradimus strigile. Et κομᾶν quidem verbum optime illustratur verbis Lysiae, quae dudum sunt collata: χρὴ τοὺς Φιλοτίμως καὶ κοσμίως πολιτευομένους ἐκ τῶν τοιούτων σκοπεῖν, ἀλλ' οὐκ εἰ τις κομᾷ, διὰ τοῦτο μισεῖν. Sed quid sibi vult illud ἀπεστλεγγίσθαι? Novum est verbum, novum autem est crimen; nam neque soli opinor inter Athenienses strigile utebantur equites, neque illius instrumenti vestigia in corpore remanebant post balneum; quapropter aliena videtur eius mentio a loco nostro, ubi commemorantur quae equitum aspectus habeat insolita. Στλεγγίδα autem non strigilem tantum significasse sed etiam capitis quoddam ornamentum, testantur scholia ad nostrum locum aliique grammatici, testantur Xenophon et Theopompus, testantur lapides. Cuiusmodi fasciae sive taeniae cum aptissime sociari possint capillis promissis, vix et ne vix quidem dubito quin στλεγγίσιν ἐστεφανωμένοις interpretandum sit participium quo usus est comicus. Quod si recte statuo, levi vitio textum traditum liberandum esse apparet. Nam ἀποστλεγγίσαι, ut ἀποξύσαι, non nisi de abradenda cute dici potuit, sed caput ornare aut

διαστλεγγίσαι fuit, ut διακτενίσαι vel διαδήσαι, aut ἀναστλεγγίσαι, ut ἀναδησαι et ἀναστεφανῶσαι.

Itaque lego:

μη΄ Φθονεῖθ΄ ἡμῖν κομῶσι μηδ΄ ἀΝεστλεγγισμένοις.

In fine antepirrhematicis postquam equites enarrarunt res ab ipsorum equis in agro Corinthio strenue gestas, addunt *Theorum* cancri alicuius Corinthii dicerium festivum rettulisse (vs. 608):

ᾧστ΄ ἔφη Θέωρος εἰπεῖν κάρκινον Κορίνθιον κτέ.

Theorum autem si expeditioni illi adfuisse statuimus, *phylarchi* e. g. munere functum, non video quid faceti hi versus habeant. Neque probabilior videtur Muelleri Struebingii coniectura, *legatum* nuper eum missum esse Corinthum, *ibi* autem cancos audivisse conquerentes. Quapropter sumere malo Theoro in vita communi aliquid cum cancris fuisse saepe, itaque in *macello*, non in *equitum turmis* esse quaerendum, sive opsonatum illuc ventitabat homo gulae deditus, — quam explicationem inter nugas multas praebent scholia, — sive *cancros in foro vendebat*, quod suspicor equidem. Nam eiusmodi tantum hominem cum cancris colloquia inire comicus haud inepte fingere potuit. *Salsamentarius* igitur fuerit Cleonis coriarii hic amicus. Nam demagogi sectator ille, quem noster his annis in Acharnensibus Nubibus Vespis saepius agitavit, quin nunc quoque rideatur, neque aliis opinor videtur dubium neque mihi.

Vs. 706 sq. post multas Paphlagonis minas ὡς δξύθυμος! ridens exclamat Isiciarius; dein ad ipsum conversus:

Φέρε, τί σοι δῶ κατάφαγεῖν;

Quae vero addit in textu tradito nec caput nec pedem habent:

ἐπὶ τῷ Φάγοις ἤδιστ΄ ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

Nam ἐσθίειν τι ἐπὶ τινι sive ἐπεσθίειν est opsonium vel condimentum addere cibo vel subiungere, id vero plane hinc alienum est. Contorta autem sunt quae viri docti proposuerunt: ἐπὶ τῷ Φάγοις ἠσθεῖς ἄν vel: ἐπὶ τῷ φαγῶν ἤδοι(τ)΄ ἄν, — ut alia mittam, quae longius etiam a vero aberrare mihi videntur. Equidem non dubito quin comicus scripserit:

ἐπὶ τῷ μάλισθ΄ ἤδοιτ΄ ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ;

Quae verba ad chorum sive spectatores dici cum Kockio arbitror.

Participium *Φαγών* verbo *ἤδοιτο* superscriptum — ad explendam scilicet sententiam — erroris causa extitit, nisi fallor; confero autem Dicaeopolidis verba Ach. 799:

τί δ' ἐσθίει μάλιστα.

Vs. 743 sq. sic esse legendos:

*ὃ τι; στρατηγῶν, ὑποδραμῶν τοὺς ἐκ Πύλου,
πλεύσας ἐκέισε τοὺς Λάκωνας ἤγαγον*

demonstratum ivi Mnemos. 1887 p. 460.

Vs. 877 Paphlago dicit:

ἔπαυσα τοὺς βινουμένους, τὸν Γρύττον ἐξαλείψας.

Sic certe est in codicibus, sed lectionem alteram scholia praebent τὸν γρυπὸν. Quam veram esse, mirificum autem illud nomen proprium Γρύττον librariis deberi, testari mihi videtur articulus. Gloriatur igitur Paphlago se bonis moribus invigilasse nomine illius hominis, cuius nomen aduncum nostis, ex albo civium deleto. Nempe vetabat quidem lex ne quis ἡταιρηκῶς civium iure uteretur, sed rarissimas Athenis fuisse ἑταιρήσεως γραφὰς facile intellegimus; itaque admirationem nuper moverat Cleon famosum aliquem virum ἐκ τοῦ ληξιαρχικοῦ γραμματείου ἐξαλείψας. Quis autem fuerit ille adolescens, qui ὁ γρυπὸς nunc dicitur, nescimus; sed nobilis eum gentis, morum autem dissolutorum fuisse contextus docet. Nam nisi claris natalibus fuisset nebulo, quem Cleon capite deminuendum curaverat ὡς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακτότα, indignum nimirum qui coram populo verba faceret magistrature fungeretur, comicus nunc de eo taceret, opinor. Eandem autem ob causam non suo nomine designatur, sed tectius indicatur cognomento quodam, de quo audiamus Socratem (Plat. Rep. 474e): „puer dilectus si simus „est, ἐπίχαρις dicitur ab admiratoribus, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν φατε εἶναι, fuscus viriles dicitis, candidos autem divum „gnatos”. Conferatur etiam Herodae in Mimiambis locus, ubi muliercula tabulam pictam admirata „et cetera” ait „ad vitam sunt expressa et ὁ γρυπὸς οὗτος ἄνθρωπος” (IV 67).

Vs. 1290 sqq. Chorus lepide admodum verba Phaedrae Euripideae imitata de vitae humanae aerumnis conquerentis *Insomnis*

ait *longas noctes transigo, dum Cleonymi illius famem insatiabilem infinitasque epulas e mente dimittere nequeo, admirabundus autem rogo ὁπόθεν ποτὲ Φαύλως ἐσθίει, unde tandem victum suum quotidianum facile inveniat ille!* Nempe fide maius dicitur, quod istius hominis, qui nunc cum ceteris Cleonis amicis e plebeculae latebris protractus *taxiarchi* munere fungatur, quotidie iam impleatur venter. Olim vero misere esuriebat, et ne μάκτρα quidem legitima tunc ei erat, ἀλλ' ἐν θυσίᾳ στρογγύλη ἐνεμάττεται, — ex quibus verbis Strepseudis illius ¹⁾ non sine causa effecisse mihi videor *pharmacopolam* fuisse Cleonymum, in eodem igitur mortario cum herbas suas pulveresque medicinales contrivisset polentam pinsuisse ridicule illic dici. Quicquid id est, noster locus hactenus minime est obscurus. Sed molesti quid habent quae sequuntur:

Φασὶ γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον τὰ
τῶν ἐχόντων ἀνέρων
οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς σιπύης·
τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἂν ὁμοίως·
„ἴθ', ὦ ἄνα, πρὸς γονάτων,
„ἔξελθε καὶ σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ”.

Quae verba longe maximam partem integerrima mihi videntur, primum vero versum lacunosum esse ipsi docent numeri. Quid igitur intercidit? Inserta sunt μέν, νῦν, alia fortasse, sed fugit viros doctos desiderari indicium *temporis praeterlapsi*. Nam qui sequuntur infinitivi οὐκ ἂν ἐξελθεῖν et ἀντιβολεῖν ἂν in orationem rectam cum transferuntur, fiunt: οὐκ ἂν ἐξῆλθεν et ἤντεβόλου ἂν, de *iterata* autem actione more Aristophaneo dictum est utrumque ἂν. Itaque aut πρίν aut ποτε intercidit, scribo autem

Φασὶ γὰρ <ποτ'> αὐτὸν ἐρεπτόμενον κτέ.

Olim enim divitum catilla ligurrare iste solebat — sed lyricis verbis id dicit chorus. Quo tempore de panario depelli se non facile fuisset passus. Homines autem, apud quos versabatur, veluti daemone aliquem ἀλιτῆριον eum adire solebant supplices, an forte posset exorari ut coenae tandem aliquando parceret ipsisque aliquid reliqui faceret. Quae festivissime enunciata sunt omnia, et melius

1) Nub. 675 sq.

etiam placerent fortasse si cognitus nobis esset locus, quem imitatur nunc comicus vel respicit; — nam poeticis perpetuo verbis eum uti videmus. Quorum echo quaedam, quod notatu minime indignum mihi videtur, percipitur in verbis hisce An-docididis (I § 130 sq.): 'Ἰππόνικος δὲ ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων· τότε μέντοι πάντες ἴστε ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναίκοις κληδῶν ἦν καὶ ἐν ἀπάσῃ τῇ πόλει κατέσχευεν, ὅτι „Ἰππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει.” μέμνησθε ταῦτα, ὦ ἄνδρες. πῶς οὖν ἡ Φήμη ἢ τότε οὔσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οἰόμενος γὰρ Ἰππόνικος εἶδεν τρέφειν ἀλιτήριον αὐτῷ ἔτρεφεν, ὃς ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα. οὕτως οὖν χρὴ περὶ τούτου γιγνώσκειν, ὡς ὄντος Ἰππονίκου ἀλιτηρίου.

Vs. 1373 sqq. quamquam in integrum restituere nequeo, aliquid tamen de iis dicendum videtur. Sunt autem hi. *Posthac* — Demus ait, qui pristinum vigorem iam recuperavit — *neque remigio subducetur merces diurna, neque militiam detrectare licebit armatis,*

οὐδ' ἀγοράσει τ' ἀγένης ἐν ἀγορᾷ οὐδεῖς.

Cui Isiciarius:

ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;

Priorem versum corruptum esse nemo non videt, consulto autem id scripsi quod habet codex R, ne aperti vitii vestigia delerem; in ceteris codicibus est: οὐδ' ἀγοράσει γ' (vel δ') ἀγένης οὐδεῖς ἐν ἀγορᾷ (ἐν ἀγορᾷ Aldina). Ipsum autem verbum ἀγοράζειν vix minus molestum est mihi quam particula τε numerive corrupti. Nam id quidem certum est, errasse philologos qui duplici sensu *concionandi* et *mercandi* illud verbum hoc loco usurpatum esse perhibuerunt; quod neque *concionare* valet alibi, neque si quam maxime valeret, huic enunciato aptum esset. Non enim in aevo Homerico nunc versamur, quo conciones *in foro* habebantur praeside Iove Ἀγοραίῳ, viros autem ἀγορῆ nihilo minus *κυδαίνειν* censebatur quam virtus bellica, et ἀγορητῆν εἶναι in laude ponebatur; sed Athenis conciones fiunt in Pnyce, in forum autem homines confluunt quotidie ut victum emant vel inter se confabulentur, iuvenibus vero turpe habetur illic versari atque *στωμύλλειν*, et omnino ἀγοραῖοι homines idem

dicuntur qui *πονηροί*. Itaque hoc dicit Demus: *aeuum Cimoneum quoniam iam rediit, imberbibus non licebit posthac in foro versari.* Cui festiue respondet Isiciarius: *At „imberbibus” si forum erit vitandum, Clisthenes ille et Strato unde habebunt sua opsonia? Molles enim hi homines pueritiae quidem annos dudum erant egressi, sed tamen λῆτοι etiamtum erant ὥσπερ ἐγγέλεις.*

Quid sequitur ex iis quae hactenus disputavi? Verbo ἀγοράζειν Demum non esse usum, Isiciarium vero ex eius verbis iocose efficere aliquid, quod ab eius mente esset alienum. Sed etiam longius a vero aberravit vir doctus qui Demo e coniectura haec tribuit: οὐδ' ἀγοράσει ἀγένοιος οὐδεὶς ἐν πόλει, nam in arce mercari quid poterat quisquam?!

Sed potuit certe scribere comicus id quod exempli gratia propono:

δείξει δ' ἀγένοιος αὐτὸν οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ.

vel:

οὐδ' εἰς ἀγορὰν εἴσεισ' ἀγένοιος οὐδὲ εἷς.

Non istos dico, respondet Demus, sed puerulos qui inter unguentiariorum tabernas talia garrunt:

σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανεν.

Quae mira profecto sunt verba! Nam etiamsi sumamus quod statui solet, Phaeacem nescio qua in causa poenam capitalem callide nuper effugisse, qua de re nihil aliunde est cognitum, creditu tamen difficile est id dici potuisse *callide non mori vel non interfici*. Praeterea e verborum contextu efficio Phaeacem non in vitae periculum adductum esse nuper sed *psephisma aliquod pertulisse*. Quod si iure meo contendo, speciem fortasse habet haec coniectura:

σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέτυχεν.

Sed sive ipse nunc ἀπέτυχον sive acu rem tetigi, finem iam disputandi faciendum esse monet typhotheta.

AD TACITUM.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.



Tacitus, Ann. I. 2 „(Augustus) consulem se ferens et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum.”

Augustus teste Dione LI. 19 post pugnam Actiacam a senatu accepit tribunatum perpetuum, quem honorem non usurpavit, nam eodem referente Dione LIII. 32 cum consulatum Lucio Sestio cessisset anno 23 διὰ τοῦτο ἡ γερουσία δήμαρχον αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, vel potius potestatem tribuniciam, specie annuam, ei dedit, nam ab eo anno *anni trib. pot.* Imperatoris memorantur 23 a. C. + 14 p. C. = 37, usque ad mortem Imperatoris, cf. Imhoof-Blumer Porträtkopfe p. 7, nec post, nisi semel peculiari de causa a^o 5 a. C. per aliquot menses, consulatum gessit; contra ante, a. 31—23 quotannis consul fuit, cf. Suet. Aug. 27 et Klein in Fastis. Separavit igitur munera, nec simul consul et trib. pot. fuit. Num propter causam legitimam sic egerit nescio, sed convenit certe cum forma et natura civitatis Romanae: qui tuetur plebem Rom. opponit se, quoties opus, populo et patribus, quorum defensor est consul, saepe adversarius tribuni, sic absurdum est eidem homini munus utrumque imponi. Sed hoc misso apparet vix cum re gesta verba supra scripta convenire.

Ipsa verba habent etiam quo offendant. Qui tribunicia potestate fungitur et *simul consul est*, non est *contentus* tribunicia potestate. Non video quomodo negem. Quod si quis dicat artissime cohaerere cum *contentum* verba „ad tuendam plebem”, ut praeter *trib. pot.* aliud tanquam oppositum cogitetur quod eo inserviat sive tri-

bunatus sive dictatoris potestas, obiciam Tacito non cogitationem obversari potuisse aut tribunatus a patricio Imperatore gesti aut dictaturae cum consulatu cumulatae. Haec inaudita, praesertim civi Romano. Verba „ad tuendam plebem” non sunt necessarium sed explicativum complementum quasi: „et (ad tuendam *quidem* plebem) trib. iure cont.”.

Res et verba suadent ut duo membra disiunctive accipiantur; saepe consulem se ferebat aut cum consulatum recusasset, contentum tribunicia potestate. Utrobique fingeat: *non* erat simpliciter consul, sed multo maior, *non* erat trib. pot. contentus, nam multo plus poterat. Propterea illud *et* suspectum, et multo praestaret *aut*. Tacito, qui saepe parum consulit vulgari lectori et sic, in Annalibus praecipue scribit ac si sententia indicanda potius sit probe scientibus, quam ignaris explicanda, maius quid facile conceditur quam aliis auctoribus, quapropter *et* suos defensores habebit. Sed auctor, cui clare res ob oculos est, quam tractat, *aut* usurpabit; reapse *et* stili quod aiunt vitium est.

PRO M. CAELIO § 5.

Postquam ostendit orator Caelium non tantum parentibus, sed etiam municipibus esse probatum, ita disserere pergit: *videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt, si nituntur iudicio suorum. neque enim vobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti tali viro, verum etiam municipio tam inlustri ac tam gravi displiceret.* Lectione vulgata in dubium uocantur ea, quae omnino non sunt dubitanda et ea extra omnem quaestionem posita esse oportet. *Fundamenta* inquit *sunt firmissima, si nituntur iudicio suorum.* At uero modo ipse contendit illi conditioni satis esse factum neque Caelium suis i. e. parentibus et municipibus displicere. Requiritur autem sententia non condicionalis sed causalis. Defensio nititur firmis fundamentis, quippe quod nitatur iudicio suorum. Id habebimus, ubi scripserimus: *quae firmissima sunt, si <quidem> nituntur iudicio suorum.*

J. v. D. V.

DE HELIAEIS ATHENIENSIBUS.

SCRIPSIT

J. V Ü R T H E I M.



Quemadmodum in vita cottidiana ad pavementum aequum et firmum sternendum minoribus aequae ac maioribus lapidibus opus est, sic scientia ne minimos quidem lapillos spernit ad eam viam muniendam, quae ad veram rerum cognitionem ducat. Atque ut in aedificando materia quam maxime arida praecipue eligitur, sic in quaestionibus ad antiquitatem pertinentibus ne aridissima quidem aspernari nos oportet. Minima, maxima, iucundiora, molestiora eodem omnia spectant atque inde suum pretium adipiscuntur.

Hisce cogitationibus permotus benevolum lectorem provoco ad observatiunculas quasdam de numero heliaeearum Atheniensium perpendendas. Scholiasta enim ad Arist. Plut. vs. 277 iam olim docuerat Athenis quondam fuisse decem tribunalia; videbatur autem esse homo fide historica indignus, quem scriptorem nullius pretii vocare Gilbertus in prima editione libri sui (*Handbuch der Griechischen Staatsalterthümer* I p. 377 ann. 2^a) non dubitavit. Postquam vero opus Aristotelis de Rep. Athen. fuit repertum, et alii putarunt scholiastae verba non prorsus esse abicienda, et ipse Gilbertus suspicatus est e novo quoque opere effici posse revera decem tribunalia Athenis fuisse. Enumerat igitur v. d. decem nomina sequentia, quae sedulo e variis scriptoribus elegit: *δικαστήριον τριγώνον, παράβυστον, μέσον, μεϊζόν, καινόν, τὸ πρὸς τοῖς τειχίοις, βατραχιῶν, Φοινικιοῦν, τὸ*

Μητίχου, τὸ Κάλλιον. Addit autem in Odeo quoque et in Stoa poecile causas fuisse actas; quaedam vero nomina fortasse idem tribunal indicare (I² p. 445).

Quod ad me, licet Gilbertum quam maximi faciam, hac quidem in re non plane ei assentior, quare et de scholio laudato, et de sententia e Republ. petita, postremo de nominibus allatis quaedam proferre mihi liceat.

Quicumque Scholium ad Plut. vs. 277 vel obiter inspexit, statim videbit e quattuor partibus esse conflatum, quarum una modo alicuius pretii sit habenda. Nam prima pars, quae haec docet: *παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις δέκα ἦσαν Φυλαί. ἔθος οὖν ἀπὸ πασῶν τῶν Φυλῶν δικαστὰς καθίζειν· εἶτα ἀπὸ μιᾶς ἐκάστης ἐλάμβανον ἄνδρας πέντε τοὺς ἐπισημοτέρους· καὶ πάλιν ἐκ τῶν πέντε ἓνα τὸν κλήρω λαχόντα ἐποιοῦν δικάζειν*, est hominis qui opus Aristotelicum numquam sub oculis habuit, vel si habuit, ne verbum quidem intellexit (cf. Rep. Athen. p. xxxi 16 sqq.).

Secunda pars magistello vix doctiori debetur, qui nesciebat varia tribunalia Athenis non literis A—K sed Λ, Μ, etc. fuisse distincta (cf. Rep. Ath. c. 63 § 2 et p. xxxii, 3), nec certam literam rubro colore in fronte aedificii fuisse pictam, sed quoties in tribunali aliquo iudicaretur, literam sorte ductam ab apparitore esse affixam (cf. Rep. Ath. c. 63 § 5). Quae praeterea narrat de virgis iudicum ornatis *nomine* dicasterii, eiusdem sunt farraginis.

Quarta pars non minus ignorantis est. Qui haec nimirum scripsit: *ἐξελέγοντο ἐξ ἐκάστης Φυλῆς ἓνα ἄνδρα καὶ ἕτατον αὐτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα δικαστήρια κριτὰς εἶναι*. Dein perhibet τὴν ῥάβδον fuisse σύμβολον τοῦ δικάζειν, ἵνα ἕκαστος ἀποδιδούς τῷ πρυτάνει τὴν ῥάβδον τριώβολον λαμβάνῃ (cf. Rep. Ath. p. xxxii, 13).

Tertiam vero partem qui scripsit, re vera Remp. Ath. adhibuit, quod textu utriusque operis iuxtaposito statim elucebit.

Scholion :

de Rep. Ath. c. 63 § 4 :

ἔρχεται ἕκαστος εἰς τὸ <δικαστήριον> πινάκιον ἔχων ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα αὐτοῦ (leg. τὸ αὐτοῦ)

ἔχει δ' ἕκαστος <ὁ> δικαστῆς [ἐν] πινάκιον πύξινον, ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ πα-

[καί] πατρόθεν καὶ τοῦ δήμου καὶ τρόθεν καὶ τοῦ δήμου καὶ γράμμα
 γράμμα ἔν τι μέχρι τοῦ Κ. ἔν τῶν στοιχείων μέχρι τοῦ Κ.
 διὰ τὸ πάλαι δέκα Φυλάς εἶναι νενέμηνται γὰρ κατὰ Φυλάς
 Ἀθήνησι· διήρηντο γὰρ κατὰ Φυ- δέκα μέρη οἱ δικασταί.
 λάς.

Ultima verba Reip. Sandys in editione sua p. 236 sic explicat: „<the judges> are divided into ten sections distributed over the tribes; the ten *μέρη* did not coincide with the ten tribes, but each *μέρος* had a nearly equal number of dicasts from all the tribes. The extant *πινάκια* prove that members of different tribes belonged to the same section. (Benndorf Gött. Gel. Anz. 1870 p. 276).”

Scholion autem haec vult: „ut populus in decem phylas, sic iudices in decem sectiones dividebantur, ita ut singulae sectiones ex hominibus singularum tribuum constarent.”

Res nondum diiudicata videtur, de qua ita Gilbertus I^o p. 441: „Ob diese einzelnen Sectionen nur Mitglieder derselben Phyle umfassten, oder wie im 4 Jahrhundert, aus Angehörigen aller Phylen zusammengesetzt waren, lässt sich mit Sicherheit weder bejahen noch verneinen.”

Schoell vero (Ber. d. Bayr. Ak. 1887. p. 7/8) Aristophanis tempore singula tribunalia e civibus singularum phylarum fuisse constituta effecit ex hac inscriptione VI saeculi: <ἱεροποιού<ς> δ>ὲ οἴτινες ἱεροποιήσουσ<ι> τὴν θυσίαν ἄνδρας δέκα δια<κληρῶσαι ἐκ τῶν δ<ικαστῶν ἕνα ἐκ τῆς Φυλῆς ἐκ τοῦ <πίνακος>. Sed vereor ne operam perdiderit. Nam *ἐκ τοῦ πίνακος*, siquidem recte est suppletum, minime idem est ac *ἐκ τῶν πινακίων*; est si quid video *ὁ πίναξ* index qui quotannis sortitione facta componebatur, ut nomina iudicum huius anni publice asservarentur, album igitur iudicum; nec mirum si in hac tabula nomina tributim divisa fuerint. Quare verto inscriptionem: *sorte ducendi sunt decemviri sacris faciundis e numero iudicum huius anni, quorum nomina in albo publico inveniuntur, et quidem singuli e singulis tribubus.*

Fränkel (Att. Geschw. Ger. p. 95) e Vesp. 233 sqq. efficiebat sectiones singulas variis e tribubus fuisse compositas, et recte quidem, nam qui ibi nominantur eiusdem sectionis sed diversis e phylis sunt.

Variis igitur argumentis perpensis arbitror scholiastam textum Reip. Ath. non intellexisse.

Pergit scholiasta :

In Rep. sed *alio loco* legitur :

εἶτα οἱ θεσμοθέται κατὰ Φυλὴν ἕκαστος καὶ δέκατος ὁ γραμματεὺς ἐκλήρουν τὰ γράμματα μέχρι τοῦ Κ·

τὰ δὲ δικαστήρια (vel κληρωτήρια) κληροῦσιν οἱ θ' ἄρχοντες κατὰ Φυλάς, ὁ δὲ γραμματεὺς τῶν θεσμοθετῶν τῆς δεκάτης Φυλῆς·

καὶ τὰ λαχόντα ἴσα τὸν ἀριθμὸν τοῖς μέλλουσι κληροῦσθαι (leg. πληροῦσθαι, Rep. c. 63 § 2) δικαστηρίοις ὑπηρέτης Φέρων ἐτίθει καθ' ἕκαστον δικαστήριον ἕν.

ἐπειδὴν δὲ ὁ θεσμοθέτης ἐπικληρώσῃ τὰ γράμματα ἃ δεῖ προσπαρατίθεσθαι τοῖς δικαστηρίοις, ἐπέθηκε Φέρων ὁ ὑπηρέτης ἐφ' ἕκαστον τὸ δικαστήριον τὸ γράμμα τὸ λαχόν.

Si deles verba *μέχρι τοῦ Κ*, omnia bene se habent; nam literarum quae in fronte tribunalium affixae legebantur, prima erat *λάβδα*, perinde atque litterarum quae *ταῖς βαλάνοις* erant inscriptae (cf. Rep. Ath. c. 63 § 2 cum pag. xxxii, 3).

Scholiasta autem qui Remp. expilavit et male cohaerentia coniunxit, de literis *ἐν τοῖς πινακίοις* verba fieri ratus post vocem *γράμματα* de suo addidit *μέχρι τοῦ Κ*. Non enim e praecedentibus haec verba huc aberraverunt; sed scholiasta, ut supra vidimus, textum quem transscribit explicare conatur, quod simulac incipit, ineptias profert.

Iam satis est. Vidimus e quattuor partibus scholii *unam* modo alicuius esse pretii, hanc autem ex opere de Rep. Ath. fere verbo tenuis esse exscriptam.

Scholiasta vero, cui haec debentur, homo fuit parvi iudicii, qui veritatem suis additamentis obscuravit, ipsumque adeo ordinem sententiarum turbavit. De tribunalium autem numero nihil docet, nam verba *μέχρι τοῦ Κ* (post *γράμματα*), quae ante novum opus repertum alicuius momenti esse videbantur, quantocius sunt eicienda.

Omnibus his bene perpensis Gilbertum iure scholiastae auctoritatem respuisse concedamus necesse est. Nunc videamus an item suo iure e textu Reip. Ath. effecerit decem fuisse heliaeae;

denique quid de decem nominibus, quae in capite huius disputationiunculae attuli, sit censendum.

Provocat igitur vir doctus ad Reip. c. 63 § 2, ex quo loco collato cum p. xxxi, 29 sqq. haec discimus: locus ubi iudices sorte ducuntur divisus est in partes decem, quarum unaquaeque suum sibi habet introitum atque iudicibus unius modo phylae est destinata. In singulis partibus stant denae urnae (κιβώτια), cum singulae phylae in denas quoque sectiones sint divisae. Ex his urnis magistratus sortitur nomina eorum qui eo die iudicis munere sint functuri. Reperiuntur autem in unaquaque parte etiam aliae urnae, in quas *coniciuntur* nomina eorum qui *sorte ducti sunt*; quot tribunalia eo die sedere debent, tot urnae adsunt literis Λ, Μ etc. signatae; nec temere per eos nomina iudicum distribuit magistratus, sed et hac in re sors decernit: iudices enim, qui hoc die triobolum merebuntur, ex hydria ducunt glandes ferreas, quibus eadem literae sunt inscriptae quae in urnis inveniuntur; iisdem literis varia tribunalia distinguuntur.

Haec omnia eodem modo interpretatur Gilbertus, nisi quod censet *semper* adstitisse *decem* urnas, in quas nomina iudicum sorte designatorum essent conicienda, earum autem tot fuisse adhibitas, quot tribunalia hoc die sedere deberent. Quae opinio nititur verbis: *καὶ ἕτερα κιβώτια δέκα, εἰς ἃ (vel οἷς) ἐμβάλλεται τῶν λαχόντων δικαστῶν τὰ πινάκια* (c. 63 § 2), nam sic hucusque ab omnibus editoribus textus supplebatur. Blassius vero in editione tertia annotat: „sed multo plus decem fuerunt; praestatque etiam ob spatium numerum omittere, cf. xxxi. 35.” Quo loco haec leguntur: *παράκειται δὲ τῶ ἄρχοντι κιβώτια* (nullo addito numerali) *ὄσαπερ ἂν μὲλλῃ τὰ δικαστήρια > πληρωθῆσθαι*. Itaque nemo non intellegit e vocabulo suppleto *δέκα* nihil pro certo de tribunalium numero statui posse. Quamquam minime vitupero Gilbertum, qui lectionem ab omnibus hucusque probatam sit secutus.

Denique restat ut nomina tribunalium a v. d. e variis scriptoribus collecta recenseamus.

Nomen *τοῦ Τριγώνου*, licet eius locus adhuc sit ignotus, satis defenditur auctoritate Pausaniae (I 28, 8) et Harpocratonis (i. v.), qui nomen e forma deducunt.

Τὸ Παράβυστον commemoratur C. I. A. II 822 p. 12; Etym. M. p. 651, 50; Harp. s. v.; necnon apud Pausaniam (l.l.), qui addit: ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως ὃν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό. Cuius situs cum nondum sit repertus, — Wachsmuth II 365 in foro, Köhler (Hermes VI 96 A 1) in clivo septentrionali Musaei quaerit — nimis audacter perhibent ultimi editores Hitzig et Blümner verba Pausaniae ἐν ἀφανεῖ τῆς πόλεως niti propria significatione vocabuli παραβύστου (coll. ἐν παραβύστῳ = *clam*).

Quo vero iure annotent: „vielleicht geht darauf Ar. Vesp. 1109” non capio. Haud dubie autem paucis spectatoribus locum praebat invisaque fama fruebatur, quoniam οἱ ἔνδεκα ἐν αὐτῷ ἐδίκασον (Poll. VIII, 121).

Τὸ Βατραχιοῦν et τὸ Φοινικιοῦν apud Pausaniam reperiuntur. Quae nomina a colore deducta pro veris nominibus irrepsisse recte fortasse coniecit Leake p. 258; idem vero quod opinatur Βατραχιοῦν fuisse τὸ ἐπὶ Λύκῳ, id paucis placere poterit, cum iam satis constare videatur certum tribunal eius nominis Athenis non fuisse. (Vide Leeuwenium ad Vesp. vs. 389).

Addit Pausanias unum etiam tribunal a Gilberto neglectum: τὸ μέγιστον καὶ ἐς ὃ πλείστοι συνίασιν: Ἥλιαίαν sive heliaeam κατ' ἐξοχὴν. Sed suspicionem movet nomen, quod numquam non de iudiciis collectis adhibitum hic aedificium indicare debet. Apud Harpocrationem autem i. v. ὁ κάτωθεν νόμος legitimus: Δίδυμος Φησί· τὴν Ἥλιαίαν λέγει ὁ ῥήτωρ διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι, e quibus verbis admodum obscuris Hitzig et Blümner haec efficiunt: „der oft erwähnte grösste Gerichtshof der Athener lag vermuthlich in der Nähe des Areiopags etwa südlich unterhalb desselben, da letzterer als ἄνω βουλή von jenem als κάτω δικαστήριον unterschieden wird. S. Didym. b. Harpocr.” Oculis fere diffidis talia legens.

Curtius, Wilamowitzius, Wachsmuth, alius alio loco τὴν Ἥλιαίαν quaerunt.

Venimus ad nomina Μέσον et Μειζον atque unde provenerint rogamus. Exhibent ea scholiasta ad Vesp. 120 et Pollux (VIII, 121), quorum alter ad Aristophanis verba εἰς τὸ Καινὸν ἐμπεσῶν statim velut superiore e loco docere nos incipit adscribens:

τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος· εἰσι δὲ δ', Παράβυστον, Καινόν, Τρίγωνον, Μέσον. Itaque huic homini si credendum est, fuit in ipso tribunali locus, qui Novum Tribunal vocabatur, nam τὸ Καινόν valet τὸ καινὸν δικαστήριον. Quaeritur autem quo loco et quale tribunal fuerit in quo aliud lateret, nisi forte singula tribunalia parvum in gremio gesserint. Numerus quoque tribunalium „quattuor” minor est quam cui fidem habere possumus, neque nos fugit τὸ Καινόν modo pro τόπῳ ἐν τῷ δικαστηρίῳ modo pro tribunali ipso venditari.

Fac aliquid excidisse, vel frustra amplioris scholii male esse conflata: etiam caecus videbit tali testimonio scientiam nostram de re iudiciaria niti minime posse.

Potius Pollucem evolvamus, ubi exstant in MSS haec: γνώριμα δικαστήρια, ἡ Ἡλιαία, τὸ τρίγωνον, οὐ μέμνηται Δείναρχος· μέσον παράβυστον μεῖζον· παραβύστου δὲ καὶ μεῖζονος μέμνηται Λυσίας. ἐν μέντοι τῷ παραβύστῳ οἱ ἕνδεκα ἐδίκαζον. Quae verba corrupta vel lacunosa a Jungermanno (ed. anni 1706) mutata sunt in: μέτον παράβυστον, μεῖζον παράβυστον, καὶ μεῖζονος δὲ μέμνηται Λυσίας. Iniuria autem, nam unum modo fuisse παράβυστον ipse Pollux docet verbis sequentibus: ἐν μέντοι τῷ π. ε. οἱ ἕνδεκα. Meursius legit: μεῖτον παράβυστον, παραβύστου δὲ καὶ μεῖζονος μεμν. Λ. i. e.: *notabilia tribunalia sunt Heliaea, Trigonum; minoris est Parabystum, Lysias autem commemorat maius insuper Parabystum.* Equidem vocem μέσον, quam Photius quoque tradit (Μέσον: δικαστήριον Ἀθήνησι) mutare nolim; quid enim vetuit medium e tribus dicasteriis τὸ Μέσον appellari? Stabant e. g. in vico τῶν Ἐρμογλύφων aliquot tribunalia, ut docet Plut. de genio Socr. c. 10. Cum Meursio autem arbitror de magnitudine Parabysti aliquid fuisse observatum; quare sic legendum propono: „γνώριμα δικαστήρια: ἡ Ἡλιαία, τὸ Τρίγωνον, οὐ μ. Δ., Μέσον· Παράβυστον μεῖτον· Παραβύστου δὲ ὡς μεῖζονος μ. Λ. ἐν μέντοι τῷ Π. ε. ο. ε., i. e.: *notabilia dicasteria sunt Heliaea, Trigonum, Meson; minus est Parabystum; Lysias autem Parabysti velut maioris tribunalis mentionem facit. Quod ego (Pollux) non credo, nam undecim viri ibi iudicabant.*” Levi certe manu μεῖζον mutatur in μεῖτον, sexcenties autem, ut quis scit, in MSS confunduntur καὶ et ὡς; denique vocabulum μέντοι hucusque ab omnibus neglectum suam iam sibi vim obtinet.

Restituta igitur, ut spero, vera lectione evanuit τὸ Μειζόν.

Sequitur τὸ πρὸς τοῖς τειχίοις (Vesp. 1109), quae verba quid sibi velint nescio. Vocabulum *τειχίον* apud Atticos nonnisi de aedium parietibus aut de agrorum saepimentis usurpatur (teste Hesychio i. v.). Meinekius censet τὰ *τειχία* quae hoc loco commemorantur non differre a *τειχίῳ* cuius mentio fit Eccl. 497. Quid vero sic lucremur non video; libentius Leeuwenio assentior annotanti: „vereor ut sit integrum.”

Τὸ *Μητίχου* nititur Androtionis auctoritate, ut Pollux l.l. perhibet; Photii quoque testimonio defenditur, qui tradit *Μητιοχεῖον*, nomen ductum a *Μητιόχῳ* quodam architecto et oratore τῶν οὐ τὰ βέλτιστα συμβουλευόντων. Utrumque autem nomen stare potest, nam *Μητιόχος* Miltiadis filius ex Herodoto est cognitus (VI, 41), *Μητίχη* meretricula ex Athenaeo (XIII, 567 D).

Sed paullo accuratius consideremus Pollucis locum laudatum, ubi post *Παράβυστον* mentio fit *Μετι(ο)χι* et hisce quidem verbis: τὸ *Μητίχου κάλλιον*, οὐ μνημονεύει Ἀνδροτίων. Sensus, ut quis videt, minime est intricatus: „pulchrius (scil. quam *Parabystum*) est *Metichi tribunal*” — utpote ab architecto perito exstructum; et Hesychio hac de re cum Polluce convenit, annotat enim: τὸ *Μητιχεῖον δικαστήριον μέγα*. *Parabystum* autem, ut meminimus, parvum erat.

Nihilominus ex adiectivo *κάλλιον* male intellecto ortum est novum tribunal Τὸ *Κάλλιον*; cuius ipsum architectum novit Photius: *Κάλλειον* (sic!): *δικαστήριον Ἀθήνησιν ἀπὸ Καλλείου τοῦ πεποικηκότος ἐπώνυμον*. Sic minimis impensis urbs pulcherrimis aedificiis ornari potest.

Denique — nam *στοὰ ποικίλη* ut tribunal satis defenditur C. I. A. II 778 — restat τὸ *Καινόν*, dicasterium omnibus philologis notum, archaeologis vero ignotum, ubi Philocleo a filio Corybantium mysteriis initiatus αὐτῷ *τυμπάνῳ ἕξας ἐδίκαζεν ἐμπεσῶν* (Vesp. 120) ¹). Ubinam autem situm fuerit frustra philologi rogaverunt, ac ni fallor, semper rogabunt, nam aedificium aliquod *publice* appellatum fuisse „Novum”, „Het Nieuwe”

1) Bdelycleo patrem minime Corybantium *τελεταῖς* sanatum transfert Aeginam, non ut fruatur Hecates ope, quod putabat Lobeckius Aglaoph. 242, sed Aesculapii, qui templum in insula habebat auctore Pausania II, 30 § 1.

haud verisimile est. Potius credo unum e dicasteriis supra memoratis paucis annis ante bellum Peloponnesiacum fuisse exstructum vel renovatum atque inde inter Philocleonis comites *vulgari sermone* indicatum esse vocabulo τῷ καινῷ. Sed etiam nunc designari posse videtur quodnam tribunal ita vocatum fuerit, Aristophanes autem ipse ducem se nobis praebere. Qui vs. 1109 eiusdem fabulae choro haec verba tribuit: „οἱ δ' ἐν ᾧδεῖσι δικάζουσι,” meminimus autem Periclem *Odeum* aedificasse (Plut. Vict. Per. c. 13). Locus certe Odei a Dionysi Theatro proximus satellitibus Bacchi Tityris, Satyris, Panibus, Corybantibus haud erat ignotus. Si vero rogas cur comicus alio loco τὸ Καινόν, alio *Odeum* dixerit, respondeo: vs. 120 obstat res metrica, quae pede quarto spondeo (τ' Ὠιδεῖ|ον) uti vetat, deinde vis comica augebatur si in ludicris verbis Xanthiae auditoribus fabulae argumentum exponentis adhibebatur ipse sermo τῶν Φιληλιαστῶν. Altero vero loco (vs. 1109) omnia magis seria sunt ut iudicium minitantium.

Sic e duodecim nominibus a Gilberto commemoratis restant octo: τὸ Τρίγωνον, Παράβυστον, Μέσον, Βατραχιοῦν, Φοινικιοῦν, τὸ Μητίχου, Ὠιδεῖον, Στοὰ ποικίλη; addere velim τὴν Ἡλιαίαν, ac si forte accedet tribunal cuius nomen in verbis τὸ πρὸς τοῖς τοιχοῖς latere suspicor, tunc denique habebimus numerum illum *decem*, quem neque e libro de Republica neque e Scholiastae verbis effici posse demonstrare conatus sum.

ΠΟΛΤΤΡΟΦΟΣ — ΠΟΛΤΦΟΡΟΣ.

In excerptis ex primo Athenaei libro p. 10a heroum Homericorum tantum fuisse dicitur robur, ut ne Nestor quidem prudentissimus senex veritus fuerit sodali vulnerato praebere οἶνον, καὶ τοῦτον πρᾶμνειον, ὃν ἴσμεν παχὺν καὶ πολύτροφον. Dicit grammaticus *vinum densum et forte, οἶνον μέλανα*. Eiusmodi autem οἶνον Graeci vocabant πολυφόρον, quippe qui multam aquam ferret admixtam. Quapropter sycophanta Aristophaneus οἶμοι κακοδαίμων, ὡς ἀπόλωλα! exclamat: οὕτω πολυφόρῳ ξυγκέκραμαι δαίμονι, et vinum praestantissimum τὰ τρία φέρειν καλῶς apud comicum dicitur alibi. Plura addi possent, nisi ὀλιγοφόρον spatium mihi nunc concessum esset.

J. v. L.

DE EZECHIELE POETA IUDAEO.

SCRIPSIT

K. KUIPER.



Exilia sunt, brevia plerumque, neque magni pretii, librorum a Iudaeis Graece conscriptorum fragmenta, quae ex Alexandri Polyhistoris libro *περὶ Ἰουδαίων* Eusebius rettulit in libro nono *Praeparationis Evangelicae*. Inter quae quidquid historicis debetur scriptoribus, Demetrio Malcho Artapano Hecataeo, non solum scatet mendaciis — etenim nomen quoque auctoris saepius ementitum proferunt illa *ψευδεπιγραφα* — sed etiam a Polyhistore ita in brevius est contractum ut ne de ratione quidem dicendi, vel de arte scriptorum — si quae fuit ars! — iudicium ferre nobis hodie liceat. Tamen de historicorum Iudaeorum scriptis, meritis, consiliis Freudenthalius in *studiis Hellenicis* copiosa disseruit doctrina, materiemque quae arida plerisque videbatur illustravit tam eximia diligentia atque amore, ut aliis vix quidquam agendum reliquerit. Sed non ferebant rationes Freudenthalii ut eadem cura perlustraret fragmenta poetica. Quae tamen habent quo detineant nos; minime meherele ut legendo animum oblectemus, ut videamus quam praeclara in imitationibus etiam redeat imago summae quae olim fuerat artis Graecae. Qui tali spe illicitus ad haecce opuscula devenerit, vereor ne mox librum abiciat. Fuit profecto, extitit quondam eiusmodi in Asia quoque poesis, quae proprii ingenii dotibus ita artis Graecae innatam elegantiam exornavit ut novum quoddam genus ex utriusque populi natura atque indole mixtum nasci videretur. Meleagri Gadareni versus, dulces quamvis saepe lascivi, ita fere placent, ut interdum delectat flos vini externus; summa, ac

tamen peregrina vi dicendi ardere carmina Sibyllae quis negat? Verum cave quidquam eiusmodi expectes in Philone epico, vel Ezechiele poeta scenico. Serpunt humi — aut, quod aegrius etiam ferimus, afflatu vano atque tumore immodico balbutiunt. Verum tamen digni sunt ambo in quorum artem sedula fiat investigatio, quo certius efficiamus quantum litterae Graecae valuerint in gentibus subditis, praesertim quid in poetis Graecis legendis illustrandis imitandis elaboraverint Iudaei ante tempora Iosephi atque Philonis Alexandrini.

Excerpta Alexandri quam lacera atque corrupta nobis servata sint in codicibus Eusebianis ¹⁾ non est quod multis dicam. Deficit enim in hac parte Praeparationis codex Arethae (Parisinus A) qui priores tantum quinque libros continet; qui codex licet vitiis omnis generis laboret (abundant enim corruptelae, lacunae, errores ex iotacismo nati etc.) multo tamen melioris fuit condicionis quam codicum farrago ex qua pendet textus librorum sequentium. Gaisfordii editionem vel raptim inspicere sufficit ut videas omni genere errorum peccavisse librarios Eusebii, modo omittendo, modo iterando modo temere mutando; codex autem Marcianus I si revera, quod argumentis demonstrare conatur Heikelius, unicus nobis inde ab initio libri sexti dux sit fidus, idcirco tantum fide dignus esse videtur quod accuratius quam ceteri omnes vitia archetypi innumera servet. — Multo itaque iniquius quam decet is, opinor, iudicaverit de Iudaeorum poetarum arte, qui putet tam turpiter tam barbaramente eos locutos esse quam libri Eusebiani loquentes eos faciunt. Audendum esse aliquid videtur in edendis Ezechielis fragmentis et acriore medicina utendum quam sive Gaisfordus, sive Dindorfus in Eusebii editione, sive Duebnerus in Ezechielis dramate edendo (quod opusculum Euripidis fragmentis adiecit) adhibendam esse censuerunt.

Non possum argumento magis valido opinionem confirmare meam quam exemplo ex ipso Eusebio allato. Is enim ex Alexandri libro de Iudaeis trium poetarum Iudaeorum fragmenta attulit. E quibus ecce unum Philonis poetae epici *Pr. Ev. IX* p. 421 C:

1) Accurate de codicibus Eusebianis egit I. A. HEIKEL in libro *de praeparationis evangeliae Eusebii edendae ratione*. Helsingforsiae MDCCCLXXXVIII.

Ἐκλυον ἀρχεγόνοισι τὸ μυρίον ὡς ποτε θεσμοῖς
 Ἄβραάμ κλυτοχῆς ὑπέρτερον ἄμματα δεσμῶν
 παμφαῆς πλήμμυρε μεγαυχητοῖσι λογισμοῖς
 θειοφιλῆ θέλγητρα.

Satisne obscura? Equidem nihil non licere fere dixerim in co-
 dicibus qui verba tam plane sensu cassa nobis tradiderint.

Bene factum quod neque Philonis versus omnes tam misere
 corrupti ad nos pervenerunt — nam quos postea affert Alexander,
 non lucidi illi quidem sed tamen quos propemodum intellegas —
 neque obscurissimum est fragmentum ex carmine Theodoti quod
 agit de urbe Sichem. Quod carmen cum nuper ARTHURUS LUD-
 WICH in programmate Regimontano emendatius edendum cura-
 vit, is quoque — quem nemo facile accusabit, quod magis
 quam deceat codicum soleat contemnere auctoritatem, saepissime
 a tradita lectione recedendum esse iudicavit. Et felici manu,
 proprioque ingenio usus, restituisse veram lectionem in non-
 nullis Theodoti versibus mihi videtur. Quamquam est ubi ab
 eo dissentiam, veluti insequenti loco. Postquam urbis Sichem
 situm homericis ut sibi quidem videtur verbis descripsit poeta,
 ὕστερόν Φησιν — sunt verba Alexandri — αὐτὴν ὑπὸ Ἑβραίων
 κατασχεθῆναι δυναστεύοντος Ἐμμῶρ· τὸν γὰρ Ἐμμῶρ υἷὸν γεννηῆσαι
 Συχέμ. Φησὶ δὲ·

Ἐνθένδε ξένε ποιμενόθι πόλιν ἤλυθ' Ἰακῶβ
 εὐρεῖαν Σικίμων· ἐπὶ δ' ἀνδράσι τοῖσιν ἔτησιν
 ἀρχὸς Ἐμῶρ σὺν παιδὶ Συχέμ, μάλ' ἀπειρέε Φῶτε.

Corruptum esse versum primum nemo non videt. Quod autem
 Ludwichius proposuit, sane quam acute excogitatum est, et
 primo obtutu maximam habet speciem veritatis. Vix enim
 quidquam mutavit nisi verborum divisionem cum ita legi ver-
 sum iussit:

ἔθεν δ' ἐξενέποιμεν ὅθεν πόλιν ἤλυθ' Ἰακῶβ

cui haec addit in adnotatione: „ἐνθένδε ξένε ποιμενόθι die vulgäre
 Lesart; das nach jeder Richtung hin ganz unhaltbare Adverbium
 ποιμενόθι allein würde genügen, ihr das Verdammungsurtheil
 zu sprechen (ποιμνηθεν coni. Viger, ποιμενόθεν Heinichen); hinzu
 kommt das schlechte Metrum, die an dieser Stelle mehr als sonder-
 bare Anrede ξένε und das mit dem zweiten schwer zu vereinigende
 erste Adverbium ἐνθένδε. Alle diese Uebelstände werden durch

meine einfache Correctur beseitigt." Ita est, sed novas difficultates suscitatur eadem ea „facillima coniectura". Nam primum male cohaerere videbitur versus: „Nunc age enarremus, unde ad latam Sicimorum urbem venerit Iacob" cum sequentibus: „regnabat autem tunc inter consanguineos suos Emorus una cum filio." Gravius autem est quod pugnat cum iis quae praemittit Alexander. Diserte enim ille dixit: „Eandem urbem postea ab Hebraeis occupatam fuisse cum Emorus regnaret, poeta affirmat, Emori autem filium fuisse Sychemum; sunt autem verba eius . . ." sequuntur deinde versus de quibus disputo; quibus non expositum est unde venerit Iacobus (ὄθεν πόλιν ἦλθε) sed tantum advenisse eum ac postea — quod excerptor omisit — urbem ab eo esse occupatam. Tum demum de prioribus Iacobi itineribus agit poeta atque unde venerit, exponit: „Ἔτα περὶ Ἰακώβ καὶ τὴν εἰς Μεσοποταμίαν αὐτοῦ παρουσίαν." Quae cum ita sint nolo reticere suspicionem iam olim mihi obortam, nempe legendum esse:

ἐνθένδε ξὺν ποιμνιόφιν πόλιν ἦλθ' Ἰακώβ
εὐρέϊαν Σικίμων.

Cum opibus enim uxoribusque non solum, sed etiam cum gregibus in patrias regiones rediisse Iacobum et per se liquet, et hoc loco id memorari attinebat quoniam (ut est in Geneseos libro c. 33. 19) ἐκτίσαστο τὴν μερίδα τοῦ ἀγροῦ οὗ ἔστησεν ἐκεῖ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ παρὰ Ἐμμὼρ πατρὸς Συχέμ ἑκατὸν ἀμνῶν.

Sed de Theodoti carmine plura nunc addere nolo. De Ezechielis dramate diligentius quaerere institui, in quo, quia longiora eius extant fragmenta, nonnulla sunt quae hellenismi Iudaici historiam satis per se obscuram quodammodo illustrare poterunt. Quoniam autem tam in dictionem poetae artemque eius, quam in dramatis oeconomiam, virique patriam atque aetatem investigare operae pretium est, aptissimum mihi visum est, ne identidem ad textum Eusebii recurrendum esset, ipsos versus exscribere totos, quo simul quod corruptum videbatur emendare conarer, simul in calce defenderem emendationes, adiceremque quidquid ad sermonem Ezechielis illustrandum dictionemque eius ad certa exempla revocandam pertinebat.

Itaque primum *παρεισάγει Μωϋσῆν λέγοντα* (Euseb. *Praep. Ev.* IX. 28 p. 437):

'ΑΦ' οὐ δ' Ἰακῶβ γῆν λιπῶν Χαναναίαν
 κατῆλθ' ἔχων Αἴγυπτον ἑπτάκις δέκα
 ψυχὰς σὺν αὐτῷ, ἀπεγέννησεν πολὺν
 λαὸν κακῶς πρᾶσσοντα καὶ τεθλιμμένον,
 5 ἑσάχρι τούτων τῶν χρόνων κακούμεθα
 κακῶν ὑπ' ἀνδρῶν καὶ δυναστείας χερός.
 ἰδὼν γὰρ ἡμῶν γένναν ἄλις ἠϋξημένην
 δόλον καθ' ἡμῶν πολὺν ἐμηχανήσατο
 βασιλεὺς Φαραῶ, τοὺς μὲν ἐν πλινθεύμασιν
 10 οἰκοδομίας τε βάρεσιν αἰκίζων βροτοὺς

Vs. 1 γῆν λιπῶν Χαναναίαν. Prologorum Euripideorum formam coloremque quantopere haec referant neminem fugit. Poteris conferre Troades, Electram, Hecubam, vel Oenomai initium (fr. 558 N.) vel Phruxi (fr. 819). Neque singulo cuique simillima, et tamen cum omnibus convenientia sunt. — Diphthongum *αι* in Χαναναίαν corripit ipsorum tragicorum exemplum secutus.

Vs. 3 ἑπτάκις δέκα ψυχὰς. Substantivi ψυχῆ hunc usum docuerunt scriptores sacrae scripturae. cf. *Exod.* I 1 ἦσαν δὲ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ Ἰακῶβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. Accuratius noster (quo convenit cum textu hebraico) septuaginta tantum numerat.

Vs. 5 τούτων τῶν χρόνων. Inmerito post Gaisfordium editores receperunt codicis Parisini C lectionem correctori debitam τοῦτον τὸν χρόνον. Poetae enim huius aetatis, qui in deliciis habent eiusmodi composita (ἐξέτι εἰσέτι) cum coniunctim adhibent τὸ ἑσάχρι, genetivum ab ἄχρι pendentem adiungunt veluti Apollonius *Arg.* I. 604 ἑσάχρι Μυρίνης, Leonidas Tarent. *Anth. Plan.* 307. 3 ἑσάχρι γυίων. Cum adverbii locum obtinet τὸ ἄχρι substantivo postponere malunt; cf. Callimachum III. 11 ἐς γόνυ μέχρι, VI. 130 ποτὶ τὰν θεὸν ἄχρις.

Vs. 5 κακούμεθα Duebn. — Codd. κακούμενον.

Vs. 6 δυναστείας. Sine causa Duebn. *δυναστεία*. Periphrases enim tales qualis *δυναστείας χεῖρ*, quod idem valet ac *χεῖρ δυνάστου* s. *δυνάστης*, et in sacris scriptis usitatissimae sunt neque alienae ab antiquiore graecitate; cf. Aeschylī *Suppl.* 604 *δήμου κρατοῦσα χεῖρ*.

πόλεις τε πυργῶν σφῶν ἕκατι δυσμόρων,
 <ἄλλους δὲ τρύχων ποταμίους ἐν χώμασιν>.
 ἔπειτα κηρύσσει μὲν Ἑβραίων γένει
 τάρσενικὰ ῥίπτειν ποταμὸν εἰς βαθύρροον·
 ἐνταῦθα μήτηρ ἢ τεκοῦσ' ἔκρυπτε με
 15 τρεῖς μῆνας ὡς ἔφασκεν· οὐ λαθοῦσα δὲ
 ὑπεξέθηκε, κόσμον ἀμφιβεῖσά μοι,
 ποταμοῦ παρ' ἀκτὴν λάσιον, εἰς ἔλος δασύ·

Vs. 11 πυργῶν scripsi (pro codicum πύργους) versumque post versum 11 de meo adieci exempli tantum gratia, quo indicarem quid fere deesse mihi videretur. Deesse enim apodosin sententiae iam monet vs. 9 τοὺς μὲν, cui nihil est quod respondeat. Nam in vulgatis editionibus quod legitur πόλεις τε ἐπύργου (codicum πόλεις τε πύργους nihil magis proficit quam Clementis πόλεις τε πύργους) opponi versui 9 non potest, quoniam unus idemque labor laterariorum (vs. 9) fabricarumque (vs. 10) est; Hebraeos autem non solum opere laterario urbibusque aedificandis exercitos esse a rege docet Exodus 1. 14 καὶ κατωδύνων αὐτῶν τὴν ζωὴν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τῷ πῆλῳ καὶ τῷ πλινθείῳ (cf. § 11) καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις τοῖς ἐν τοῖς πεδίοις. Hi autem labores quales fuerint exponit Iosephus II. 9. 1: τὸν τε γὰρ ποταμὸν εἰς διώρυχας πολλὰς αὐτοῖς προσέταξαν διατεμεῖν e. q. s.

Vs. 13 sqq. Otiosum est exscribere librum Exodi, quotienscunque verba sacrae scripturae servat Ezechiel, quod quantum potest facit plerumque. Sed videte quam sedulo is, dum sequitur Exodum — tollens tantum quod omitti dramatis rationes quaedam iuebant — caveat a turpioribus contra Graecam dictionem peccatis. Respuit Exodi hebraismum πᾶν ἄρσεν ὃ ἐὰν τεχθῆ (Exodi 1. 22); rectius vs. 14 ἔκρυπτε, ubi Exodi auctor (2. 2) ἐσκέπασαν (casus factum sit ut cum textu hebraico Ezechiel singularem numerum servaverit non dirimam); simul tragicæ dictionis memoria servatur in hisce: μήτηρ ἢ τεκοῦσα, ποταμὸν εἰς βαθύρροον etc.

Vs. 17 in codicibus corruptum extat παρ' ἄκρα ποταμοῦ s. τοῦ ποταμοῦ. Suspicio olim versum ita scriptum fuisse ut ego eum edidi, post, librarii negligentia παρ' ἀκτὴν ποταμοῦ datum

- Μαριάμ δ' ἀδελφή μου κατώπτευεν πέλας.
 20 κἄπειτα θυγάτηρ βασιλέως ἄβραις ἰμοῦ
 κατῆλθε λούτροις χρῶτα Φαιδρῦναι νέον·
 ἰδοῦσα δ' εὐθύς καὶ λαβοῦσ' ἀνείλετο,
 ἔγνω δ' Ἐβραῖον ὄντα· καὶ λέγει τάδε
 Μαριάμ ἀδελφῇ προσδραμοῦσα βασιλίδι·
 25 „θέλεις τροφόν σοι παιδί τῷδ' εὖρω ταχὺ
 ἐκ τῶν Ἐβραίων;” ἢ δ' ἐπέσπευσεν κόρην·
 μολοῦσα δ' εἶπε μητρὶ, καὶ παρῆν ταχὺ
 αὐτῇ τε μήτηρ καὶ ἔλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας.
 εἶπεν δὲ θυγάτηρ βασιλέως· „τοῦτον γύναι
 30 τρόφει, κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν”.
 ὄνομα δὲ Μωσῆν ἀνόμαζ' ὅτου χάριν

esse, id autem metri causa, quae fuit in Eusebii codicibus
 librariorum audacia, mutatum in παρ' ἄκρα.

Vs. 20. Recurrit in exprimenda Exodi narratione poetarum
 Graecorum memoria, hic Hesiodi (*Opp.* 753, μηδὲ γυναικείῃ λουτρῶ
 χρῶτα Φαιδρῦνεσθαι, cf. Call. I. 32), sicut paullo ante vs. 18 vix
 temere Exodi κατεσκόπευεν ἢ ἀδελφῇ αὐτοῦ μακρόθεν reddidit ita
 „κατώπτευεν πέλας”; tragoediam enim haec sapiunt, revocantque
 numeris exempla quale Sophocleum ex *Aiace* 824 κατοπτευθεὶς
 πάρος vel ex *Philocteta* 124 κατοπτευθῶ παρών.

Vs. 25 ἢ δ' ἐπέσπευσεν κόρην. Quod deteriores codices ex-
 hibent ἢ δ' ἐπένευσεν κόρη et metro refragatur neque commenda-
 tur verbis scripturae § 8: ἢ δ' εἶπεν ἢ θυγάτηρ Φαραώ· „πορεύου”.

Vs. 26 ταχύ. Notum est praesertim Euripidem in eo peccasse
 quod frequentius, deficiente verbo apto, ita versum clauderet in
 ταχύ, ὡς τάχος, τάχος, quod noster sedulo imitatus est, vide
 vs. 24. 29. 55. 119. 121. 150.

Vs. 27 καὶ ἔλαβέν μ' ἐς ἀγκάλας, iterum substantivum
 quod Euripidi praeplacebat, cuius cf. versum *Alc.* 190 λαμβάνουσ'
 ἐς ἀγκάλας. Eiusdem poetae morem notissimum sequitur cum
 versum 29 in σέθεν desinentem facit — quamquam turpiter a Graeci
 sermonis legibus aberrat genetivi formam pro dativo adhibens,
 nisi quidem genetivum σέθεν a substantivo μισθὸν pendere voluit.

Vs. 30 pro τοῦ scripsi ὅτου. ὅτου χάριν pro δούνεκα saepius
 seriores dicunt.

ὕγρᾶς μ' ἀνεΐλε ποταμίας ἀπ' ἤνοος.

Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει καὶ περὶ τούτων ὁ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ τραγωδίᾳ, τὸν Μωϋσῆν παρεισάγων λέγοντα·

Ἐπεὶ δὲ καιρὸς νηπίων παρῆλθέ μοι
 ἤγέν με μήτηρ βασιλίδος πρὸς δώματα,
 ἅπαντα μυθεύσασα καὶ λέξασά μοι
 35 γένος πατρῶν καὶ Θεοῦ δωρήματα.
 ἕως μὲν οὖν τὸν παιδὸς εἶχομεν χρόνον
 τροφαῖσι βασιλικαῖσι καὶ παιδεύμασιν
 ἅπανθ' ὑπισχνεῖθ' ὡς ἀπὸ σπλάγγων ἰῶν·

Vs. 31 inserui pronomen *με*, quod abesse omnino non potest et fortasse latet in codicum verbo ἀνεΐλεν (= ἀνεΐλέ με).

Vs. 32. Verba τούτοις — λέγοντα quae his versibus praemittuntur abundare quispiam censuerit, nihil enim desiderari inter versum 31 et 32. Et ita revera censuisse videtur codicis Parisini B librarius, qui ea verba omittit. Sed minima est eius codicis auctoritas, in qua multae lacunae „ratione quadam librarii res minus necessarias circumcidendi” extiterunt (cf. Heikel l.l. p. 17); neque vero desunt indicia, hoc loco additum fuisse aliquid a poeta. Consulto enim ordinem rerum invertit; primum Moysi nomen a filia regis datum esse fingit statim postquam inventus est, quod narraverat Exodi auctor factum esse postquam ἀδρυνθέντος τοῦ παιδίου εἰσήγαγεν αὐτὸ (ἢ μήτηρ) πρὸς τὴν θυγατέρα Φαρῶ; deinde post vs. 31, quod conveniebat dramati, quaedam, opinor, de matris pia cura addidit, quae brevius Exodi § 9 ἔλαβεν δὲ ἡ γυνὴ τὸ παιδίον καὶ ἐθήλαζεν αὐτό. — Quod ad Graecam dictionem attinet peccat poeta in voce καιρὸς ex recentiorum usu adhibita ubi χρόνος s. ὥρα dicendum fuerat; plurali autem forma νηπίων utitur analogia ductus, quoniam noverat recte dici τὴν ἡλικίαν ἔχειν τὴν ἄρτι ἐξ παίδων.

Vs. 36 ἕως μὲν οὖν et vs. 39 ἐπεὶ δὲ. Haec temporum spatia indicandi ratio dilectissima fuit Euripidi, vide e. g. *Hel.* 60; eundem poetam revocat usus verbi ἔχειν, cf. *Ion.* 1373 μελάθροις εἶχον οἰκέτην βίον.

Vs. 38 verbi ὑπισχνεῖσθαι usus satis mirus defendi posse videtur Duebnero ex Hom. K. 39. Profecto poetam corrigat qui versum inconcinne et soloece dictum emendare conetur.

- 40 ἐπεὶ δὲ πλήρης κόλπος ἡμερῶν παρήν,
 ἐξῆλθον οἰκῶν βασιλικῶν — πρὸς ἔργα γὰρ
 θυμὸς μ' ἄνωγε καὶ τέχνασμα βασιλείας —
 δρῶ δὲ πρῶτον ἄνδρας ἐν χειρῶν νόμῳ
 τὸν μὲν <τὸ> γένος Ἑβραῖον, τὸν δ' Αἰγύπτιον.
 ἰδὼν δ' ἐρήμους καὶ παρόντα μηδένα
- 45 ἐρρυσάμεν ἀδελφόν, ὃν δ' ἔκτειν' ἐγώ·
 ἔκρυψα δ' ἄμμου τοῦτον, ὥστε μὴ ἐσιδεῖν
 ἕτερόν τιν' ἡμᾶς, καὶ ἀπογυμνῶσαι φόνον.
 τῆ ἑπαύριον δὲ πάλιν ἰδὼν ἄνδρας δύο,
 μάλιστα δ' αὐτοὺς συγγενεῖς, κακουμένους

Vs. 39 *κόλπος* corruptum esse verisimile fit ex codicum discrepantia (BCF *κόλτος*). Quid sit *καιρὸς πεπλήρωται* novimus; sed *πλήρης κόλπος ἡμερῶν* nihil est. Num fortasse *κύκλος* legendum? Id enim commendari poterit ex imitatione Euripidis (*Or.* 1645 *ἐνιαυτοῦ κύκλον. Hel.* 112 *καμπίμους ἐτῶν κύκλους*). Euripidis memoriam revocat sonitus verborum *ἐπεὶ δὲ πλήρης* cf. *Or.* 884 *ἐπεὶ δὲ πλήρης ἐγένετ' Ἀργείων ὄχλος*.

Vs. 42 ἐν *χειρῶν νόμῳ*. Deflexit iterum Iudaeus ἑλληνίζων a solita dicendi ratione. *χειρῶν νόμῳ χρῆσθαι, ἐν χειρῶν νόμῳ μεταλλάξαι* dixerunt Herodotus Polybius alii, sed *δρᾶν ἄνδρας ἐν χειρῶν νόμῳ* noviciū est.

Vs. 43 articulum inserui metri restituenda causa.

Vs. 45 licet *ὃς δὲ* demonstrativam vim ne apud recentiores quidem obtinere soleat nisi praemisso sive *ὃς μὲν*, sive *ὁ ἕτερος*, hic tamen ita accipiendum videtur, neque cum Gaisfordio semicolon interpungendum; pro relativo enim accipi vetat *δὲ* post *ἔκρυψα* additum.

Vs. 47 *ἡμᾶς* hoc satis absurde: „*cadaver arena condidi ne quis nos aspiceret!*“ Suspicor poetam scripsisse *ἡμῶν alius quis praeter nos*.

Vs. 49 *κακουμένους*. Duebn. *πατουμένους* quod non multo melius mihi videtur. *κακοῦσθαι* in nostro poeta ferri potest de iis dictum qui *διαπληκτιζόμενοι ἑκακουν ἀλλήλους*. Ceterum parum feliciter res Ezechielī per hosce versus successit. Mitto *ἀπογυμνῶσαι* quod translate antiquiores vix adhibent, mitto quoque *τῆ ἑπαύριον* (Gr. *τῆ αὐριον*); sed prodit hominem semibarbarum vs. 49

- 50 λέγω· „τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν;”
 ὁ δ' εἶπεν· „ἡμῖν τίς σ' ἀπέστειλεν κριτὴν
 ἢ ἐπιστάτην ἐνταῦθα; μὴ κτενεῖς σὺ με
 ὡσπερ τὸν ἔχθρες ἄνδρα;” καὶ δεισας ἐγὼ
 ἔλεξα· „πῶς ἐγένετο συμφανὲς τόδε;”
- 55 καὶ πάντα βασιλεῖ ταῦτ' ἀπηγγέλη ταχύ·
 ζητεῖ δὲ Φαραὼ τὴν ἐμὴν ψυχὴν λαβεῖν·
 ἐγὼ δ' ἀκούσας ἐκποδῶν μεθίσταμαι,
 καὶ νῦν πλανῶμαι γῆν ἐπ' ἀλλοτέρμονα.
- Εἶτα περὶ τῶν τοῦ Ῥαγουὴλ θυγατέρων οὕτως ἐπιβάλλει·
 Ὅρῳ δὲ ταύτας ἐπὶ παρθένους τινάς.
- Ἐρωτήσαντός τε αὐτοῦ τινες εἶησαν αἱ παρθένοι Φησὶν ἢ Σεπφώρα·
- 60 Λιβύη μὲν ἢ γῆ πᾶσα κλῆζεται ξένη,

μάλιστα quo fere indicare vult „atque id quidem” καὶ τοῦτο, ita enim iterum minus etiam apte vs. 71 dixit: „εὐωνύμῳ μάλιστα.” Nec multo felicius vs. 50 Exodi verba „λέγω τῷ ἀδικοῦντι· διὰ τί τύπτεις τὸν πλησίον;” reddidit τί τύπτεις ἀσθενέστερον σέθεν;

Vs. 52 μὴ κτενεῖς σὺ με. Ne scribamus μὴ κτενεῖς ἐμέ dissuadet Exod. vs. 14 μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις;

Vs. 55 ἀπηγγέλη scripsi. Codd. omnes ἀπήγγειλεν, cui formae ut adderet subiectum librarius codicis B scripsit τίς πάντα.

Vs. 56 ζητεῖ δὲ Φαραὼ. Cod. B ἀκούσας δὲ ζητεῖ Φαραὼ. Participium ex sequenti versu abberavit; nisi fortasse propter Exodi § 15 „ἤκουσεν δὲ Φαραὼ” scribendum est „κλύων δὲ ζητεῖ” delete nomine Φαραὼ, qua correctione sane poeta metri non prorsus imperitus liberabitur anapaesto haud eleganti (cf. vs. 9 sed vide quoque vs. 149 Φαραὼ δὲ βασιλεύς ubi α breve est).

Vs. 57 ἐκποδῶν μεθίσταμαι cf. Eur. *Phoen.* 40 τυράννοις ἐκποδῶν μεθίστασο.

Vs. 58 ἀλλοτέρμονα haud infeliciter, si ipse invenit, formavit ad normam adiectivi tragici ἀγχιτέρμων. Apoll. Rhod. *ἰμοτέρμων.*

Vs. 60 sqq. Aliquantum deflectere vides nostrum a sacra historia, quod efficit fortasse ut paullo feliciore eventu quam antea Graece loqui conetur. Unde miram suam de Midianitarum regionis situ notionem sumserit, unde habeat quae de Rege uno,

οικοῦσι δ' αὐτὴν Φῦλα παντοίων γενῶν,
 Λιθίοπες ἄνδρες μέλανες· ἄρχων δ' ἐστὶ γῆς
 εἷς καὶ τύραννος καὶ στρατηλάτης μόνος.
 ἄρχει δὲ πόλεως τῆσδε καὶ κρίνει βροτοὺς

65 ἱερεὺς, ὅς ἐστ' ἐμοῦ τε καὶ τούτων πατήρ.

Εἶτα περὶ τοῦ ποτισμοῦ τῶν θρεμμάτων διελθὼν περὶ τοῦ τῆς
 Σεπφώρας ἐπιβάλλει γάμου, δι' ἀμοιβαίων παρεισάγων τὸν τε
 Χοῦμ καὶ τὴν Σεπφώραν λέγοντας·

Χ. Ὅμως κατειπεῖν χρή σε Σεπφώρα τάδε.

Σ. ξένφ πατήρ με τῷδ' ἔδωκεν εὐνέτιν.

Sequitur post hos versus excerptum ex Demetrii libro de Iudaeis
 quo exponitur quatenus Rhaguelis fuerit affinitas cum Abrahamo;
 deinde ita pergit Alexander: Λέγει δὲ περὶ τούτων καὶ Ἐζεκιῆλος
 ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ, προσπαρειληφῶς τὸν ὄνειρον τὸν ὑπὸ Μωυσέως
 μὲν ἑωραμένον ὑπὸ δὲ πενθεροῦ διακεκριμένον. λέγει δὲ αὐτὸς ὁ
 Μωυσῆς δι' ἀμοιβαίων πρὸς τὸν πενθερὸν οὕτω πῶς·

Ἔδοξ' ὄρους κατ' ἄκρα Σιναίου θρόνον
 μέγαν τιν' εἶναι μέχρ' οὐρανοῦ πτύχας,

70 ἐν τῷ καθῆσθαι Φῶτα γενναῖόν τινα

totius Libyae domino, enarrat Sephora, nunc non quaero, ad
 ea infra rediturus. Chumum fratrem Sephorae ipse de suo
 fortasse addidit, nomine sive ex sacris libris sumto sive aliunde,
 quo nomine Hebraice gens Aethiopum indicari solebat. Cf. *Genes.*
 10. 6 et Anonym. περὶ Ἐβρ. apd Euseb. *P. E.* IX. 17. 419^d.

Vs. 68 felici manu restituit Duebner ex codicum nonnullorum
 lectione ἐξ ὄρους κατ' ἄκρας ἰνοῦ s. Ἰνου.

Vs. 69 πτύχας. Ita Cod. Marcianus I. cuius inde a libro III
 Eusebii summam esse auctoritatem ut supra monui demonstra-
 vit Heikel l.l. p. 20-27. idem cod. D; E qui ex I descriptus
 est πτήχας. Ceteri omnes πτύχας. Et quamquam μέχρ' οὐρανοῦ
 πτύχας vix ferri poterit, dubites tamen de lectione, quoniam Ezechiel
 in imitandis Euripideis locutionibus fideliter memoriam exempli
 servare solet, Euripides autem ut par est αἰθέρος πτύχας, οὐ-
 ρανοῦ πτύχας plurali numero dixit (cf. *Hel.* 43. 605. *Or.* 1631.
Phoen. 83). Scripsitne fortasse, sicuti alii μέσφ' ἔς dicunt,
 elisione parum obvia usus: μέχρ' ἔς οὐρανοῦ πτύχας?

Vs. 70 ἐν τῷ. Dindorfius ex cod. Parisino C ἐν ᾧ scripsit,

διάδημ' ἔχοντα καὶ μέγα σκῆπτρον χερὶ
 εὐωνύμῳ μάλιστα. δεξιᾷ δέ μοι
 ἔνευσε, καὶ ἐγὼ πρόσθεν ἑστάθην θρόνου.
 σκῆπτρον δέ μοι παρέδωκε, καὶ εἰς θρόνον μέγαν
 75 εἶπεν καθῆσθαι, βασιλικὸν δ' ἔδωκέ μοι
 διάδημα, καὶ αὐτὸς ἐκ θρόνων χωρίζεται.
 ἐγὼ δ' ἑσεῖδον γῆν ἅπασαν ἑγκυκλον

quod correctori procul dubio debetur. Ceteris codicibus conspiciantibus praestat nihil mutare; vidimus enim Ezechielem saepius lapsum esse in pronomminibus.

Vs. 73. *ἔνευσε. χερὶ νεύειν τινί* suspectae profecto graecitatis est et nonnihil aberrat ab antiqua huius verbi notione. Quod autem Ezechiel putabat eodem iure sibi licere *χερὶ νεῦσαι* dicere quo Homerus dixit *νεῦσε δέ οἱ κεφαλῇ* vel *ἐπ' ὄφρῦσι νεῦσε*, eius rei fortasse Euripides denuo causa fuit, qui *νεύειν* nonnumquam ita adhibuit, ut lectori videretur a verbo *σημαίνειν* nihil differre, veluti *Hec.* 543 *νεανίας δ' ἔνευσε παρθένον λαβεῖν*, sive *Irh. T.* 1330 *ἡμᾶς μὲν . . . ἐξένευσ' ἀποστήναι πρόσω*.

Vs. 76 in codicibus corruptus, nam I et qui ab eo pendent ante *ἐκ θρόνων* addunt *ἐκὼν* quo iambus abundat; *καὶ* autem in omnibus abest. Equidem si ex versu *διάδημα <καὶ> αὐτὸς ἐκὼν ἐκ θρόνων χωρίζεται* tollere debuero quod male abundat, nihil potius quam *θρόνων* damnvero, quoniam rex ille iam vs. 74 iubens Moysen in solio considerare simul ipse surrexisse putandus est, nostro autem versu iam non indicandum erat ex solio eum cecidisse, sed prorsus abiisse. Fieri potest ut tam *ἐκὼν* quam *ἐκ θρόνων* eiusdem vocis sint corruptelae, totus autem versus ita sit legendus: *διάδημα καὶ αὐτὸς ἐκποδὼν χωρίζεται*.

Vs. 77 *ἑγκυκλον*. Dubito scripseritne Ezechiel *γῆν ἅπασαν ἐν κύκλῳ* memor versus Aristophanei (*Egg.* 170) *καὶ κάτιδε τὰς νήσους ἀπάσας ἐν κύκλῳ*. Mutare tamen versum non ausus sum, nihilo magis quam sequenti versu reponere cum Toupio *καὶ γῆς ἔνερθε*, licet id Euripidis memoriam revocet qui *Phoeniss.* 505 versum ita incipit: *καὶ γῆς ἔνερθε δυνατὸς ὢν*. Plura enim in hac parte *τῆς κοινῆς* propria sunt, quam tragici sermonis vestigia; versu saltem 81 mire se adiungit tragicum vocabulum *βροτὸς* militaribus eius aetatis vocabulis *παρεμβολή* et *παράγειν*, versu

80 κἄνερθε γαίας καὶ ἐξῦπερθεν οὐρανοῦ,
καὶ μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
ἐπιπτ', ἐγὼ δὲ πάντας ἠριθμησάμην·
καὶ ἐμοὶ παρήγεν ὡς παρεμβολὴ βροτῶν·
εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξανίσταμ' ἐξ ὕπνου.

'Ο δὲ πενθερός αὐτοῦ τὸν ὄνειρον ἐπικρίνει οὕτως·
Ἦ ξένε, καλόν σοι τοῦτ' ἐσήμηεν Θεός·
ζῶν δ' ὅταν σοι ταῦτα συμβαίῃ ποτέ.

85 Ἄρα γε μέγαν τιν' ἐξαναστήσεις θρόνον
καὶ αὐτὸς βραβεύσεις καὶ καθηγῆσθαι βροτῶν.
τὸ δ' εἰσθεᾶσθαι γῆν ὅλην τ' οἰκουμένην
καὶ τὰ ὑπέπερθεν καὶ ὑπὲρ οὐρανὸν Θεοῦ·
ὄφει τά τ' ὄντα, τά τε πρὸ τοῦ τά θ' ὕστερον.

Περὶ δὲ τῆς καιομένης βάρου, καὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς

autem 82 ἐμφοβηθεὶς (ita enim cum plerisque codicibus legi iubet metrum) pro simplici φοβηθεὶς omnino τῶν ἐβδομήκοντα est. — Nihil me datus vs. 81 offendit pro quo Duebnerus καὶ που proposuit.

Vs. 84 συμβαίῃ restitui ex cod. I. Editores ex ceteris codicibus συμβαίῃ.

Vs. 85 Ἄρα: ergo. Vix ita in ipso enuntiati initio tragici antiqui illud adverbium posuerunt, nec tamen idcirco in ἤ ῥα equidem id mutaverim; ipse enim usus cum tragicorum sermone convenit; cf. Eur. *Iph. A.* 311 σκήπτρῳ τάχ' ἄρα σὸν καθαιμάξω κέρα.

Ibid. ἐξαναστήσεις. Minus recte hoc vertit Vigerus, ceteroquin Ezechielis versus ieiunos eleganti latinitate exornans, „Eia age” (num ἄρ' ἄγε legere malebat?) „superbum nate tu solium eriges;” spectat enim somnium solium regis quod Moses evertet. Cf. Eur. *Suppl.* 1198 (ubi eandem versus sedem idem verbum occupat): ὄν Ἰλίου ποτ' ἐξαναστήσας βάρου.

Vs. 88. Dubito an pro primis verbis (ex quibus articulus deest in codicibus nonnullis) aliud quid scribendum sit, veluti καὶ πάντ' ἐπερθεν. Sed malim manum abstinere a versu invento. Quod autem οὐρανὸν non οὐρανοῦ scripsit, in ea re convenit cum recentiorum usu; cf. Thom. Mag. i. v. ὑπὲρ. πρὸς γενικὴν ἐκφέρουσιν Ἀττικοί· Ἕλληνες δὲ πρὸς αἰτιατικὴν.

Φαραὼ πάλιν παρεισάγει τὸν Μωυσῆν τῷ θεῷ διαλεγόμενον· Φησὶ δὲ ὁ Μωυσῆς·

90 Ἔα, τί μοι σημεῖον ἐκ βάτου τόδε
τεράστιόν τε καὶ βροτοῖς ἀπιστία;
ἄφνω βάτος μὲν καίεται πολλῷ πυρὶ,
αὐτοῦ δὲ χλωρὸν πᾶν μένει τὸ βλαστάνον.
τί δὴ; προσελθὼν ὄψομαι τέρας τόδε

95 μέγιστον· οὐ γὰρ πίστιν ἀνθρώποις φέρει.

Εἶτα ὁ Θεὸς αὐτῷ προσομιλεῖ·

Ἐπίσχες ὧ φέριστε, μὴ προσεγγίσῃς

Vs. 90 *ἔα, τί μοι*. Incipit quidem noster ex antiquae traegodiae more, nam saepe ita exprimunt admirationem subitam heroes Euripidei, „*ἔα τί χρῆμα*”, „*ἔα τί λεύσσω*”, talia exclamantes. Verum iam sequenti versu Graeculus se prodit; nam neque *τεράστιον* dixerant antiqui neque ita ut Ezechiel (et multi simul recentiores) abstractum (*ἀπιστία*) adhibuerant. Quae tamen causa neminem opinor movebit ut cum codice B *ἄπιστον ὃν* legat.

Vs. 94 *προσελθὼν* scripsi (codd. omnes *προελθών*); illud enim et cum sententia melius convenit, et propius accedit ad Exodi verba quae per hos versus accurate sequitur noster (cf. cum vs. 91 Exod. 3. 2 *ὄρᾳ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρὶ*, cum vs. 94 sq. Exod. 3. 3 *παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὄραμα τοῦτο μέγα ὅτι οὐ καίεται ὁ βάτος*. Ultima verba docent qua causa motus poeta languidissimum versum 95 adiecerit).

Vs. 94 *τέρας τόδε* scripsi pro eo quod codices dant *τεράστιον*, quia pronomen omnino abesse nequit, quod adest in Exodo *τὸ ὄραμα τοῦτο*.

Vs. 96 sq. Exodi verba flosculis tragicis ornare conatus exordio utitur Euripideo. Quoties enim ita Euripides versum inchoat: *ἐπίσχες* vel *ἐπίσχε!* Vide exempli gratia *Ion.* 1320 *ἐπίσχες ὧ παῖ*, *Andr.* 432 *Μενέλα' ἐπίσχες μὴ τάχυνε* (add. *El.* 758. 962. *Phoen.* 92, *Hell.* 1142; quaerenti plura suppetent). Sed versus exitu *μὴ προσεγγίσῃς* non antiquum reddit exemplum sed ipsum Exodi librum c. 3. 5: *μὴ ἐγγίσῃς ὧδε*, sicut sequenti versu referuntur sacri libri verba *λύσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν σῶν ποδῶν*. In quibus satis apte soloecismum vitavit pro *ἐγγίσαι ὧδε* „*προσ-*

100 Μωσῆ, πρὶν ἢ τῶν σῶν ποδῶν λύσαι δέσιν·
 ἀγία γὰρ ἡ γῆ ἐφ' ἧς ἐφέστηκες πέλει,
 ὃ δ' ἐκ βάτου σοι θεῖος ἐκλάμπει λόγος.
 θάρσησον ὦ παῖ, καὶ λόγων ἄκου' ἐμῶν·
 ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον
 θνητὸν γεγῶτα, τῶν λόγων δ' ἔξεστι σοι

εγγίσει' reponens, contra iniuria — metro ni fallor coactus — medium λύσασθαι neglexit. Humi repere vocabulum ὑπόδημα videbatur, cui nomen ea quidem significatione insolitum prae-tulit δέσιν; ὑπόδεσιν enim recentioribus magis usitatum metrum vetabat adhiberi.

Vs. 98 ἐφ' ἧς scripsi; libri ὅπου σὺ, quo nascitur hiatus (γῆ ὅπου) Ezechieli qui in re metrica minime negligens est, non obtrudendus. Duebner edidit ἀγία γὰρ ἧς σὺ γῆς ἐφέστηκες πέλει versum magis elegantem, sed qui et a textu tradito et a solito Ezechielis sermone nimium distat.

Vs. 99 θεῖος λόγος dubito, rectene accipiatur tantum de voce divina, licet ἐκλάμπειν ad vocem recte afferri possit. Nam Exodi verba III. 2 ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου fere suadent ut putemus Ezechielem non ignarum fuisse quid apud philosophos Iudaeos ὁ λόγος ὁ τοῦ θεοῦ significaret, quamquam a Iudaeorum philosophematis plane alienus est.

Vs. 100 sqq. ita reddit Exodi verba ut quae postponuntur in sacro libro ille praemittat; spectant enim hi versus Exod. 3 § 6 ἀπέστρεψεν δὲ Μωυσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, εὐλαβεῖτο γὰρ κατεμβλέψαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Quae sicut facile revocabant Euripidis memoriam talem sententiam nonnumquam edicentis (veluti *Hipp.* 86 κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ' οὐχ ὄρων τὸ σόν), ita sensim dictionis Euripideae tenorem ac numeros rettulerunt. Nam θάρσησον ὦ παῖ Euripideis illis ἔασον ὦ παι (*Hipp.* 521) vel σίγησον ὦ παῖ (*ibid.* 603) similia sunt; neque minus vs. 102 θνητὸν γεγῶτα Euripidem sonat (*Irh. T.* 687 Φίλον γεγῶτα, *Ion.* 1535 αὐτοῦ γεγῶτα). Sed inde a versu 104 sola Exodi verba denuo reddit, quamquam in brevius contrahens et hic illic mutans aliquid, in quibus fortasse non neglegendum quod γεννητόρων plurali numero multo rectius dixit quam Exod. § 6 τοῦ πατρός σου, qua in re convenit cum textu Samaritano.

- ἐμῶν ἀκούειν, ὧν ἕκατ' ἐλήλυθα.
 ἐγὼ Θεὸς σῶν, ὧν λέγεις, γεννητόρων
 105 Ἄβραάμ τε καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβου τρίτου·
 μνησθεὶς δ' ἐκείνων καὶ ἔτ' ἐμῶν δωρημάτων,
 πάρεμι σῶσαι λαὸν Ἑβραίων ἐμὸν,
 ἰδὼν κάκωσιν καὶ πόνον δούλων ἐμῶν.
 ἀλλ' ἔρπε, καὶ σήμαινε τοῖς ἐμοῖς λόγοις
 110 πρῶτον μὲν αὐτοῖς πᾶσιν Ἑβραίοις ὁμοῦ,
 ἔπειτα βασιλεῖ, τὰ ὑπ' ἐμοῦ τεταγμένα,
 ὅπως σὺ λαὸν τὸν ἐμὸν ἐξάγοις χθονός.
 Εἶτα ὑποβάς τινα ἀμοιβαῖα αὐτὸς ὁ Μωυσῆς λέγει·
 Οὐκ εὐλογος πέφυκα, γλῶσσα δ' ἐστὶ μοι
 δύσφραστος, ἰσχνόφωνος ὥστε μὴ λόγους
 115 ἐμοὺς γενέσθαι βασιλέως ἐναντίον.
 Εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ Θεὸς αὐτῷ ἀποκρίνεται·
 Ἀάρωνα πέμψω σὸν κασίγνητον ταχὺ

Vs. 106 ἐμῶν δωρημάτων spectat ad Exod. 2. 24 ἐμνήσθη ὁ θεὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἄβραάμ κ.τ.λ. — δωρήματα itaque promissa Dei sunt, cf. somnium Amrami Ioseph. II 9. 3.

Vs. 109. Iam inde ab hoc versu narrationem Exodi, confusam saepe et sibi contrariam atque iterantem iam narrata, multo brevius et saepe re quoque mutata enarrat; redeunt tamen frequenter verba sacri libri, quod verbo adnotare satis erit; ipso autem versu 109 Euripidem denuo imitatur, qui saepissime versum ita incipit: ἀλλ' ἔρπε (cf. *Irh. T.* 699 *Andr.* 432 *Hec.* 1019); exitus autem versus quoque Euripideus est (cf. *Hec.* 999 τῷ σῷ τοῦτο σημανεῖς λόγῳ).

Vs. 112 ἐξάγοις. Ita cum plerisque codicibus Duebn. recte, quamvis invito codice I; pendet enim a verbo τεταγμένα.

Vs. 113 μοι. Ita cod. I. — Duebn. ex ceteris μου.

Vs. 114 ἰσχνόφωνος debet Exodo (4. 10), neque vero εὐλογος et δύσφραστος hac quidem significatione apud antiquiores occurrere putaverim.

Vs. 115. De hoc versu dubito. Redditne Exodi verba 6. 12 πῶς εἰσακούσεται ὁ Φαραώ, an forte legendum ὥστε μὴ λόγον ἐμοῦ γενέσθαι?

Vs. 116 πέμψω restitui secutus codices B C F G. Lectio

ὅ πάντα λέξεις τὰ ἐξ ἐμοῦ λελεγμένα·
καὶ αὐτὸς λαλήσει βασιλέως ἐναντίον,
σύ μὲν πρὸς ἡμᾶς, ὃ δὲ λαβῶν σέθεν πάρα.

Περὶ δὲ τῆς ῥάβδου καὶ τῶν ἄλλων τεράτων οὕτω δι' ἀμοιβαίων εἶρηκε·

120 Θ. Τί δ' ἐν χεροῖν σοῖν τοῦτ' ἔχεις; λέξον τάχος.

M. Ῥάβδον τετραπόδων καὶ βροτῶν κολαστρίαν.

Θ. Ῥῖψον πρὸς οὐδας, καὶ ἀποχώρησον τάχος,
δράκων γὰρ ἔσται φοβερός ὥστε θαυμάσαι.

M. Ἴδου βέβληται· — δέσποθ' ἴλεως γενοῦ·

125 ὡς φοβερός, ὡς πέλωρος· οἴκτειρον σύ με·

enim optimorum codicum IOE πέμψον, quamvis probata Gaisfordio Duebnero Dindorfio tantum non absurda mihi videtur. Minime enim convenit tale praeceptum: „fratrem tuum mitte”, cum regem aditurus sit Moyses una cum Aärone. Accedit quod πέμψω commendatur verbis Exodi (4. 13) καὶ εἶπεν Μουσῆς· „δέομαι Κύριε, προχειρίσαι δυνάμενον ἄλλον ὃν ἀποστελεῖς.”

Vs. 119. Obscurus versus, neque tamen ideo corrigendus; reddit enim ea quae non multo melius sic habet versio τῶν ἐβδομήκοντα Exod. 4. 16: καὶ αὐτὸς σοι λαλήσει πρὸς τὸν λαόν, καὶ αὐτὸς ἔσται σου στόμα· σύ δὲ αὐτῷ ἔσῃ τὰ πρὸς τὸν θεόν (Text. Hebr. Tu ei deus eris).

Vs. 120. Hic demum exponit ea quae ut iam prius facta Exodus capituli IV initio.

Vs. 121 κολαστρίαν vocabulum novicium sed recte formatum. Periphrasin eam non ad Homeri memoriam referam (ἀκόντα κυνῶν ἀλκτῆρα καὶ ἵππων, ξ 531), sed ad tragicos atticos qui talia amabant inde a temporibus Euripidis atque Critiae.

Vs. 122. Hic denuo totus in Euripide. Exod. 4. 3 ῥῖψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν. Sed Ezechieli in mente haerent Euripidea veluti Bacch. 1112 πίπτει πρὸς οὐδας, Med. 1195 πίπτει δ' ἐπ' οὐδας.

Vs. 123 δράκων γὰρ ἔσται. Bacch. 1330 δράκων γενήσῃ.

Vs. 124 δέσποθ' ἴλεως γενοῦ Iph. T. 270 δέσποτα Παλαῖμον ἴλεως ἡμῶν γενοῦ.

Vs. 125 οἴκτειρον σύ με Iph. T. 584 οἴκτιρας ἐμέ. Phoen. 1414 οἴκτιρω δέ σε. cf. quoque Ion. 618. Troad. 403 ubi eundem fere habes versus exitum.

πέφρικ' ἰδῶν, μέλη δὲ σώματος τρέμει.

Θ. Μηδὲν φοβηθῆς, χεῖρα δ' ἐκτείνας λαβὲ
οὐραν, πάλιν δὲ ῥάβδος ἔσσεθ' ὥσπερ ἦν.
ἔνθες δὲ χεῖρ' εἰς κόλπον, ἐξένευκέ τε.

130 M. Ἰδοὺ τὸ ταχθέν· γέγονεν ὥσπερ εἰ χιῶν.

Θ. Ἐνθες πάλιν δ' εἰς κόλπον· ἔσται δ' ὥσπερ ἦν.

Τούτοις ἐπαγει, μετὰ τινα τὰ μεταξὺ αὐτῶν εἰρημένα, λέγων·
Ταῦτα δὲ φησιν οὕτω καὶ Ἐζεκιῆλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ λέγων περὶ
μὲν τῶν σημείων τὸν Θεὸν παρεισάγων λέγοντα οὕτως·

Ἐν τῇδε ῥάβδῳ παντὰ ποιήσεις κακά·

πρῶτον μὲν αἶμα ποτάμιον ρυήσεται

πηγαί τε πᾶσαι καὶ ὑδάτων συστήματα·

135 βατράχων τε πλῆθος, καὶ σκνίπας ἐμβαλῶ χθονί.

ἔπειτα τέφραν οἷς καμιναίαν πάσω,

ἀναβλύσει δὲ † ἐν βροτοῖς ἔλκη πικρά.

Vs. 127 μηδὲν φοβηθῆς: nemo non conferet Aesch. *Prom.* 128, sed Euripidem hic quoque sequi potuit *Andr.* 994. Ceterum in his versibus vitavit barbaras Exodi formas: εἰσένευκον Exod. noster ἐξένευκε. Nec displicet vs. 128 οὐρά ubi Exod. κέρκος habet.

Vs. 132 ἐν. Gravior hic soloecismus, quam qui vulgo occurrunt in Ezechiele. Nunc praepositionis usum perversum debet Exodo (4. 17): καὶ τὴν ῥάβδον ταύτην τὴν στραφεῖσαν εἰς ὄφιν λήμψει ἐν τῇ χειρὶ σου, ἐν ἣ ποιήσεις ἐν αὐτῇ τὰ σημεῖα.

Vs. 133 ποτάμιον substantivum esse et subiecti vice fungi docet versus sequens; metri necessitate coactus deminutiva forma (parum apta ad Nilum indicandum!) usus est. Verbo autem ρεῖν accusativum addidit αἶμα, non Euripidem secutus, qui dativum solum adiunxit idque significatione diversa (ρεῖ δὲ γάλακτι πέδον), sed suae aetatis scriptores. Iam Theocritus versu notissimo V. 126 ρεῖτω χά Συβαρίτις ἐμὸν μέλι.

Vs. 134 ὑδάτων συστήματα Exod. 7. 19 πᾶν συνεστηκὸς ὕδωρ αὐτῶν.

Vs. 136 οἷς pron. personalis vice fungitur. Respiciunt haec Exod. 9. 8 ἐναντίον Φαραῶ καὶ ἐναντίον τῶν θεραπόντων αὐτοῦ.

Vs. 137 hiatus δὲ ἐν satis certum corruptelae indicium, quam iam librarii codicum FG suo Marte tollere conati sunt ἀναβρυήσει scribentes. I exhibet ἀναβλύσει quod, ex ἀναβλυήσει procul dubio natum,

- 140 *κυνόμυια δ' ἤξει καὶ βροτοὺς Αἰγυπτίων
 πολλοὺς κακῶσει. μετὰ δὲ ταῦτ' ἔσται πάλιν
 λοιμὸς, θανοῦνται δ' οἷς ἔγεσσι καρδία
 σκληρά· πικρανῶ δ' οὐρανόν, χάλαζα νῦν
 σὺν πυρὶ πεσεῖται, καὶ νεκροὺς θήσει βροτοὺς,
 καρποὶ τ' ὀλοῦνται τετραπόδων τε σώματα·
 σκότος δὲ θήσω τρεῖς ἑφ' ἡμέρας ὄλας,
 145 ἀκρίδας τε πέμψω καὶ περισσαὶ βρώματα
 ἄπαντ' ἀναλώσουσι καὶ καρποῦ χλόην.
 ἐπὶ πᾶσι τούτοις τέκν' ἀποκτενῶ βροτῶν
 πρωτόγονα, παύσω δ' ὕβριν ἀνθρώπων κκκῶν.
 Φαραῶ δὲ βασιλεὺς πείσεται οὐδὲν ὧν λέγω,*

arguere poterat hoc revera in archetypo scriptum fuisse, si modo forma futuri producta ullam auctoritatem aliunde haberet. Duebnerus ad explendum hiatus edidit <δειν'> ἐν, duplex adiectivum *δεινὰ ἔλκη πικρά* defendens versibus 17. 220. 221. 249, qui loci parum proficiunt, nam priores corrupti sunt, vs. 249 autem „*δαψιλὴς χῶρος βαθύς*” quantum a nostro versu differat neminem fugit. Proponerem ἐνὶ βροτοῖς si constaret unquam Ezechielem contra Atticorum consuetudinem produxisse vocalem in vocis exitu ante βρ.; quod fortasse suadet vs. 160, non demonstrant vss. 51 et 166, at secus arguunt 39 et 93. Fieri potest ut δ' ἄρ' ἐν βροτοῖς olim scriptum sit.

Vs. 141 *πικρανῶ* corruptum. Duebn. *πικρανέω* quod in senario tragico vix probatur. An *πικρώσω*?

Vs. 145 *περισσαί*. Ita scripsi cum Duebnero (codd. *περισσά*), dubitans tamen, quoniam in codice I pro *πέμψω πέμψαι* scriptum est; quod si — uti suspicor — corruptela ex *πέμψας* natum est, licebit restituere sententiam multo melius decurrentem: „*ἀκρίδας τε πέμψας (αἱ περισσαὶ . . . χλόην) ἐπὶ πᾶσι . . . ἀποκτενῶ.*”

Vs. 149. Haud parum mirationem movet hic versus. Quid? Ex omnibus illis nihil passus erat rex? nonne οἱ βάτραχοι ἀναβάντες εἰσῆλθον εἰς τοὺς οἴκους αὐτοῦ (Exod. 8. 3)? nonne παρεγένετο ἡ κυνόμυια πλῆθος εἰς τοὺς οἴκους Φαραῶ (Exod. 8. 24)? Nonne eius quoque greges pestilentia invaserat? An tenebris sola exempta fuerat regia domus? Vix adducor ut credam tale quid voluisse poetam. Intellegam versum si dixerit Ezechiel:

- 150 πλὴν τέκνον αὐτοῦ πρωτόγονον ἕξει νεκρόν,
καὶ τότε φοβηθεὶς λαὸν ἐκπέμψει τυχῶ.
Πρὸς τοῖσδε λέξεις πᾶσιν Ἑβραίοις ἰμοῦ·
ὁ μεις ὄδ' ὑμῖν πρῶτος ἑνιαυτοῦ πέλει·
ἐν τῷδ' ἀπάξω λαὸν εἰς ἄλλην χθόνα,
- 155 εἰς ἣν ὑπέστην πατράσιν Ἑβραίων γένους.
λέξεις δὲ λαῶ παντὶ, μὴνός οὐ λέγω
διχομηνία, τὸ πάσχα θύσαντας Θεῶ
τῇ πρόσθε νυκτὶ αἵματι ψαῦσαι θύρας,
ὅπως παρέλθῃ σῆμα δεινός ἄγγελος.
- 160 ὑμεῖς δὲ ἑκτὸς ὅπτα δαίσεσθε κρέα·
σπουδῆ δὲ βασιλεὺς ἐκβαλεῖ πρόπαντ' ὄχλον.
ὅταν δὲ μέλλῃτ' ἀποτρέχειν, δώσω χάριν
λαῶ, γυνή τε παρὰ γυναικὸς λήψεται
σκεύη, κόσμον τε πάνθ' ὃν ἄνθρωπος φέρει,
- 165 χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἠδὲ καὶ στολὰς, ἵνα
ἀνθ' ὧν ἔπραξαν μισθὸν ἀποδώσιν βροτοῖς.
ὅταν δ' ἐς ἴδιον χῶρον εἰσέλθῃθ', ὅπως

„*At nulli praecepto meo obtemperabit Rex*”; ac suspicio mihi oboritur poetam nostrum, cum haereret in eius memoria versus Euripidis ex Helena 446 *πειθεὶ γὰρ οὐδὲν ὧν λέγω*, eandem sententiam ita enuntiasse: *βασιλεὺς δὲ Φαραῶ πείσεται οὐδέν* (i. e. οὐδενὶ) ὧν λέγω. Cui suspicioni — quamvis incertae — non obstat versus sequens; nam πλὴν apud Ezechielis aequales nonnumquam *verum enim vero* significat. Recte tunc sequuntur: *καὶ τότε* e. q. s. velut si dixisset „πλὴν ἐκπέμψει ὅτε ἕξει πρ. νεκρ.”

Vs. 152 cf. Exod. 12. 1 sqq.

Vs. 157 *διχομηνία*: quoniam per hos versus, in brevius omnia contrahens verbis tamen fere constanter libri sacri utitur, non supervacaneum est in transitu notare semel ita quoque Euripidem versum per *διχο-* inchoasse: Or. 890 *διχόμυθα*.

Vs. 158 *νυκτὶ*: caesura fortasse excusare poterit hiatum, quem si vitare voluisset facile evitasset scribendo *τῆς πρόσθε νυκτός*.

Vs. 165 Duebn. *χρυσοῦν τε κάργυρεῖον ἠδὲ καὶ στολὰς*, quem versum non scriptum ab Ezechiele, sed ab alio additum esse censet.

Vs. 167 sqq. His versibus praesertim in brevius contraxit verba scripturae. Servatur tamen aliquatenus ordo Exodi. Nam vs.

ἀφ' ἧσπερ ἡοῦς ἐφύγεται Αἰγύπτου δ' ἄπο
 ἐπτά διοδοικοροῦντες ἡμερῶν ὁδὸν
 170 πάντες τοσαύτας ἡμέρας ἕτος κατά
 ἄζυμ' ἔδεσθε καὶ Θεῶ λατρεύσετε,
 τὰ πρωτότευκτα ζῶα θύοντες Θεῶ,
 ὅσ' ἂν τέκωσι παρθένοι πρώτως τέκνα
 τὰ ἀρσενικά, διανοίγοντα μήτρας μητέρων.

Καὶ πάλιν περὶ τῆς αὐτῆς ταύτης ἑορτῆς Φησὶ ἐπεξεργαζόμενον
 ἀκριβέστερον εἰρηκέναι·

175 Ἄνδρῶν Ἑβραίων τοῦδε τοῦ μηνὸς λαβῶν
 κατὰ συγγενείας πρόβατα καὶ μόσχους βοῶν
 ἄμωμα δεκάτη· καὶ φυλαχθήτω μέχρι
 τετραῶς ἐπιλάμψει δεκάδι, καὶ πρὸς ἑσπέραν
 θύσαντες, ὅπτα πάντα σὺν τοῖς ἔνδοθεν

180 οὕτω φάγεσθε ταῦτα· περιεζωσμένοι,

152—160 spectant Exod. 12. 1—14; tum vs. 161—167 reddunt simul Exod. 12. 35, 36 et 11. 1—4, tandem vs. 167—174 Exod. 12. 15 sqq. additis tamen Exod. 13. 3 sq., nam eo tantum loco novae patriae fit mentio. — Versum autem 168 corruptum esse mihi constat. Suis verbis poeta reddit quae leguntur Exod. 13. 3 et 12. 17: „quando in proprias sedes vestras veneritis, septem diebus enumeratis inde ab illo die quo fuga excessistis (olim) ex Aegypto, quotannis per tot dies panes ἀζύμους edatis”. Hoc dicere voluisse poetam apertum est, sed male abundat post Αἰγύπτου particula δὲ nec tamen ferri potest hiatus Αἰγύπτου ἄπο; neque arridet Αἰγύπτῶν ἄπο. Equidem suspicor in δ' ἄπο vocabulum quoddam tragicum latere: scripsit fortasse Ezechiel Αἰγύπτου πῆδον (Eur. Hel. 2) ex quo, postquam per librarii incuriam in δάπεδον abiit, facili modo δ' ἄπο nasci potuit in versus fine.

Vs. 172 πρωτότευκτος novicium est. Exod. πρωτότοκος.

Vs. 175. Haec iterum Dei verba esse videntur accuratius exponentis Moysi quae ei coram populo dicenda sint. Quae enim praemittuntur verba Alexandri hoc ni fallor edicunt: Φησὶν ὁ Ἐζεκιήλος ἐπεξεργαζόμενον ἄπο Θεὸν ἀκριβέστερον εἰρηκέναι. — Subiectum autem ad quod λαβῶν pertinet, ac praedicatum primi enuntiati omisit in excerpto Alexander.

- καὶ κοῖλα ποσσὶν ὑποδέσθε καὶ χερσὶ
 βακτηρίαν ἔχοντες· ἐν σπουδῇ τε γὰρ
 βασιλεὺς κελεύσει πάντας ἐκβαλεῖν χθονός.
 κεκλήσεται δὲ πᾶς. καὶ ὅταν θύσητε δὲ,
 185 δέσμην λαβόντες χερσὶν ὑσώπου κόμης
 εἰς αἷμα βάψαι καὶ θιγεῖν σταθμῶν δυοῖν,
 ὅπως παρέλθῃ θάνατος Ἑβραίων ἀπο.
 ταύτην δ' ἑορτὴν δεσπότη τηρήσετε,
 ἔφθ' ἡμέρας ἄζυμα, καὶ οὐ βρωθήσεται
 190 ζύμη· κακῶν γὰρ ἐστὶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴ,
 καὶ τοῦδε μηνὸς ἕξοδον διδοῖ Θεός·
 ἀρχὴ δὲ μηνῶν καὶ χρόνων οὗτος πέλει.

Πάλιν μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Φησὶ δὲ καὶ Ἑζεκίηλος ἐν τῷ δράματι
 τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐξαγωγῇ, παρεισάγων ἄγγελον λέγοντα τὴν
 τε τῶν Ἑβραίων διάθεσιν καὶ τὴν τῶν Αἰγυπτίων φθορὰν οὕτως·

ΑΓΓ. Ὡς γὰρ σὺν ἔχλω τῷδ' ἀφώρμησεν δόμων

Vs. 181. Cum Duebnero κοῖλα in κᾶλα mutare mihi audacius videtur. ὑποδήματα κοῖλα optime conveniunt Iudaeis ad iter faciendum paratis, nam, quod notum est ex Polluce (VII. 84), ὑποδήματα dicuntur κοῖλα s. βαθέα quae ad mediam adscendunt tibiam. Pro ὑποδέσθε magis conveniret ὑποδεδεμένοι.

Vs. 190 ἐστὶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴ. Ita scripsi, in magna lectionum discrepantia aliquid audendum esse ratus. Nam Vigerus ex codicibus nescio quibus γὰρ τῶνδ' ἀπαλλαγὴ ἔσεται, elisione non ferenda. Nec melius alii ἀπαλλαγὴ ἔσεται. Codices Gaisfordii ἀπαλλαγῆσεται et ἀπαλλαγῆσετε, quod a Gaisfordio receptum sensum non praebet. Videtur mihi verbum ἐστὶν (quod praesenti forma requiri διδοῖ sequenti versu docet) postquam e loco suo migravit, in extremo versu additum esse: ἀπαλλαγὴ ἐστὶν, ubi propter similem versuum antecedentium exitum facile in eam quae nunc in codicibus exhibetur formam abiit. Vocabulum ἀπαλλαγὴ praesertim in fine trimetri placuisse tragicis, non est quod exemplis demonstrum.

Vs. 193. Iam redit denuo ad tragicum sermonem Ezechiel. Ἄγγελου autem ῥῆσις, qua inde ab hoc versu res Exod. 14. 6 sqq. enarratas exponit, nusquam certae cuiusdam tragicæ ῥήσεως imitationem arguens forma tamen et versibus singulis artem

- 195 βασιλεὺς Φαραῶ, μυρίων ὄπλων μέτα
 ἵππου τε πάσης καὶ ἀρμάτων τετραδῶν
 καὶ προστάταισι καὶ παραστάταις ἑμοῦ,
 ἦν Φρικτὸς ἀνδρῶν ἐκτεταγμένων ὄχλος.
 πεζοὶ μὲν ἐν μέσοισι καὶ Φαλαγγικοὶ
 διεκδρομαῖς ἔχοντες ἄρμασιν τόπους·
- 200 ἱππεῖς δ' ἔταξε τοὺς μὲν ἐξ εὐωνύμων,
 ἐκ δεξιῶν δὲ πάντας Αἰγύπτου στρατοῦ.
 τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν ἠρόμην αὐτῶν ἐγὼ,

Euripideam sedulo imitatur. Ipsum illiud exordium per ὡς sive ἐπεὶ constantem Euripidis in eiusmodi narratis morem refert, eiusdem poetae memoriam versus primi exitus revocat, cf. Or. 844 τῶνδ' ἀφώρμηται δόμων; item in sequentibus ἄρματα τετράορα ἐτ ἀνδρῶν ἐκτεταγμένων ὄχλος colorem habent Euripideum.

Vs. 196 προστάτας dicit nomine magis in vulgus cognito quos Exodi scriptor τριστάτας nominaverat. Παραστάται autem socii sunt, alarii cf. vs. 200.

Vs. 197 Φρικτός, adiectivum eius aetatis scriptoribus acceptissimum, quod tamen in hac Ezechielis narratione non horrendum tantummodo significat, sed idem quod poetae tragici participio πεφρικῶς indicant, aciem hastis horrentem, λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικῶτα.

Vs. 198 corruptus est. Nam licet potuerit poeta Φαλαγγικὸς pro substantivo adhibere (sicut ἀρσενικά et alii παρθενικά) ac novo nomine nuncupare Φαλαγγικὸς quos ceteri mortales Φαλαγγίτας dicebant, πεζοὺς et Φαλαγγίτας uno versu memorare non potuit, nam nihil prorsus interest inter utrosque. Legendum videtur πεζοὶ μὲν ἐν μέσοισιν ἦν Φαλαγγικοί. Verisimilius enim videtur Ezechielem ἦν pro ἦσαν dixisse quam μέσοις ἔσαν eum dedisse epicis secutum.

Vs. 201 πάντας Αἰγύπτου στρατοῦ suspectissimum. Praestabit fortasse ex codicibus reducere Αἰγύπτου epico more correptum.

Vs. 202. Legitur in codicibus tantum non omnibus τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν αὐτῶν ἠρόμην ἐγὼ στρατοῦ. Editores post Gaisfordium deleto pronomine αὐτῶν ita scribunt: τὸν πάντα δ' ἀριθμὸν ἠρόμην ἐγὼ στρατοῦ. Mihi verisimilius videtur στρατοῦ a librario

- μυριάδες <ἦσαν> ἑκατὸν εὐάνδρου λεώ.
 ἐπεὶ δ' Ἑβραίων ὁ ἕμδς ἤντησεν στρατὸς,
 205 οἱ μὲν παρ' ἀκτὴν πλησίον βεβλημένοι
 Ἑρυθρᾶς θαλάσσης ἦσαν ἡθροῖσμένοι·
 οἱ μὲν τέκνοισι νηπίοις δίδουν βορὰν
 ὀμοῦ τε καὶ δάμαρσιν, ἔμπονοι κόπῳ,
 κτήνη τε πολλὰ καὶ δόμων ἀποσκευή·
 210 αὐτοὶ δ' ἄνοπλοι πάντες εἰς μάχην χέρας
 ἰδόντες ἡμᾶς, ἠλάλαξαν ἔνδακρυν
 Φωνὴν πρὸς αἰθέρ', ἀνεβόησάν τ' ἄθροοι
 Θεὸν πατρῶν· ἦν πολὺς δ' ἀνδρῶν ὄκνος,
 ἡμᾶς δὲ χάρμα πάντας εἶχεν ἐν μέρει.

ex praecedente versu male iteratum versus nostri metrum pessumdedisse. Quod restitui transpositis ἡρόμην et αὐτῶν.

Vs. 203 ἦσαν inseruit Duebner.

Vs. 207 δίδουν. Vsbs 205—206 apodosis ad vsm 204 continentur. Sequitur versibus 207—209 accuratior exercitus descriptio, in qua quoniam verba κτήνη τε κ.τ.λ. appositionis vicem obtinent et carent verbo definito, versu 207 quoque δόντες melius conveniret.

Vs. 212 ex coniectura emendare conatus sum. Codd. aut ἐτάθησαν aut ἐστάθησαν; vulgo autem versus sic editur: Φωνὴν, πρὸς αἰθέρα τ' ἐτάθησαν ἄθροοι θεὸν πατρῶν. Id ferri posse mihi non persuadeo. Credi non potest poetam Iudaeum ita de summo Deo locutum esse ut αἰθέρα diceret θεὸν πατρῶν, ne tum quidem cum barbarum hominem loquentem faceret. Duebnerus iudicavit θεὸν πατρῶν iungendum esse cum vocabulo Φωνὴν, itaque dixisse Ezechielem ἠλάλαξαν ἔνδακρυν Φωνὴν (πρὸς αἰθέρα τ' ἐτάθησαν ἄθροοι) θεὸν πατρῶν. Quod ni fallor non facile cuiquam probaverit vir clarissimus. Ipsa Exodi verba mihi videntur remedium ferre loco corrupto. Legitur enim Exod. 14. 10 ἀνεβόησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πρὸς Κύριον. Ezechiel autem tragici sermonis memor maluit dicere ἀναβοᾶν θεὸν quam πρὸς θεόν.

Vs. 213 ὄκνος dedi ex coniectura. Codicum enim vox ὄχλος non modo languet summopere, sed etiam parum convenit cum versu sequenti; ὄκνος autem commendatur verbis Exodi 14. 10 καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα.

- 216 Βεελζεφών τις κλήζεται πόλις βροτοῖς,
 215 ἐκεῖθ' ὑπ' αὐτοῦς θήκαμεν παρεμβολήν.
 ἐπεὶ δὲ Τιτὰν Ἥλιος δυσμαῖς προσῆν,
 ἐπέσχομεν, θέλοντες ὄρθριον μάχην,
 πεποιθότες λαοῖσι καὶ Φρικτοῖς ὄπλοις.
 220 ἔπειτα θείων ἄρχεται τεραστίων
 θαυμάστ' ἰδέσθαι καὶ τις ἐξαίφνης μέγας
 στῦλος νεφώδης ἐστάθη [πρὸ γῆς μέγας]
 παρεμβολῆς ἡμῶν τε καὶ Ἑβραίων μέσος.
 καὶ ἔπειθ' ὁ κείνων ἡγεμῶν Μωσῆς λαβὼν
 225 ῥάβδον Θεοῦ, τῇ δὴ πρὶν Αἰγύπτῳ κακὰ
 σημεῖα καὶ τεράστι' ἐξεμήσατο,
 ἔτυψ' Ἐρυθρᾶς νῶτα καὶ ἔσχισεν μέσον
 βάθος θαλάσσης· οἱ δὲ σύμπαντες σθένει
 ὄρουσαν ὠκεῖς ἀλμυρᾶς δι' ἀτραποῦ·

Vs. 215, 216 transposui mutato ἔπειθ' in ἐκεῖθ'. Sic enim ut in codicibus hi versus leguntur ἔπειθ' ὑπ' αὐτοῦς θήκαμεν παρεμβολήν, Βεελζεφών τις κλήζεται πόλις βροτοῖς, intellegi quidem possunt sed inopia dicendi laborant haud mediocri, ut iure mireris quidni poeta scripserit Βεελζεφών ἢ κλήζεται etc. Verisimilius autem mihi videtur, versus inter se locum mutasse ac deinde ἐκεῖθ' in ἔπειθ' abiisse. Quod reposui tragicæ dictioni proprium est; cf. Eur. *Hipp.* 1199. *Iph. T.* 260. 1450.

Vs. 220. Obscure et summa cum duritate expressa haec sunt; nec tamen corrupta videntur: θαυμάστ' ἰδέσθαι subiecti vicem obtinet.

Vs. 222 pro μέγας Duebn. μέλας coniecit, post νεφώδης satis otiosum. Sed gravius mendum latet, nam πρὸ γῆς sensum non praebet, neque homerica dictione οὐρανόθι πρὸ explicatur neque notis illis γῆν πρὸ γῆς διώκειν, ἐλαύνειν. Suspicio μέγας ex praecedenti versu irrepsisse postquam a librariis πρὸ γῆς repositum fuit pro longiore vocabulo quod in archetypo maculis ex parte evanuerat. Indicatus erat στῦλος atque is non νεφώδης modo sed στῦλος νεφέλης καὶ πυρός (cf. Exod. 14. 24), nam noctu facta sunt quae hic narrantur. Fuerat fortasse in archetypo στῦλος νεφώδης ἐστάθη π(υ)ρι(φλε)γής.

Vs. 226 τεράστια pro τέρατα restituit Gaisf.

- 230 ἡμεῖς δ' ἐπ' αὐτῆς ὠχόμεσθα συντόμως
κατ' ἴχνος αὐτῶν, νυκτός· εἰσεκύρσαμεν
βοηδρομοῦντες, ἀρμάτων δ' ἄφω τροχοί
οὐκ ἐστρέφοντο, δέσμοι δ' ὡς ἤρμωσαν.
ἀπ' οὐρανοῦ δὲ Φέγγος, ὡς πυρὸς, μέγα
- 235 ᾤφθη τι ἡμῖν· ὡς μὲν εἰκάζειν παρῆν
αὐτοῖς ἀρωγὸς ὁ Θεός. ὡς δ' ἤδη πέραν
ἦσαν θαλάσσης, κύματ' ἔρροιβδει μέγα
σύνεγγυς ἡμῶν, καὶ τις ἠλάλαξ' ἰδῶν·
„Φεύγωμεν οἴκοι πρόσθεν ὑψίστου χειρός·
- 240 οἷς μὲν γάρ ἐστ' ἀρωγὸς, ἡμῖν δ' ἀθλοῖς
δλεθρον ἔρδει.” — καὶ συνεκλύσθη πόρος
ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ στρατὸν διώλεσεν.

Καὶ καλὴν μετ' ὀλίγα Περὶ τούτων καὶ τοῦ Φανέντος
δρνεοῦ Ἐζεκιήλος ἐν τῇ Ἐξαγωγῇ παρεισάγει τινὰ λέγοντα τῷ
Μωυσῆ περὶ μὲν τῶν Φοινίκων καὶ τῶν δώδεκα πηγῶν οὕτως·

Κράτιστε Μωσῆ πρόσσχεσ οἶον εὐρομεν
τόπον πρὸς αὐλιν τῆδ' ἐπ' εὐαεὶ νάπη.

Vs. 230 συντόμως an συντόνως?

Vs. 231 εἰσεκύρσαμεν novicium est hoc compositum, nec placet praepositio eis cum verbo κύρω coniuncta. Scribendumne sit ἐν δ' ἐκύρσαμεν dubito. Nihili est quod codd. I D E exhibent εἰσεκύσαμεν.

Vs. 237 κύματα scripsi. Codd. κύμα δ', in qua lectione δὲ sententiam pessumdat in apodosi male abundans. — μέγα adverbii vicem habet.

Vs. 239 χειρός recepi ex uno codice Parisino B, ceteri omnes χέρας, quod cum Gaisfordio probaverunt editores. Sed πρόσθεν χέρας Graecum non est, temporis notio antea, si pro adverbio accipere πρόσθεν volueris, huc non quadrat; contra πρόσθεν προσώπῳ, χειρός, ὀφθαλμῶν κυρίου Φεύγειν cum Iudaei scriptoris sermone optime convenit.

Vs. 244 αὐλιν scripsi, quod vocabulum ad castra (ἔπαυλιν) indicanda raro quidem adhibetur sed optimum habet auctorem Homerum I. 232 ἐγγυὸς γὰρ νηῶν καὶ τείχεος αὐλιν ἔθεντο. — Codicum lectio αὐτῆ sensum ne tum quidem praebet si cum Duebnerio τῆδε γε εὐαεὶ νάπη legis. Expulit quidem Duebnerus ea emendatione

- 245 ἔστιν γὰρ, ὡς που καὶ σὺ τυγχάνεις ὄρων,
 ἐκεῖ. τότεν δὲ Φέγγος ἐξέλαμψε νιν
 κατ' εὐφρόνην σημείον ὡς στῦλος πυρός.
 ἐνταῦθα λειμῶν' εὐρομεν κατάσκιον
 ὑγράς τε λιβάδας· δαφιλῆς χῶρος βαθύς,
 250 πηγὰς ἀφύσσων δώδεκ' ἐκ μιᾶς πέτρας·
 στελέχη δ' ἐρυμνὰ πολλὰ Φοινίκων πέλει
 ἔγκαρπα, δεκάκις ἑπτὰ, καὶ κατάρρυτος
 χλόη πέφυκε θρέμμασιν χορτάσματα.
 Εἶτα ὑποβάς περὶ τοῦ Φανέντος ὀνέου διεξέρχεται·
 "Ἐτερὸν δὲ πρὸς τοῖσδ' εἶδομεν ζῶον ξένον
 255 θαυμαστὸν, οἶον οὐδέπω ὦρακέ τις.
 διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος ἀετοῦ σχεδόν,

praepositionem molestam ἐπὶ, nam ferri non potest πρὸς αὐτῇ τῆδε ἐπὶ νάπη, sed sententiam exonerat molestissima particula γε.

Vs. 246 Duebnerus hunc in modum explicat: *ecce autem modo illustratur columnā ignis duce nostro*. Quae interpretatio (qua minime explicari τότεν, merito suspectum, Gaisfordio concedit vir clarissimus) iam eo condemnatur, quod invito poeta ita fingi necesse sit colloquium noctu esse peractum. Addit autem Duebnerus: *emendandum restat ἐκεῖ et τότεν*. Mihi τότεν tantum corruptum videtur. Columna ignea speculatoribus, opinor, primum noctu ostenderat locum ad castra facienda idoneum, ipse ergo Deus viam duxerat, sicuti lignum quoque is Moysi ostenderat (ἔδειξεν αὐτῷ Κύριος ξύλον Exod. 15. 25) quo potabilem redderet aquam amaram Merreae. Quapropter tantum non certum mihi videtur scribendum esse τὸ Θεοῦ δὲ Φέγγος ἐξέλαμψε νιν.

Vs. 247 εὐφρόνην Duebn. codd. εὐφρόνης.

Vs. 249 χῶρος πηγὰς ἀφύσσων. Comparari potest haec quoque dicendi licentia cum Euripide cui dicere placuit „ὔδαρ στάζουσα πέτρα” *Hipp.* 121.

Vs. 252 κατάρρυτος scripsi ad hiatum tollendum. Codd. ἐπίρρυτος.

Vs. 253 χλόη πέφυκε Gaisf. — Codd. πέφυκε χλόη.

Vs. 255 hiatum post οὐδέπω non assignaverim poetae, etiamsi forma ὦρακε per se non offendat. Num forte scripsit οὐδεπόποτ' εἶδέ τις?

- πτεροῖσι ποικίλοισιν ἢ δὲ χρώμασι·
 στῆθος μὲν αὐτοῦ πορφυροῦν ἐφαίνεται,
 σκέλη δὲ μιλιτόχρωτα, καὶ κατ' αὐχένα
 260 κροκωτίνοις μαλλοῖσιν εὐτρεπίζετο.
 κάρα δὲ κοττοῖς ἡμέροις παρεμφερές,
 καὶ μηλίην μὲν τῇ κόρῃ προσέβλεπε
 κύκλω, κόρῃ δὲ κόκκος ὡς ἐφαίνεται.
 φώνην δὲ πάντων εἶχεν ἐκπρεπεστάτην.
 265 βασιλεὺς δὲ πάντων ὀρνέων ἐφαίνεται
 ὡς ἦν νοῆσαι· πάντα γὰρ τὰ πτῆν' ὁμοῦ
 ὄπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ' ἐπέσσυτο,
 αὐτὸς δὲ πρόσθεν ταῦρος ὡς γαυρούμενος
 ἔβαινε κραιπνὸν βῆμα βαστάζων ποδός.

Vs. 261. Codicum verba *κοίτης ἡμέροις* (s. *ἡμέρης*) Vossius correxit *κοττοῖς* proponens (secundum Hesychium enim *κοττοὶ οἱ ἀλεκτροδόνες διὰ τὸν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ λόφον*). In fine versus pro *παρεμφερές* scribendum videtur *παρεμφερός*, „capite gallis similis”.

Haec sunt quae nobis servavit Eusebius ex dramate Ezechielis, quartam fortasse partem vel amplius totius operis, ceterum satis magnam ut neque doleamus praeter modum periisse reliqua, et ex iis quae supersunt de poetae arte atque consilio iudicium feramus non prorsus incertum. Dictionis tragicæ, qualis ex Euripide cognoscitur, imitatore se praestat Iudaeus poeta satis fidelem. Verumtamen, si Ezechielem artis Euripideae imitatore dicimus, nullo modo imitationem significamus eiusmodi qualem sive *Tragoedopodagrae* poeta sive *Christi patientis* auctor adhibuerunt. Totos enim versus Euripidis nusquam noster intulit in tragoediam suam neque vero ex pannis tragicis data opera versus novos conglutinasse eum vere dixeris; sed eiusmodi sermonis eius tenor est, ei sunt versuum numeri, ea denique universa sententiarum structura atque dicendi ratio ut Euripidis fabulas penitus cognitas ei fuisse statim appareat, neque certas quasdam paucas, sed plerasque. Continuo itaque observatur eius menti Euripidis dictio, haerentque in animo ac fere resonant per aures versuum Euripideorum exordia atque exitus;

verum cum data occasione profert quae fideli servavit memoria, numquam id facit tamquam in certa quadam fabula Euripidis occupatus; dixeris imprudenti fere ei excidere quae sive lectitasset, sive audiisset. Cuius imitationis quaedam supra notavi exempla sicuti occurrebant mihi; facili modo ea augebit quisquis eo consilio fabulas Euripidis perlegerit. Mihi enim cum pulvisculo eam rem exhaurire vix operae pretium videbatur, quoniam ex iis quae attuli satis perspicue apparere putabam qualis in hoc dicendi genere Ezechielis fuerit ars, qualeve consilium. Primum enim, non sane ἀττικιστὶ scripsisse contenderim hominem, barbaram nonnumquam ac soloecum locutum esse, saepe inopia dicendi pressum aliquanto brevius historiam enarrasse quam ex re fuisset, minime negabo. Verumenimvero si cum Pentateuchi versione Graeca, cum Siracidae libro, cum Maccabaeorum historiis tragoediam Ezechielis comparaverimus, iam fere laudandus nobis eius videbitur sermo graecus, iam purus ab hebraismis, iam verborum formis tantum non proxime ad Atticorum usum accedens. Multum autem abest ut iteratis Euripidis tantum versibus fuerit contentus, tragicumve Graecum sacris libris antetulerit. Exodi narrationem, quin etiam verba ipsa versionis Graecae, quantum per argumentum tragoediae ipsamque dramatis oeconomiam licebat, summa constantia secutus est, id tantum sedulo dans operam ut, quidquid nimis barbaram a Septuagintaviris dictum esse videbatur, expoliret revocaretque ad dictionem Graecam. Quod qua ratione singulis locis fecerit non necesse est pluribus exemplis illustrari; utriusque scriptoris narrationem componere cuivis lectori leve est, neque ingratum opus.

Dramatis oeconomiam memoravi, et sane attinet quaerere qua ratione tragoediam suam composuerit ordinaverit in partes diviserit Ezechiel. Quod opusculum si tragoediam dicimus, Polyhistoris exemplo utimur, qui constanter hominem vocat Ἐζεκιήλον τὸν τραγωδιῶν ποιητήν. Neque immerito; licet profecto, sicuti in ipsa Exodi narratione nihil inest quod ex nostro iudicio tragoediae praebeat argumentum, ita drama poetae nostri omni careat περιπέτεια. Sed tragoediae nomine eas quoque fabulas ornabant Graeci, quas hodie solemus dramata dicere historica, neque igitur erat cur poeta sibi videretur a Graecorum more deflectere si patrum res gestas per fabulam exponeret. Nonne ita Aeschylus

Persas, nonne Moschius Themistoclem scripserat, quibus fabulis Salaminiam victoriam celebrarent; nonne eiusdem Moschionis fabula Pheraeis enarratus erat Alexandri tyranni exitus? Et propius accedemus ad Ezechielis tempora si Lycophronem memoremus, Marathonios qui scripsit ac *Συμμάχους*. Quae non idcirco enumeramus, quod putaverim cognita ea omnia fuisse homini Iudaeo; sed quia documento esse possunt, Graecis quoque poetis scenicis iam inde ab ipsis tragicae artis principiis, cum Phrynichus *Μιλῆτου ἄλωσιν* docuit, genus historicum interdum placuisse, et progrediente tempore, cum identidem iterare argumenta mythica neque vellent neque possent, magis magisque cultum fuisse apud eos id genus fabularum quod postea apud Romanos Pacuvius in Paulo, Ennius in Ambracia sua excoluerunt; fabulas dico praetextatas.

Itaque a Graecorum exemplis non nimis longe discedebat Ezechiel, cum historiae argumentum in tragoediae formam redigere conabatur; videamus autem qua ratione materiam disposuerit. Primus in scenam introducitur Moyses ipse, qui et Hebraeorum servitutem et pueritiae suae historiam et fugam suam ita exponit ut statim videas auctorem noluisse ex alio fonte haurire praeter ipsam sacram scripturam; absunt enim omnia quibus scriptores Iudaei ornare Moysis pueri historiam amabant, ne eorum quidem auctorum quos postea secutus est Iosephus vestigium vel minimum in Ezechielis fabula agnoscas. Locum autem quo poeta Moysen primum colloquentem cum Sepphora facit, ita describit filia Rhaguelis ut statim videas locorum notionem, quae in scriptore Exodi vaga fuerat atque incerta, nihilo accuratiorem esse in poeta nostro. „*Libya haec omnis dicitur regio; quam incolunt Aethiopes*” sic roganti Moysi virgo respondet. De quibus verbis infra amplius dicendi erit occasio; nunc verbo monere sufficit omnino non sollicitum fuisse Ezechielem de orae Arabicae situ ac magnitudine. Dubium itaque vix esse potest, quin eodem loco colloquium habitum esse fingatur, quo Moyses (quem interea duxisse Sepphoram dixeris, quia Alexander l.l. p. 440 C. Rhaguelem *πενθερὸν* eius vocat) socero suo exposuit somnium mirificum. Quod somnium quamquam prorsus non memoratur in sacris libris, vix tamen credo necesse esse anxia cura hanc proponere quaestionem: unde haec sumsit poeta? Licebit, ni fallor, hanc narrationem

Ezechielis inventioni tribuere, simplicem profecto atque eiusmodi, ut vix ad eam excogitandam divinus afflatus aut mira ingenii fecunditas requiratur. Ceterum, cum siderum agmina ad pedes suos ruentia videt Moses, ad spectu fruitur haud dissimili atque Iosephus, quem per somnium ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ ἔνδεκα ἀστέρες προσεκύουσι (Gen. 37. 9); quod autem attinet ad totius somnii interpretationem quam profert Rhaguel, apte conferri posse videtur id quod in Danielis libro c. 7. 27 legitur „καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν καὶ τὴν ἀρχὴν πασῶν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν ἔδωκε λαῶ ἀγίῳ ὑψίστῳ βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον.” Altiora haec utpote animi multo quam in poeta nostro fuit altioris, sed eiusdem generis. Ceterum ad haec posthac recurram; nunc agitur de dramatis dispositione.

Vix quidquam obstat quominus ea quae sequuntur quoque eodem loco, non mutata itaque scena, acta esse finxerit poeta. Novimus Exodi scriptorem a Medianitarum urbe paululum removisse regionem in qua ardentem rubum Moyses vidit, sed is quoque parum accurate locum indicat 3. 1: Καὶ Μωυσῆς ἦν ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰσθὲρ τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ τοῦ ἱερέως Μαδιάμ, καὶ ἤγαγεν τὰ πρόβατα ὑπὸ τὴν ἔρημον. Quid mirum si noster putavit non tam longe ea deserta abesse quin liceret eodem loco Deum cum Moyse facere colloquentem quo antea hic cum Sephora ac Rhaguele convenisset? In ipso autem colloquio multa quae fusius enarraverat sacra scriptura, Ezechiel aut resecurit aut contraxit in brevius. Primum enim secundum Exodi auctorem etiam atque etiam, nec sine verbosa quadam anxietate, Moyses coram Deo exponit se parum valere ad grave munus quod ei mandat numen supremum. Nec praetermittit historicus memorare ipsius populi Iudaici animum demissum ac diffidentem. Minus haec conveniunt summo viro qui in dramate primas agit, neque vero indicia ignaviae quamvis humanae in Moyse suo notare Ezechielis aequales amabant, quippe quibus Iudaeorum dux tamquam consummatam perfecti hominis imaginem praebere videretur.

In poenis autem enarrandis, quibus se exercituum Aegyptios praedicat Deus, brevitati summae noster studuit. Raptim enumerantur quae in Exodo proluxe et, ex variis utpote fontibus congesta, fuse exposita erant; ne ordinem quidem poenarum, quem

dederat sacra scriptura, ille accuratissime servat; sic morbus ulcerum ex cinere natorum quartum apud poetam locum tenet, sextum in Exodi narratione; tenebrarum locustarumque poenae locum inter se mutarunt. Sed vix operae pretium ad talia attendere, nisi ut observes poetae quamvis Iudaeo non tantam tamen fuisse tamque anxiam adversus libros sacros religionem ut nihil prorsus, ne litterulam quidem, inmutare auderet. Aliquam sibi concessit libertatem tam omittendi quam inmutandi. Nam quia nolebat populo suo maculam adhaerere ignaviae, aliud quoque mutavit. Etenim secundum Exodi auctorem miracula baculi in anguem mutati, manusque lepris subito albescentis Deus Moysi tradidit ut fidem populi sibi iis factis conciliaret (Exod. 4. 1 *Ἀπεκρίθη δὲ Μωυσῆς καὶ εἶπεν· ἔάν μὴ πιστεύσωσίν μοι μηδὲ εἰσακούσωσιν τῆς Φωνῆς μου;*) nostro vero magis placuit ita rem fingere ut coram rege tantum ea prodigia exhibere iuberetur Moyses, id quod ex fragmentis apparet, nam ordine mutato praemisit hisce ea quae de Aarone narrantur Exod. 4. 10, statimque post ea prodigium baculi exponit; verba itaque in hac colloqui parte potius secutus enarrationis quam habet Exod. 4, 3—6, re tamen spectat Exod. 7. — Multum autem abest ut ex iis effici posse videatur, artem quandam criticam nostrum poetam exercitasse in hisce Exodi capitibus, vel suspicatum eum esse ea contaminata esse, sicut hodie fere constat apud viros earum rerum peritos. Elegit tantum quae aptiora iudicabat et in brevius contraxit quae nimis prolixè narrata esse videbantur. Sed in una re ne prolixitatem quidem sacri libri prorsus evitavit; praescripta enim paschalia, quae quater iterantur in libro Exodi (12. 1; 12. 21; 12. 43; 13. 1) Ezechiel quoque bis data fingit, raptim primum, deinde accuratius, utroque autem loco omisit multa ex sacro Iudaeorum ritu, quae taceri melius aptiusque iudicabat coram spectatoribus, quorum pars tantum ex gente Iudaica fortasse erat. Ut enim cetera mittam, hoc haud sine certo poetae consilio factum est, quod ne verbo quidem refertur iussum severum Exod. 12. 48 memoratum: *ἔάν δέ τις προσέλθῃ πρὸς ὑμᾶς προσήλυτος ποιῆσαι τὸ πάσχα Κυρίῳ, περιτεμεῖς αὐτοῦ πᾶν ἀρσενικὸν καὶ τότε προσελεύσεται ποιῆσαι αὐτό.* Omnino hoc valet de tota hac parte: profecto multa et gravia in ritu paschali observando omissurus fuerat qui Exodi libro deposito Ezechielis

drama tamquam accuratam legis rescriptum accepisset. Sed non Hebraeos sacra docere instituta, verum simul cum Hebraeis Graecos et delectare et praeclaris proavorum rebus gestis instituere volebat.

Iam venimus ad ipsam per Mare Rubrum *ἐξαγωγήν*. Num hic quoque, ubi transfuga ille nescio quis vel captivus, divinitus, opinor, ex omnium Aegyptiorum interitu servatus Hebraeorum iter per mare, Aegyptiorumque necem enarrat, iterum eodem loco res exposita esse fingitur? Nonne mutata est scena? „Ecce”, dicat quispiam, „quis credat poetam Iudaeum servare *voluisse* veram dramatis formam, qui facta tam diversis locis gesta, tam ingenti annorum spatio inter se separata uno poemate coniunxerit, qui deinceps res in Midianitarum terra peractas, colloquium ad montem Sinai habitum, Marisque Rubri transgressum in scena proposuerit? Dramatiorum seriem habemus, dialogos quosdam, dramaticam narrationem, sed drama nullum est; fabulam quae in scena agi posset omnino noluit scribere Ezechiel.” Fateor, temporum praesertim spatia terminos fabulae nimium egredi mihi quoque viderentur, si vel uno argumento efficere possem poetam nostrum, Exodi auctoritatem secutum, eam habuisse temporum rationem ut fingeret Moysen per annos quadraginta apud Rhaguelem habitasse antequam iussu Dei in Aegyptum rediisset. Id vero eum ita finxisse neque apparet, neque probabile est; etiamsi in ceteris omnino non id egisse videatur ut secundum praeceptum Aristotelis, fabula dici posset *ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου εἶναι ἢ μικρὸν ἐξαλλάττειν*. Erat profecto licentia quaedam in eo, quod uno dramate repraesentata erant et primus Moysis adventus et nuptiae Sapphorae et somnium quod viderat Moyses ad montem Sinai et colloquium cum Deo factum; sed quidquid in iis erat licentiae, habebat poeta exemplum quo id defenderet. Meminimus Orestem Aeschyleum, qui in *Eumenedum* initio Delphis in Apollinis adyto desidet, mox, vs. 236 sq. post longos errores adest Athenis. Idem Aeschylus in exordio *Agamemnonis* Troiae excidium nuntiat; post unum canticum regem producit in scenam. Nota sunt haec omnia; addamus unum exemplum haud minus notum ex Euripidis *Andromache*. Quantulum spatium revera intercedit inter extrema Orestis ad Hermionen verba ac nuntii Delphici cele-

berrimam βήτιν, qua caedes Pyrrhi in ipso Delphorum templo Orestis manu, perpetrata enarratur? Talia — ac paullo maiora Ezechieli quoque, ni fallor, condonari possunt; itaque quominus verum drama ab eo compositum esse credam, non hoc me prohibet quod compertum habemus severiorem vulgo in hac re Graecorum esse artem. Quin locum quoque scenae mutare si voluisset Graecorum artis exemplo defendere se potuerat — praesertim comoediae. Sed id, ut dixi, noluit. Nam nuntii narratio quoque eodem quo cetera loco haberi fingitur. Iterum res versatur in eadem ripa maris Rubri, iterum in eadem illa Arabia tam parum cognita poetae. Quoniam autem, mutata paululum Exodi narratione de loco qui dicitur Elim, ita in sequentibus rem disposuit ut per speculatores describerentur eius loci deliciae — quo res enarrari posset in eadem scena qua nuntius Aegyptii exercitus cladem modo exposuerat — denique quoniam satis verisimile videtur dramati suo non finem imposuisse poetam per illam partem quae nunc extrema est, sed addidisse Sepphorae ac Rhaguelis adventum qui fuse enarratur Exod. XVIII. 1, nihil obstat, quin credamus eum haec omnia quae in scena gerenda essent ita disposuisse ut uno eodemque loco facta esse viderentur.

Haud mirarer, si nonnulli negarent operae pretium esse in eiusmodi quaestionem accuratius inquirere, nihil enim attinere quidnam sibi in conglutinando opusculo suo proposuerit poeta semibarbarus. Attamen non omnino nullius momenti ipsa quae nos detinebat quaestio est, quia quodammodo ex iudicio quod de ea faciamus pendet omnis opinio de alia quadam quaestione multo graviore quam illa est. Num in scenam missa est Ezechielis fabula? Vel potius, quoniam illud quidem nemo unquam aut negare poterit aut affirmare, potuitne scenae committi, eone consilio poeta fabulam scripsit ut coram spectatoribus ageretur? Negant prae fracte alii, alii affirmant. Oppugnavit olim Magninus; Dindorfius totam quaestionem inutilem iudicavit, „*quum probabilius sit poemata haec ut alia multa illius aetatis non spectatoribus sed lectoribus scripta fuisse*” (Praef. ad edit. Eusebii). Contra iam ineunte saeculo nostro Eichhornus, postea Schuerer, postremum Susemihlius haud minus diserte, èt agi posse èt actam esse fabulam contenderunt. Verum argumenta apud utrosque frustra quaeres. Itaque videamus num quid dixerit Dindorfius,

cum Ezechielis fabulam, quam saltem *potuisse* agi supra, uti spero, demonstratum est, cum „aliis multis illius aetatis” fabulis quae lectoribus destinatae essent comparandam esse iudicavit. Fuitne similis ἡ ἐξαγωγή iis aetatis illius fabulis quae δράματα ἀναγνωστικὰ dicere hodie solemus? In populi sui litteris exemplum quaerere non poterat Ezechiel in arte dramatica exercenda; numquam enim ars scenica apud Iudaeos in honore fuit, immo Herodis etiam temporibus τὰ σκηνικὰ τοῦ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους ἔθους ἀλλότρια erant. Ad Graecos omnino respicere necesse erat, itaque id quidem constat, si ἀναγνωστικὸν δράμα scribere voluisset, quandam certe similitudinem illud opus habiturum fuisse cum Graecis fabulis illis quae ad legendum, non ad agendum, scriptae erant. Verum, quid apud Graecos fuit δράμα ἀναγνωστικόν, quidve proprium habet id genus, quo a ceteris, quae agebantur, fabulis dignoscatur? Quam incerta haec omnis sit res nemo ignorat. Fuisse videntur, et iam satis diu ante Ezechielis aetatem fuerunt, quorum fabulae aut raro aut numquam scenae committerentur, sicut semper fuerunt maximorum quoque scenicorum poetarum fabulae quaedam quae, cum in pulpito haud magnopere delectavissent populum, lectoribus tamen postea maxime placebant. Fortasse tragoedia ad recitandum inprimis idonea fuit propter quam in Hippia minore p. 368 B Hippiam sophistam leniter rideri videmus. qui ad ludos Olympicos venerat gloriatus tam annulum quem haberet quam pallium quo amictus esset ceteraque omnia quibus esset indutus se sua manu confecisse, ac praeterea artis suae specimina alia se secum ferre: καὶ ἔπη καὶ τραγωδίας καὶ διθυράμβους. — Dionysium quoque tyrannum huc contulerim, non quia Diod. XV. 8 in coena convivis recitasse narratur ῥήσεις illas ex tragoediis suis, de quibus Philoxenus iudicium tulit et cautum et iustum, cum subdola laude οἰκτρὰ ea esse pronuntiaret; sed quoniam ex eodem Diodoro constat (XIV. 109) ad fabulas Olympiae recitandas a tyranno missos esse βαψφδοὺς τοὺς κρατίστους ὅπως ἐν τῇ πανηγύρει τὰ ποιήματα αὐτοῦ προφερόμενοι ποιήσωσιν ἐνδοξον τὸν Διόνυσον. Explosas esse eas Dionysii fabulas cum Olympiae recitarentur notum est (cf. Dionys. Hal. V p. 520 sqq. Rsk), sed recitatas esse, non actas itidem constat. Itaque ad genus ἀναγνωστικόν cognoscendum haud parum lucraremur si quid cognitum haberemus de eius arte.

Et quoniam perierunt tyranni opera — quod nemo dolebit, qui meminerit senarios illos: „Δωρίς τέβνηκεν, ἡ Διονυσίου γυνή”, et „οἶμοι γυναῖκα χρησίμην ἀπώλεσα” (Luc. *adv. ind.* 15), operae pretium est Athenaei verba, quamvis notissima, referre (III p. 98 C) „πολλῶν ἑνομάτων ποιηταὶ καὶ πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμόντες τὸν Σικελιώτην Διονύσιον· ὃς τὴν μὲν παρθένον ἐκάλει μένανδρον ὅτι μένει τὸν ἄνδρα καὶ τὸν στῦλον μενεκράτην ὅτι μένει καὶ κρατεῖ, βαλλάντιον δὲ τὸ ἀκόντιον ὅτι ἐναντίον βάλλεται” et quae sequuntur; nam haec, sane insulsa et τοῦ πονηροῦ κόμμα-τες sufficiunt quibus ostendatur iam Dionysium ingressum esse viam tragicæ arti funestissimam quae ad Lycophronis insaniam ductura erat. Aptius autem *αἰνιγματῶδες* illud dixerim dramati quod legas quam ei quod spectes; rhetoricae arti magis conveniens quam ὑποκριτικῆ. Ita novimus aenigmata et griphos Theodectae quoque placuisse, poetae tragico merito fortasse apud aequales laudatissimo, sed quem auctor Suidae apte dicit *ζήτορα τραπέντα δὲ ἐπὶ τὴν τραγῳδίαν*. Is vero cum ad certamen in Mausoli epitaphio accessitus, teste eodem Suida *ἐνίκησε μάλιστα ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ*, tragoediam recitasse disertis verbis dicitur. Sic autem sensim natam esse certam quandam fabularum speciem aptiorem ad recitandum taciteve legendum quam ad agendum, iam Welckerus argumentis validis demonstravit (*Gr. trag.* III 1082 sqq.) disputans de Aristotelis verbis *Rhetor.* III. 12. 2 quae de toto hoc genere fere unicum nobis praebent testimonium: „ἔστι δὲ λέξεις γραφικὴ μὲν ἢ ἀκριβεστάτη· ἀγωνιστικὴ δὲ ἢ ὑποκριτικωτάτη· ταύτης δὲ δύο εἶδη· ἢ μὲν γὰρ ἠθικὴ, ἢ δὲ παθητικὴ· διὸ καὶ οἱ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιοῦτους· βαττάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοὶ, οἷον Χαιρήμων· ἀκριβὴς γὰρ ὡσπερ λογογράφος.” Iam videmus Aristotelem tragicos poetas eos quos *ἀναγνωστικούς* dicit — quorum igitur fabulae praesertim in legendo placebant — comparasse cum rhetoribus iis qui non auditores inprimis sed lectores in orationibus suis componendis spectarent. Non ὑποκριτικὴν λέξιν sed γραφικὴν illi sectabantur, eamque artem dicendi exercebant quae in fori certaminibus facile fugiebat excitatos litigantium animos, sed placebat lectori haud parum erudito. Eadem ars paullatim magis magisque in tragoedia coli coepta est: γραφικὴν non ὑποκριτικὴν exercitabant ἀναγνωστικοὶ illi, ea colebant quae magis animo

placebant lectoris qui domi per otium arte poetae fruebatur, quam spectatoribus de plebe. Idcirco mox stilus excultior quaeritur, sententiarum nexus artius alligantur, evitatur ἡ διαλελυμένη λέξις. Simul exquisita quaedam dicendi ratio placet, flosculis imaginibusque exornatur sententia, abundant metaphorae. Haec omnia ne in paucis quidem fragmentis, quae ex Chaeremonis fabulis hodie extant, frustra quaeres. Nonne coronas ille εὐφημίας κήρυκας, flores λειμώνων τέκνα dixit? Et quis est qui ignoret versum, sanequam venustum

χορῶν ἔραστῆς κισσός, ἐνιαυτοῦ δὲ παῖς.

Vix excogitari potest quidquam quod a toto hoc genere magis sit remotum quam drama Ezechielis. Florida eorum poetarum oratio, imaginis atque metaphorae frequens usus tamen habebant, opinor, quo placere potuissent homini Iudaeo; et certe ea non omnibus displicuisse gentis Semiticae poetis testatur Meleager. Contra Ezechielis sermo, quo nihil magis est διαλελυμένον, tantum non omni imagine caret, nusquam lectoris ratio habetur, nusquam elegantia quaeritur; sed ita constanter observatur dicendi summa simplicitas, ut a spectatore etiam mediocriter tantum litteris Graecis imbuto facillime intellegatur. Accedit quod vix dicas cuiusnam commodo in ἀναγνωστικῆ dramatis formam redigere potuerit Exodi narrationem. Praeterea, si lectoribus tantum, non spectatoribus, scripsisset noster, vix fugisset eum, quanto melius fuisset in ipsa regia Pharaonis acta fingere omnia quibus agitur de poenis Aegypti, quae nunc, scenicae rei necessitate coactus, in Dei colloquio cum Moyse narrata tantum finxit. Ceterum, in ipso hoc colloquio id quoque indicio esse potest pulpito destinatum fuisse fabulam quod poeta — ne offensioni Iudaeorum pietati esset Dei numen in scena representatum — tam diserte indicavit vocem tantum divini nuntii audiri (vs 101)

ἰδεῖν γὰρ ὄψιν τὴν ἐμὴν ἀμήχανον
θνητὸν γεγῶτα,

quae verba de suo addidit Ezechiel, in praecedentibus ipsa Exodi verba reddens.

Levis ac nullius fere momenti haec quaestio iam non videbitur si contigerit nobis, ut et qua aetate vixerit poeta noster constituerimus, et quaenam eius fuerit patria. Primum videamus

de tempore. Ante Polyhistora Ezechielem scripsisse certum est. Constat quoque cognitam ei fuisse Pentateuchi versionem Graecam, quae ad Ptolemaei Philadelphi fere tempora pertinet. Verum arctioribus etiam ni fallor temporum terminis aetatem poetae definire, certe terminum post quem eum vixisse necesse sit accuratius constituere poterimus, si ad extremam tragoediae partem, qua agitur de phoenice, attendimus. Quid enim Ezechielem adduxit ut de phoenice ageret, de quo ne verbo quidem sacri libri facerent mentionem?

Anno nostrae aerae 34 cum ex Aegypto novus phoenicis avis adventus nuntiatus esset, ea res secundum Tacitum (Ann. VI. 28) „*praebuit materiam doctissimis indigenarum et Graecorum multa super eo miraculo disserendi.*” Addit Tacitus, ex doctis iis dissertationibus pauca quaedam referens, secundum quosdam auctores avem illam primum Sesoside regnante, tum dominante Amaside visam esse: „*dein Ptolemaeo qui ex Macedonibus tertius regnavit in civitatem cui Heliopolis nomen advolavisse, multo ceterarum volucrum comitatu novam faciem mirantium.*” Unde haec — quorum verba extrema haud parum conveniunt cum Ezechielis versibus πάντα γὰρ τὰ πτήν' ὁμοῦ ὄπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ' ἐπέσσυτο — unde haec Tacitus sumserit, quaerere vanum est: nam plures fuerunt — quod ipse testatur — qui de phoenice tum disseruerant, quales antea quoque Romae fuisse testatur Plinius, qui Manilio cuidam doctissimo homini accepta refert quae habet de phoenice. Sed quisquis fuit auctor Taciti, ex fonte Graeco hausisse eum, sive alium quendam cui debet sua, vix dubium. Neque minus certum est, quoniam temporibus Ptolemaei Euergetae — eum enim indicari a Tacito putaverim, non Philadelphum — phoenix post longa tempora iterum apparuisse ferebatur, illa quoque aetate eam rem, haud secus quam postea regnante Claudio factum est, „*materiam praebuisse praestantissimis ingeniis super eo miraculo disserendi.*” Apparuit igitur phoenix regnante Euergeta, scripserunt de ave mirifico scriptores Alexandrini, atque ii fuerunt qui indicarunt primum Sesoside post Amaside dominantibus iam alios eiusdem generis aves advenisse in Aegyptum. Quoniam autem Sesosis ille Taciti Sesostris est sive Rhamses, idem ille „*novus Pharaon*” cuius crudele imperium Iudaei effugerunt, grato animo, quod nemo miratur, ad tragoediam suam

exornandam poeta miraculum recepit, quod sub ipsum Iudaeorum excessum evenisse recentes scriptores eum docebant. — Haec autem si recte disputata sunt, Ezechielem vixisse post Ptolemaei tertii tempora apparet.

Pro certo indicare auctorem cui phoenicis descriptionem debuerit Ezechiel vix quisquam poterit. Sed ut in re incerta suspicionem proferre, quae mihi quidem haud absurda videtur, nihil vetat. Nemo est quin locum noverit ex Porphyrii *Φιλολόγου Ιστορίας* servatum ab Eusebio (*Praef. Ev. X. 3. 466 sqq.*), quo loco Porphyrius in plagiariorum numero Herodotum quoque referens patrem historiae accusat quod *ἐν τῇ δευτέρᾳ πολλὰ Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου κατὰ λέξιν μετένευκεν ἐκ τῆς Περιγηήσεως, βραχέα παραποιήσας, τὰ τοῦ Φοίνικος ὄρνέου καὶ περὶ τοῦ ποταμίου ἵππου καὶ τῆς θήρας τῶν κροκοδείλων*. Non multi, opinor, hodie extant qui huic Porphyrii criminationi fidem habeant. Licet enim nonnumquam Herodotus Hecataei narrationem, sive auctoris nomine indicato sive non indicato, respexerit — praesertim ut impugnaret eum —; non is fuit Herodotus qui ad verbum in opus suum transferret aliena, omisso nomine scriptoris, eaque quae deberet alteri pro suis venditaret. Nam ita revera audita enarrat ut qui exponat quid ipse cognoverit de re mira (II. 73): „ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὐνομα Φοῖνιξ. ἐγὼ μὲν μιν οὐκ εἶδον εἰ μὴ ὅσον γραφῆ· καὶ γὰρ δὴ καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, δι' ἔτεων, ὡς Ἥλιοπολιταὶ λέγουσι, πεντακοσίων· φοιτᾷν δὲ τότε Φασι ἐπεὶ οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. ἔστι δὲ εἰ τῇ γραφῇ παρόμοιος τοσόσδε καὶ τοιόσδε· τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκομα τῶν πτερῶν τὰ δὲ ἐρυθρὰ ἐς τὰ μάλιστα· αἰετῶ περιγήγησιν ὁμοιότατος καὶ τὸ μέγας.” Quis sibi persuadeat Herodotum ea verba quibus quae ipse viderat simplicissime exponit sumpsisse vel potius impudenter furatum esse ab alio. Ecquis id credat Porphyrio? Inspiciat ille ipsum Porphyriani libri fragmentum videatque quam mira is furtorum exempla congesserit! Sed merito iam multi monuerunt confusos esse a Porphyrio Hecataeum Milesium cum alio Hecataeo recentiore quodam, qui quae de phoenice enarravisset revera ex Herodoto sumpsisset paucis quibusdam mutatis. Quemnam illum fuisse putemus Hecataeum? Abderitam vel potius Teium intellegunt vulgo. Sed quo iure? Quae de Aegypto ille rettulit, de terra, rerum natura, animalibus, satis accurate ut videtur

excerpta habemus in Diodori libro primo, nec tamen verbo mentionem ibi factam videmus de phoenice. Fieri sane potuit — non nego — ut scripserit quidem Hecataeus Abderita in Aegyptiacis suis de phoenice, sed consulto id omissum sit a Diodoro, quoniam illius narratio ab Herodotea parum distaret neque igitur opus esset eam referre in excerpto; sed admodum verisimile id non videtur, cum praesertim parum cum Hecataei illius ingenio ac scribendi ratione convenit Herodotea ita reddere ut fere *κατὰ λέξιν* cum antiqui scriptoris narratione conveniant. Potius igitur suspicor Porphyrium, vel potius Pollionem — nam ex eius libro *περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς* desumptam esse criminationem istam ipse testatur Porphyrius l.l. p. 467 d — imponi sibi passum esse ab alio quodam Hecataeo, cuius ratio scribendi sive sineret sive etiam posceret eiusmodi furta quibus antiquus redderetur color libro pseudepigrapho: illum hominem Iudaeum dico qui Abderitae scripta amplificans et, quae ille in transitu atque obiter de Iudaeis narraverat, augens atque exornans, subditicium librum sive *περὶ Ἀβρααμοῦ* sive *περὶ Ἰουδαίων* tamquam ab Hecataeo scriptum venditavit. Potuit autem ille facere quod nondum potuerat Abderita qui ante Euergetem vixit. Nempe cum, nuper nuntiato phoenicis novo adventu, homines eruditi sedulo constituissent quibus temporibus antea avis mirifica ab Aegyptiis visa esset, is primus docuit aequales, olim sub excessum Iudaeorum quoque prodigium tale Aegyptiis apparuisse. Eum vero si poeta noster, uti suspicor, auctorem secutus est, etiamnunc ex dramatis verbis effici poterit, revera „paucis quibusdam immutatis” Herodotea servasse pseudo-Hecataeum. Crevit quidem phoenix, — nam in Ezechielis narratione *διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μῆκος αἰετοῦ σχεδὸν*, — ceterum ab ea ave cuius imaginem viderat Herodotus non multum differt.

Sed unum restat de hac re quod addam. In phoenicis descriptione Pliniana — (*N. H. X. 2*) quam scriptor magna ex parte se debere dicit Manilio senatori cuidam, qui ineunte saeculo primo ante aeram nostram vixit — verba leguntur conturbata quibus narratur avis „*totum deferre nidum prope Panchaeam in Solis urbem et in ara ibi deponere.*” Rectius paullo et accuratius eadem redduntur a Solino (c. 33) „*rogos suos struit cinnamis, quos prope Panchaeam concinnat, in Solis urbem strue altaribus superposita.*”

Unde scriptoribus hisce Panchaea, quod loci nomen non ad veram geographiam sed ad fictas Euemeri narrationes pertinet? Res, ni fallor, perspicua. Convenire quodammodo videbatur felicissima insula, quam sibi finxerat Euemerus, cum iis Arabiae regionibus quas nomine Elim indicavit Exodi scriptor. Itaque ut magis exornaret rem pseudo-Hecataeus Panchaeam illam qua inclaruerat historia sacra Euemeri transferendam curavit in Arabiae continentem et cum amoeno loco Elim unam eandemque esse finxit. Inde sua sumserunt auctores Plinii, inde quoque Ezechiel. Et etiamnunc eius rei memoria remanet in Ezechielis narratione; nam vix fugiet comparantem Euemeriana quae a Diodoro servantur (V. 41 sqq.) cum nostro dramate, nonnulla in utriusque descriptionibus ita convenire ut fere eundem locum spectare videantur.

Verum cuinam patriae hoc Ezechielis opus qualecunque vindicemus? Alexandriaene, vel omnino Aegypto? Tacito enim virorum doctorum consensu inter Iudaeos Alexandrinos Ezechiel numerari solet. Id autem tantem abest ut mihi persuadeatur ut prae fracte fere negare ausim. Quid? ferine potuisse credamus ut Iudaeus Alexandrinus tam prorsus ignoraret Arabiae Libyae Aethiopiae situm ut poetam qui vs. 59 scripsit ea omnia ignorasse videmus? In quibus versibus non eo praecipue offendit quod non accuratam Arabiae Petraeae cognitionem prodit, quod Midianitarum terram nimis prope eum locum qui dicebatur Beelzephon trahit: praeeuntem in hisce aliquatenus Exodi habebat scriptorem, et vel Alexandriae viventem accuratior eorum locorum notio fugere poterat. Sed etiamsi sumserim, quo tempore drama nostrum scribebatur, Iudaeis Alexandriae habitantibus adhuc incognita fuisse quae de litoribus sinus Arabici conscripserat Eratosthenes — ut taceam de Agatharchide atque Artemidoro —, hominem Alexandrinum vel mediocriter Graecis litteris imbutum omnino non credo hisce verbis regionem describere potuisse ad quam urbs Rhaguelis pertinebat:

*Λιβύη μὲν ἢ γῆ πᾶσα κλήζεται ξένη·
οἰκοῦσι δ' αὐτὴν Φύλα παντοίων γενῶν
Αἰθίοπες ἄνδρες μέλανες.*

Talia qui scribit, disertis fere verbis profitetur extra Aegypti Libyaeque terminos et natum se esse et educatum.

Si autem non scripsit Alexandriae, dixeris nullam esse urbem, ex iis quidem urbibus quas incoluerint *οἱ ἐν τῇ διασπορᾷ*, quae non aequo ac omnes ceterae iure Ezechielem civem vindicare possit. Equidem si quis contendere voluerit Gazaeum fuisse nostrum vel Tarsensem, Sidonium denique vel Gadarenum, firmissima argumenta ei opinioni opponere non potero. Quod ad me attinet nulla regio tam apta mihi videtur cui civis adsignetur Ezechiel quam Samaria. Quanam indicia ad eam terram me duxerint breviter indicabo. Leve est et casu fortasse factum quod vs. 104 *γεννήτορας* plurali dixit numero, cum textu Samaritano accuratius conveniens quam cum Graeca versione quam ceteroquin sequitur. Neque meae est provinciae de ea re disserere. Sed ipse ille error quem in definiendis Midianitarum finibus commisit poeta, ad Samariam quodam modo, vel saltem ad scriptorem quendam Samaritanum referendus videtur. Etenim si causa quoque quaerenda est tam miri erroris quo Libye cum Arabiae oris aut omnino confunditur aut certe ita coniungitur, ut ad unam eandemque regionem utraque terra pertinere videatur, rem explicare nobis Samaritanus quidam scriptor poterit. Primum, Aethiopes Libyosque arcte coniunctos esse a poeta nostro non tantopere miramur. Saepius coniuncta eorum populorum nomina legerat in sacris libris: ita coniunxit Libyes Aethiopesque tamquam gentes Aegypti regibus subditas Daniel XI. 43 *Αἰγύπτου καὶ Λιβύων καὶ Αἰθίοπων*, ita *Paralip.* II. 12. 3 Aegypti regem in Palaestinam invadentem comitati esse narrantur *Λίβυες, Τρωγλοδύται καὶ Αἰθίοπες*. Sed ut Arabiam atque Rhaguelis urbem cum Libya confunderet alia causa adduxit Ezechielem. Scripserat de Rhaguelis ac Sepphorae proavis auctor quidam Samaritanus nomine Malchus ¹⁾, qui, Abrahami stirpem qualis exponitur in Genesi c. 25. 1 minime neglexit quidem sed nescio qua auctoritate usus paululum inmutavit de filiis Abrahami ex Chetura disserens (Ioseph. I. 15) ac narrans *ὅτι ἐκ τῆς Χετούρας Ἀβράμῳ ἐγένοντο παῖδες ἰκανοί· λέγει δὲ καὶ αὐτῶν τὰ ὀνόματα ὀνομάζων τρεῖς ἈΦέραν Ἀσουρεῖμ Ἰάφραν. ἀπὸ Ἀσουρεῖμ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν κεκληῖσθαι, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, ἈΦέρα τε καὶ Ἰάφρα, πόλιν τε Ἀφραν καὶ τὴν χώραν*

1) Omnia conferenda sunt quae de Malcho ceterisque scriptoribus Samaritanis atque Palaestinis passim disseruit Freudenthal. in *Stud. Heil.*

Ἄφρικὴν ὀνομασθῆναι. τούτους γὰρ Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι ἐπὶ Λιβύην etc.

Ab Abrahami itaque filio Libyen subactam fuisse Cleodemus — ita enim Graeco nomine Malchus ille dicebatur — enarraverat; nisi neglegentius paullo excerptum Polyhistoris factum est quo utitur Iosephus. Hoc autem admodum verisimile est. Secundum Genesin enim Aphas ac Iaphras — qui in Graeca versione (Gen. 25. 1) Γεφάρ et Ἄφερ audiunt — nepotes fuerunt Abrahami ex filio Madian, Assurim autem ex alio Abrahami filio Daidan natus esse ibi fertur. Et ita quoque Iosephus ipse paullo ante nepotes eos dixerat Abrahami; quamquam narrans Madiani filium Apheran sive Ophrena occupasse Libyen addit testimonium Cleodemi quod supra exscripsi: μαρτυρεῖ δὲ μου τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ πολυίστωρ λέγων οὕτως· Κλεόδημος δὲ φησιν e. q. s. — Sed sive ipse Malchus ita rem inmutaverat sive excerptoris neglegentia quadam υἱοὶ dicti sunt quos υἱωνοὺς dici oportebat — sicuti factum est in Gen. capite quod laudavi „οἱ δὲ πάντες υἱοὶ ἐκ Χετούρας ἦσαν” (quos paullo ante nepotes dixerat) — id quidem apparet, hac ipsa Malchi narratione hominem Iudaeum, Ezechielem dico, facile adduci potuisse ut Libyae conterminam putaret Arabiam. Cognitum enim ei erat ex sacris libris Madiani progeniem sedes occupasse in Arabia. Quid mirum si ex Malchi scriptis edoctus Madiani filium invasisse quoque in Libyam eamque regionem subegisse, vicinas et coniunctas illas terras esse putavit, quin etiam optime historiae rationibus consulere sibi videbatur, si fingeret Moysis aetate Libyen ac Madiam sub unius regis imperio fuisse coniunctas.

Neque vero alia indicia desunt in dramate nostro quae verisimilius reddant scriptum esse Ezechielis opusculum in Samaria quam alicubi in Palaestina. Non quod talia scripta Graece composita in ipsa Palaestina nasci ea aetate non potuerint. Non tantum ἀσεβεῖς illi qui, patria instituta ut everterent, favebant Graecis moribus, sed etiam homines pii ac patrum fidei addicti litteras Graecas haud mediocri studio excolebant. Arcessiti sunt ex Palaestina qui Graece verterent libros sacros (neque enim est cur in hac re Aristeae epistolae quamvis subditiuae fidem denegemus); Siracidae librum qui vertit ipse in praefatione Palaestinensem se profitetur; Philonem epicum Theodotumque ex

eadem illa patria oriundos esse omnino non dubium; quin Eupolemus ille ex cuius libro de Iudaeis excerpta servavit Polyhistor nonne ipsi Iudae Maccabaeo familiarissimus fuit? Sed Ezechiel ad eiusmodi patriam nos vocat, in qua neglectis etiam libris hebraice conscriptis, sacrorum scriptorum Graeca iam versio adhiberetur. Ezechieli enim non Hebraicum sed Graecum librum Exodi praesto fuisse constat; praeterea, ita de paschalibus praeceptis disserit ut non Iudaeis solis scripsisse sed commixtos ex peregrinis ac Hebraeis auditores, sive ut equidem credo spectatores, cogitasse videatur. Accedit quod admodum videtur dubium, fuerintne saeculo ante nostram aeram altero in ipsa quae proprie dicitur Palaestina, theatra. Constat enim Herodem Magnum primum fuisse qui Hierosolymis, Caesareae, Berythi theatra lapidea aedificaverit (Ios. XII. 5. 1. XV. 1. 8. XIX. 7. 5); neque ante eius aetatem aut theatra, aut ludos scenicos in ipsa Palaestina factos, memorari videmus. Et fateor — etiamsi memorarentur, admodum videretur dubium, ausurusne fuisset quisquam in theatro Palaestino drama committere scenae in quo coram populo angelus Summi Dei cum Moyse collocutus fingeretur. Verum in Samaria tale quid factum esse si minime probari potest, fieri tamen potuisse concedat quivis. Urbs enim illa, ex quo Alexandri aetate Macedonibus tradita erat ut ibi habitarent, moribus graecis tantopere adsuefacta erat ut eam suum habuisse theatrum admodum sit verisimile. Quid mirum si in eiusmodi urbe homo Iudaeus, contra fabularum Graecarum nefarias illecebras civibus suis medicamen offerre conatus, ex ipsorum historiis sacris materiam quaesivit, qua praesertim simul Graecos doceret, quam praeclarus inter Hebraeos olim extitisset Moyses ille quem postpositis omnibus prophetis Samaritani colebant, simul populo suo tamquam digito monstraret in quam altam spem Hebraeos suos Dominus ipse reservaret atque educaret?

Ea autem suspicio si fundamentis non caret, gratum nobis exemplum praebet Ezechielis Ἐξαγωγῆ, quo efficiamus quantum non modo Alexandriae sed in ipsa quoque Iudaeorum patria saeculo altero ante nostram aeram valuerint litterae Graecae.

VARRONIANA.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.



I.

M. Terentium Varronem Reatinum etsi constat libros de Re Rustica paene sub Imperio edidisse, mirum tamen est quanto pere rudem indigestamque antiquitatem in scribendo referat. „Octogenarius” i. e. anno 37 a. C. primum scripsit librum Rerum Rusticarum, secundum et tertium serius etiam, scilicet eo tempore cum iam Philippicas Cicero pronuntiasset, Caesar commentarios suos numquam satis laudatos, Vergilius Eclogas scripsisset, certam stabilemque formam sermo urbanus induisset, tamen sine dubio situm antiquitatis magis ostendit quam antiquissimum fere ¹⁾ prosariae orationis quod superest monumentum, Rhetorica ad Herennium, Sullano tempore litteris mandatum, quinquaginta annis ante libros Rerum Rusticarum. Bardum et in suo indoctorum coetu unice beatum suspicaris? Contra „doctissimus Romanorum” dicebatur et erat, optimi cuiusque aliquando consuetudine usus et linguae Romanae probe peritus. Neve dicat quis opus olim a Varrone scriptum multis annis post ad editionem paratum esse: secundum et tertium librum scimus ultimo vitae decennio, mortua Fundania, scriptum et in lucem emissum esse (vid. infra), totumque opus tam redolet antiquitatem, quam senis animum ostendit lubenter recordantis, quae per longam vitam etiam extra Italiam de agri cultura observaverat aut audiverat: fuit Varro legatus Pompeii in bello

1) „Cato de R. R.” collectio praeceptorum potius est quam iustus liber.

piratico ¹⁾, pro quaestore in Hispania; quae in Epiro, Liburnia, Corcyra, Apulia, pecuarii, agri vitisque cultores facere soleant (I. 4. 5, II praef. 6, 10. 8, III. 12. 7 al.), haec perpetuo in ore habet, velut senex „exacto tempore vitae.” Utique nulla pars operis stilo diversa compositionis tempora arguit.

Non credibile est data opera Varronem horridam vetustatem pro ingenio hominum, quos loquentes inducit, affectasse; si artificiosa esset oratio, sorex se interdum proderet. Sermonem habemus naturalem, rustiusculum, multis partibus similem libris de Lingua Latina. At cum ipso Varrone oratio eius senuerat. Scilicet Sullanis temporibus, unde pedestris sermonis nova aetas incipit, Varro iam virilem aetatem attigerat. Linguae an „dialecti” — sed veteres non ita — linguae igitur ruralis proprietatem a puero in se receperat et amasse videtur. Postea cum alii ex tribulibus in Urbem rure sensim migrarent, ut et nunc et olim fiebat (vid. infra), illi rusticatio et mansio in agro in deliciis erat, ibi eius domus, ibi (ut cum Catullo loquar) eius „carpebatur aetas” (hieme eo secedit III. 2. 15) velut antiqui illius Cincinnati et proavorum, quibus honoratior erat tribus rustica quam urbana, et magnopere dolet nobiles iam fructus emere in Urbe malle quam colere in agris. Quod si tanquam bonus pater familias non omnia vilico mandare sed ipse quoque agros obire et prospicere quaestui rustico voluit, fundi villaeve Casini, Faventiae (I. 2. 7), ad viam Salariam (III. 2. 14), Tusculi (III. 12. 1), in Vesuvio (I. 15), in Apulia (II. 1. 6, II. 2. 9) sitae commorationem in agris saepe exigebant; omnino intenta cura et voluptas, qua modum agri colendi et lucrum ex eo percipiendum persequitur (e. g. III. 2. 15), ostendunt Varronem agricolam potius et „ruris amatorem” fuisse quam nobilem urbanum. Post bellum Afranianum (49) nullam partem reipublicae attigit; munera autem quibus antea functus est, extra urbem gerebantur.

Placuisse Varroni crediderim sermonem rusticorum nec nimis fuisse sollicitum, ut se ad morem urbanum conformaret. Per tantum temporis spatium, quantum explet aetas Reatini, con-

1) Vix opus est animadvertere, plerosque legatos in bello piratico non pugnasse sed observasse littora, et in bello quoque maritimo sicubi fieri poterat milites egres- sos esse e navibus et castra navalia habuisse. De aliis V. muneribus, quantum necesse, infra.

suetudo familiaris multa nova recipit, multa vetusta expellit, quare intercapedo inter „antiquitatis” tenaces et „novorum in sermone sectatores” in dies crescit. Multos natu grandiores sermonis primitivi vestigia inde a pueritia in usu et pronuntiatione verborum, quamvis occultent, semper ostendere scimus, qui tamen stilum accommodent ad recentem morem, Varro mirabili temperamento eruditionis studia iungit cum avita simplicitate tam amator prisca moris quam osor transmarinae sapientiae.

Duo igitur sunt, quibus differre a perfecto sermone Varronis linguam puto: „archaismus” (antiqui consecratio) et vestigia quaedam rustica. De rebus rusticis agens Varro non potuit non rusticorum vocabula sermoni admiscere, propria (technica) volo, quae ad agriculturam pertinent, quae ab agricolis parum recte pronuntiata aut decurtata fastidiebat urbanitatas; alia facile subrepebant ex consuetudine vulgari, veluti quae Amor discit apud Tibullum II. 3. 4 ut puellae rusticae placeat:

„verbaque aratoris rustica discit Amor”.

Sed quominus haec certa nota distinguamus, saepe impedit res quaedam saepius animadversa, ut opinor. Nempe vocabula prisca ruri diutius durant quam in urbe, unde fit ut, cum haec iam in cultorum hominum oblivionem inciderint, ruri vivant et rustica vocentur quae prisca sunt. Omnino nisi populi alicuius subiecti residua in agris permanserunt ubi sua lingua utuntur, non ulla re lingua rustica ab urbana magis recedit ¹⁾ quam quod prior prisca verba retinet, quae altera abicit et recentibus mutat; nam nova verba invenire non est rusticorum, ad quos novae res et notiones non facile involant. Quaedam ad sermonem Varronis rustica dum exempli gratia colligo, non excludam omnino obsoleta, quippe quae ruri dudum recepta ibi in consuetudine manserint. Utor grato cum animo egregia (heu postrema!) opera H. Keilii, qua ad studia Varronis R. R. aditus tandem patefactus est, restituta quantum fieri potuit archetypi Marciani hodie deperditi forma (a^o 1884), quam subsecuta est minor apud Teubnerum editio emendatior (1889) et commentarius criticus et exegeticus (1891), quo edito factum est ut Gesnero et Schneidero plerumque non indigeamus.

1) Etiam vasto ore.

Ex forma verborum (vocalium usu, rell.) melius saepe iudicare possumus quid sit rusticum quam ex ipsis verbis. Sic *e* pro *i*: „*spica*, quam rustici, ut acceperunt antiquitus, vocant *specam*” I. 48. 2. „Rustici etiam nunc quoque viam *veham* appellant propter vecturas, et *vellam* non villam, quo vehunt et unde evehunt” I. 2. 14. *Lembus* pro *limbus*: „extra lembum duodecim signorum” II. 3. 7, ubi *lembus* i. q. balteus, ζώνη, cf. Stat. Theb. VI. 367 (345); agitur de zodiaco. — „*Melium* id est cingulum circum collum (canum): cum clavulis capitatis, — insuitur pellis *mollis*” II. 9. 15. Scipio Aemilianus ap. Paulum D. p. 151. 5 M. „*millus* collare canum venaticorum (immo, pastoriorum) . . . adversus impetum luporum. Scip. Aem. ad populum: vobis, inquit, reique publ. praesidio erit [is] quasi *millus* cani” (de Carthagine: faciet vos formidolosos et eo tutos). Apud Varronem lego *mellum*, cum praesertim credibile sit a *mollis* eum vocabulum duxisse.

me = *mi*. Varr. III. 16. 2: „hereditate *me* cessa”. Festus 161*6 M. „*me* pro mihi dicebant antiqui” affert exempla ex Ennio et Lucilio admodum dubia. Cf. Kühner Gr. I p. 380. Keil Comment. p. 282. Respicit fortasse ad formulam antiquam. *tibe*. III. 16. 9 „nunc cursu lampada tibe trado”. Tritum fortasse dictum.

Propria res est in compositis verbi *seco*, quae cum in terso sermone *e* servant, contra usum supra expositum antiquitus etiam in rustico *i* habent. Sic *resicare* I. 31. 2, *exico* apud Plautum, *foenisicia* I. 47 et passim (sed *circumciscium* a *caedo* I. 54. 3), et mansit *i* in *insiciae*, *subsicivus*.

A *sīca sicilis* est „*sīcilire* prata” I. 49. 1, cf. Plinius N. H. XVIII. 259, i. e. *sica* purgare.

o pro *u*: *longorius* pro *longurius* II. 7. 10, *hoc* pro *huc* Keil. p. 170 tuetur locis II. 5. 1 „hoc afferam meum corium” et III. 5. 8 „hoc coieceris”, incertis ut vides argumentis; *robor* III. 7. 9. Sed contra *u* pro *o* *ruscidus* pro *roscidus* II. 2. 10, *rutundus* est primitiva forma (ubique). Sed de *invectos* pro *invectus* = *invectiones*, I. 16. 2, *fructos* pro *fructus* I. 2. 5 valde dubito. Certius *u* pro *au* (et ex hac diphthongo facta *o*): *displudere* ex *dis-plaudere* II. 5. 8, 9. 4, *cludere* III. 3. 5, et *o* pro *au*: *colis* (vitis ramusculus) I. 31. 2, *coliculus* ib. 4, I. 41. 4, *plostellum* I. 52. 1 (Hor. Sat. II. 3. 247

de ludo puerili), *coda* II. 5. 8, III. 7. 5, *Orata* III. 3. 10 et vulgo, *origa* II. 7. 8, 8. 4 pro *caulis*, *cauliculus*, *plaustellum*, *cauda*, *Aurata*, *auriga*; cf. cum his aliunde nota *codex*, *corus*, *caudeus* = iunceus et inde locus aliquis iuncis consitus trans Tiberim Paul. D. 38. 17 *Codetum*; vulgaris sermo in hoc cum rustico praeferbat *o*; *Claudii* sunt patricii, at *Clodii* plebei; novimus lusum in *claudicare*, *clodicare*.

Vocabulum sine dubio rusticum est II. 4. 16 „cum porci depulsi sunt a mamma a quibusdam *delici* appellantur”. Vocabulum corruptum. Corrige sodes (contra Glossas Emendatas Goetzii i. v. *delicum* Lips. 1899) *deicli* i. e. deiculi; cf. *reiculae* vaccae II. 1. 24; II. 5: „delectus quotannis habendus est et *reiculae* reiciundae” sic recte correctum librorum *reicolae*; in priore loco *reclae* abiit in *epulae*! Varro (Cato vel de liberis educandis) apud Non. p. 168. 3 Me. „ut in grege opilio oves minus idoneas remove solet, quas *reiculas* appellant.” Similiter atque *reiculus* a *reicio*, sic a *deicio*: *deiculus*, solita contractione *deculus*, quod nemo intellegebat, unde *deculi* in *delici* corruptum. A *reiculus* et *deiculus* distinguendum *deliculus*, si sanum, apud Catonem R. R. 2. 7 „vendat — boves vetulas, armenta delicula, oves deliculas,” a *delinquo*, i. e. mutilas, debiles, manifesto diversum a *deiculus* i. e. lacte depulsus. Vocabulum in gloss. Lat. II p. 42. 9 et IV. 328. 52 in *delitus* et *delictus* corruptum, cf. Keil. et G. E. Goetzii.

Vocabulum latet deperditum, ut videtur II. 11. 9 „quam (lanam) demptam ac conglobatam alii vellera, alii *velamina* appellant, ex quo (recte Keil pro: *quorum*) vocabulo animadverti licet prius in lana vulsuram quam tonsuram inventam.” Sic Keilius (cum Scaligero), docens ex gloss. latino-Graeco II. 205. 29 *velamina* vel *velamenta* a *velando* de lana ovium dici. Non iam obloquar, etsi sollemnis illa de ove denominatio ridicula est. Sed Victorius refert: „in antiquioribus *vellimna*” et sic P B, nec obest A; itaque omnes libri. Sed si *velamina* legitur, argumentum pro antiquiore vulsura quam tonsura in proximis ex hoc vocabulo ductum concidit; tam in hoc nomine quam in *vellus* vellendi notio esse debet. Verum puto quamvis adhuc ignotum nomen *velmina*, quod tam recte a *vello* ductum quam *culmen*, *agmen*, *segmen* a *colo ago seco* et a *vellimna* paulum distat.

n aute sibilantem omiſſa in *fros* pro *frons* I. 24. 3, *glas* pro *glans* III. 2. 12, 13. 1; *praegnata* I. 44. 4 a *praegnans*, unde in culto quoque ſermone invaluit *praegnus*. Cum hiſ conferatur *doſſo* pro *dorſo* II. 10. 5; novimus *gibberum* in Atellanis *Dosſennum* dici; *ruſum* I. 31 et alibi.

Hiſ addo quaedam ſingularia vocabula de opere ruſtico uſurpata:

ſubrumi agni; „antiquo vocabulo *mamma rumus*, ut opinor” II. 1. 20; cf. „*ficuſ Ruminaliſ*”, ad cuiuſ radiceſ geminoſ lac lupae ſuſiſſe fama ferebat.

urru <cum> Keil ad I. 48. 3. Conf. Graecum *ὄραχος* apud Aelianum et Dioſcoridem; *ὄραχουδὲ ἔχοντα ὡὶ τρίχαὶ* capitula thymi Dioſcorideſ; culmum fructuum quem formicae arrodunt Ael. *ὄραχὸὶ* dicit, quod ſatiſ convenit cum Varrone quantum intellego: „quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum eſt”, ſuprema, tenuiſ, pariſ culmi ſub grano (vel ſub ſpica, quae continet granum). Quaeritur autem utrum Graecum an Latinum ſit antiquiuſ. Et *urru* (ſic libri) ſine dubio corruptum. — Item quod paullo ante legitur monſtrum vocabuli *frit* ¹⁾.

corduſ. „Dicuntur agni *cordi*, qui poſt tempuſ (? exſpecteſ: *poſtremi*) naſcuntur ac remaſerunt in volviſ intimiſ” II 1. 20; II. 2. 5 vix aliud ſignificat quam: integri. Cur Varro vocabulum a *χόριον* potiſ ducat quam a *corium*, ſignificatio eſt; *χόριον* enim membranula eſt, qua fetus continetur; ſed *corium* idem ſignificare olim potuit. *Corduſ* de homine dictum videtur qui cum galea, ut aiunt, naſcitur, cui populariſ opinio felicem ſortem augurat; deinde = validuſ. Contrariuſ fere eſt:

mina oviſ i. e. ventre glabro II. 2. 6. C. O. Mulleruſ *mina* obſoletum poſitivum putat, unde *minor*, *minimuſ*, nec meliſ habeo. Facete Strabax rure advenienuſ in Truculento 654 ludit in vocabulo, minam argenti cum mina ove confundenuſ „ego pera (propere Scal.) minas oviſ in crumena hac huc in urbem detuli.”

Paullo ante eadem oves *apicae* dicuntur, § 3: „ventrem

1) Suſpitiſ mihi ſubnata *urru* eſſe ὄρροϰ, *frit* φορυτόϰ, non nimis ſordiduſ pro ruſticuſ. Lege Varronem.

quoque ut habeat pilosum; *itaque* quae id non habent maiores nostri *apicas* appellabant". In promptu est *apilas*, cf. *depilis*, sed cum verba Varronis a Paulo D. p. 25. 10 M. repetantur et Plinius N. H. VIII § 198 vocabulum usurpet, temerarium duco quidquam affirmare, sed Varro aut ad *pilus* aut ad *θπιξ* vocabulum retulit, ut ex *itaque* apparet, quare licet suspicari antiquum mendum esse a Festo et Plinio propagatum.

nefrens II. 4. 17, nefrendes porci „ab eo quod nondum fabam frendere possunt."

exparta vacca II. 5. 7, quae parere desiit.

peculia videtur V. III. 1. 7 primitivo significato pro gregibus posuisse: „quae (agri cultura et pastorum ars olim ab eisdem simul excultae) postea<quam> creverunt, *peculia* diviserunt", i. e. discreverunt, etsi libri *pecunia* habent a Lucundo correctum. Keil. in minore editione *pecunia* restituit, cuius ratio me fugit.

Quaedam vocabula utrum archaica dicas an rustica incertum, veluti: *confracesco*, quod certa correctione restituit Scaligerus I. 13. 4, cf. 55. 5 i. q. macerari (gisten); *caldor* I. 41. 1, 55. 6; *decōlare* I. 2. 8 = fallere, destituere, proprie de amphora quae per collum vinum transmittit, apud Plautum quoque per unam *l*; sed ap. Lucil. XXVII. 34 *colus* est coniectura; *deplantare*, de ipsa planta sive radice sumere, non avellere a ramis I. 40. 4; *defrūtum* I. 60 et alibi, apud Plautum quoque; est partic. verbi *de-fervo*: *feruo*, *ferui*, **ferutum frutum* (vulgo *ferbui* sine sup.); *eligere* evellere I. 47 uitwieden, herbas malas, translate ap. Cic. ut notum (superstitionem), eligere pēdes III. 9. 13; *gluma* a glubendo = folliculus grani I. 48. 2; *horda vacca* pro *forda*, antiquiore forma (= praegnas) II. 5. 6; vocabulum rusticum *forda* sine dubio fuit; Varro ipse „*fordicidia* a fordīs bubus" L. L. VI. 15; *taura vacca* sterilis II. 5. 6; *inciens* gravida II. 2. 8, alii R. R. scriptores, Paulus D.: „propinqua partui", ad *ἔγκυος* referunt absurde Placidus cf. Goetz GE; *inlicium*, invitamentum, columbarum III. 7, 6, apium III. 16. 31, est idem vocabulum, quod in antiqua formula „inlicium vocare" Quirites (Varro L. L. VI. 95) servatum, ceteroquin in urbana lingua non mansit, servatum in rustica; *longurius* (*longorius*) palus ad saepta facienda et ad usum stabulorum I. 14. 2, II. 7. 10; primitivam significationem vocabuli *natio* monstrat Varro II. 6. 4 = id, quod nascitur,

fetus (in concreto); similiter fit in vocabulo *ostendere* I. 24. 1: „agrū — qui soli *ostentus* sit”, obs-tentus, adversus; „*restibilis* ager” ut alia technica omitterem (I. 9. 6, 44. 2) nisi locum ex L. L. possem afferre V. 39 „ager *restibilis* qui restituitur ac reseritur quotannis — contra *novalis* ager” sed etymon improbandum; videtur esse a *resisto*: qui sufficit culturae annuae; *robustus* = ex ligno roboris” I. 38, „robustae fores” Horatius; Livius 38. 5 „stipites robusti”, pro roboreus; *retrimenta* I. 64 id quod post tritionem superest, de olea, perpetuo confunditur cum *recrimenta*, cf. mea ad Lucanum VIII. 702, etiam de metallis (slakken); cf. Keil; *sugere* terram dicuntur perquam apte quaedam plantae I. 44. 3 pro exhaurire (uitputten), itemque *semen* I. 23. 6 = propages, tradux I. 8. 2 (*stek* nobis) sicut „serere arbores” vulgo.

Possent haec facile augeri et vix mihi tempero quin afferam alia, quae tam manifestam habent imaginem vetustatis¹⁾; apparere potest iam ex dictis qualis dialectus (*lingua*) rusticorum fuerit; pauca admodum quae alienam originem prodere videantur, paene incorrupta vetustas. Sed proprium colorem tamen orationi Varronis magis inferunt constructiones, quae a terso sermone abhorrent, ut *fortasse an c. coni. pro fortasse c. ind.*: „fortasse an tibi satis sit” III. 16. 10, frequens admodum etiam in L. L. (Spengel L. L.² p. LXVII, Keil p. 248), *quod* causale iunctum cum *enim*, item relativum: „quae enim requies” pro: haec enim r. (II. 4. 8 Keil p. 49), relativum membrum omisso „antecedente” („bonum consilium, qui consulit et qui consulitur, optimum habendum” III. 2. 1), frequenter praemisso relativo („vere sationes quae fiunt, terram proscindere oportet”) cf. Keil p. 104, mutatio subiecti frequens, alia. Duram haec efficiunt elocutionem.

Praeterea Varro nihil habet quod vel speciem structae et numerosae orationis ostendat, ut potius periodi recte concludendae imperitus dici queat, nec ubi *κατὰ κῶλον* scribit, nexus melior est. Vide modo:

„Relicum est de scientia pastoralis de qua est dicendum.”

1) Veluti *ridica*, *rubrica*, *sirus*, *suggrunda*, *turunda*, *utensilis*, *velatura* (= vehelatura ut *lanistatura* in l. Iul. Munic. 123), *vervactum*, alia.

Ita pro: reliqua est de qua dicam scientia pastoralis; vitiosum duplex *de* et gerundivum. Pergit:

„quod Scrofa noster, cui haec aetas debet rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest, dicet.”

Una in sententia ter pronomem relativum, semel more Varronis pro *quare* (II. 1. 11). Vel hoc II. 1. 6:

„(De antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendunt poetae) qui ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis, Atreus quam sibi Thyesten subduxerit, ut in Colchide Aetam, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicuntur Argonautae,” *rell.*

in quibus primum „propter caritatem” et sub fin. „regio genere” eo loco sunt posita ut ridicula nascatur ambiguitas, porro *Atreus* contra mentem auctoris auream pellem habuisse dicitur; tum post relativam structuram redit ad accusativum qui a *tradiderunt* pendeat, re vera inextricabilis error, qui non tollitur scribendo „ad Aetam”.

Denique III. 5. 6, de turdis sermo est: „non ut advenae volucres pullos faciunt(?), in agro ciconiae, in tecto hirundines, sic aut hic aut illic turdi, qui cum sint nomine mares, re vera feminae quoque sunt; neque id non secutum ut esset in merulis, quae nomine feminino mares quoque sunt.”

Vide hanc alienam sapientiam in ore Merulae, unius ex illis rusticis, quibus Varro quasi ornithona suum implevit, dum refert colloquium in villa publica, a se habitum (III. 2. 2): Merula, Pavone, Pica, Passere. Hic iam, dum totus est in turdis, sollicitus est de genere grammatico. Si vernaculus lepos spectatur aliquis, quoniam mares „ova parere” non solent, fatendum est eum interprete indigere, et id quod adhaeret: „neque id” *sqq.*, inde mentem avocat, praesertim sic enuntiatum.

Selegi haec exempla, at non difficile fuit invenire, nam talibus abundant hi libri, compara modo II. 9. 2 „quare de canibus” *rell.*, III. 5. 1 „igitur testudo” *rell.*, id quod manum correctricem cohibere debet, unde dubito an temeraria sit emendatio in postremo loco „neque id multo *secus*” et *pariant* (pro *faciant*).

Non censeo quemquam qui rhetorum praecepta gustasset, sic scripturum fuisse et ne Antonium quidem illum, qui artem

dicendi contemneret, sic coram populo fuisse dicturum. Etiam priscum Catonem Censorium confer; quanto melius veluti in Q. Thermum ap. Gellium X. 3, p. 41 Iordan: „decem viros Bruttiani verberaverè, videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? nemo hoc rex ausus est facere: eane fieri bonis, bono genere gnatis” e. q. s.

Et tamen Cato tam fuit osor transmarinae sapientiae quam Varro ultra modum moris traditi tenax, ut utriusque idem filum orationis exspectes. Catonis flumen verborum tantum est, ut paene doleas Graeca lenocinia oratoria Hermagorae Romam illata esse, apud Varronem nihil simile, ut potius verba in luto haerere quam fluere dicas; nam comparari Catonis tanto vetustioris etiam ex consimili genere scriptionis verba possunt ex libris ad Filium p. 77 Iordan; nusquam videbis illam paene stagnantem elecutionem.

Unde igitur tantum interest? Hoc, opinor, est quod Cato et Antonius aetatem triverunt in coetibus et contionibus compellendis et regendis. Quemadmodum asperi lapides perpetuo attritu levigantur, sic multa disserendo oratio politur, verba recte coeunt. Cui propositum est ut in re magna auditoribus persuadeat, studebit perspicuus esse, eumque morem ne scribens quidem amittet. Hoc est quod duram et male structam orationem Varronis effecisse dicam. Si quid video in umbra cum Reatinis tribulibus suis confabulari aut studiis litterarum operam dare quam Romae in foro aut senatu eloquentia splendere maluit.

Interim ne videar virtutibus viri detrabere velle, non obliviscar illum rusticum et antiquum sermonem aptum fuisse argumentis quibusdam saturarum. Credimus facile ab intempestiva sapientia et contorta oratione eum plerumque in iis cavisse, sed non possumus de eo satis iudicare, propter brevitatem fragmentorum.

II.

In Varronis libris extare quae tempus quo „Nondum Musarum scopulos quisquam superasset Nec dicti studiosus erat” in

memoriam revocent, et id inde factum esse quod Varro dicendo in contione orationem rudem non polivisset unice libris heluatus, supra significabam; confirmatur id Ciceronis testimonio Ep. Fam. IX. 1, quo docet Varronem in rebus turbulentissimis civitatis consuetudinem cum libris suis numquam intermisisse: „ignoscunt mihi, inquit, (libri), revocant in consuetudinem pristinam, teque (Varro) quod in ea permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse.” Haec scripta sunt eo anno (52) quo Cicero impendentem sibi tempestatem cavere studebat; Varro sane meliorem opportunitatem habebat litteras colendi, sed tamen non expers erat turbarum, quae tunc per triumviros civitatem agitabant. Constat e R. R. I. 2. 10 Varronem tunc fuisse XXvirum agro Campano dividendo: „alterum collegam tuum „(Varronis) vigintivirum qui fuit ad agros dividendos Campanos”, cf. Plin. N. H. VII. 176 „Varro quoque auctor est vigintiviro se agros dividente Capuae”, rell. Familiaris Pompeii, in cuius gratiam olim „commentarium isagogicum” de senatu habendo scripserat (Gell. XIV. 7) et cuius legatus fuerat, Caesari quoque acceptus legem de agro Campano dividendo ferenti huic sine dubio munus XXviri debebat. Cicero qui Caesari idem sibi offerenti recusaverat (ad Att. IX. 2a) manifesto magnam spem ponit in Varronis amicitia. „Multa, inquit, per Varronem nostrum agi possunt” Att. II. 22. 4 (a. 59). Varronis eodem tempore erga se officium memorat, ib. 25. 1, ab Attico petit ut magis etiam Varroni se commendet memorato suo honorifico de Varrone dicto, Ib., et probabile est Caesari quoque praeterquam Pompeio acceptum fuisse Varronem, eo quod decem annis post, cum bellum civile iamiam erupturum videbatur, amicissime de Caesare loquebatur Caes. b. Civ. II. 17, eodem tempore quo legationem Hispaniensem a Pompeio tenebat. Librum *Τρικάρων* Varro ad triumviros irridendos scripsit; Appianus Civ. II. 9 illum ad priorum triumvirum tempora refert, quod si recte facit, brevi gratia restituta est. Apparet Varronem etsi nihil erat ei, ut erat Ciceroni, cur sibi timeret, tamen satis fuisse negotiis districtum et nihilo minus studiis vacasse. Omnino erat doctior quam aptior reip. gerundae.

Varronem magis placuisse Ciceroni quam contra Arpinatem Reatino efficitur ex prioris epistolis. Quo tempore Clodii inimici-

tiae Ciceroni interitum minabantur anno 695/59, Cicero ad Att. II. 20. 1 „Varro, inquit, satis facit nobis”, non magnum sane, eademque verba sequente epistola repetuntur. Hic frigidum Varronem, nil ultra debitum facientem, aut Ciceronem ultra debitum postulantem dicere licet. Sed alia accedunt. Ibidem 25. 1 „cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium (ad Atticum scribit), volam illum scire ex te me id fecisse, ut nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me rescripsisse eam rem summae tibi voluptati esse” — o veterator Attice, quam lepide illum molestum monitorem arcere studuisti, frustra nam: — „sed ego mallet ad illum scripsisses mihi illum *satis facere*, non quo faceret, sed ut faceret”. — Itaque iudice Cicerone re vera non satis faciebat sed indigebat hortatore; mira astutiae et amabilis candoris permixtio. Pergit iocando in Varronis tergiversationem ambiguo vocabulo: „mirabiliter *moratus* est sicut nosti, *ἐλικτὰ καὶ οὐδέν*”, in Euripide e quo (Androm. 448) haec sumpta, *ὕγιες* additur, sed consulto omissum, quasi: multa promovet, nihil assequitur.

Cui opponitur Hortensius: „quam plena manu, quam ingenue(!), quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci praetura et de illo tempore Allobrogum diceret!” Nunc tenemus Hortensius cur gratus sit, frigeat Varro. Ardua res erat tunc Ciceroni satisfacere, tamen alio quoque tempore tarditatem Varronis aliquam deprehendimus. Magnifice promiserat Varro de libris suis V et sequentibus de L. L. Ciceroni inscribendis. Quid lentus promissor? Ad Att. XIII. 12 „*ἢ καλλιπιδης* — cursor — assiduo cursu — biennio — cubitum nullum” processit, cum interim Cicero libro quem remunerando Varroni destinarat perfecto, amicum praevertit, ad Fam. IX. 8. Sane duorum annorum dilatio magna erat Varroni, qui octonos fere libros quotannis conscriberet. Varro ipse in Hebdomadibus apud Gellium III. 10 narrat „se quoque iam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse” (i. e. amplius 77 annos natum) „et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse”. Ab anno fere 17 usque ad 77 efficiuntur 60 anni aetatis, quibus libros composuit 420, quod ne cui incredibile videatur, teneat non de operibus totis agi, ut e. g. satirae quot essent tot libri numerarentur. Copiose de hoc Ritschl., Op. III. 485.

Cicero cur fatali sibi anno tantam spem in Varrone posuerit

facile apparet; cum Tullius se inimicitiiis implicaret, Varro principibus gratus erat, dignitate fortasse aliquando Cicerone minor, nam consul numquam fuit, praetorius tamen si fides Appiano Civ. IV. 47, qui proscriptionis atrocitatem exponens Varronem huic succubuisse narrat tam nobilem virum: (Ουάρρων) ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκῶς; Themistius p. 453 Ddf. Βάρων τὴν ἐξαπέλεκτον ἤρχεν ἀρχὴν, testimonia non satis diserta, quod legatus in bello piratico „sexfascalem” honorem habuerat; App. Mithr. 94 (τοῖς πρεσβευταῖς ἐν τῷ κατὰ ληστῶν πολέμῳ ὁ Πομπηῖος ἐδίδου — στρατηγίας σημεῖα περικεῖσθαι. Sic quaestorem habere poterat Septimium L. L. VII. 109.

At certe tribunus fuerat; ipse apud Gell. XIII. 12. 6: „ego triumvirum, vocatus a Porcio tribuno plebis, non ivi, auctoribus principibus, et vetus ius tenui” (secundum quod tribuni prentionem habebant, non vocationem). „Item tribunus cum essem, vocari neminem iussi”. In quibus quin triumviratus significetur aut capitalis, aut monetalis dubium non videtur, quoniam de ordinario magistratu sermo est. Vigintiviratu (quo pertinent IIIviri memorati) fungebantur iuvenes fere, ante quaesturam. Quod cum ita sit et Varro sit natus a. 116, tribunus Porcius qui memoratur, nec C. Porcius Cato, qui causae Alexandrinae a. 56 secundum Ciceronem Fam. lib. I implicatus fuit, vir admodum turbulentus, nec L. Porcius Cato, qui ipso anno 100 a. C. Saturnino restitit esse potest, sed huius frater M. Porcius M. f. M. n. Cato, pater Uticensis. „Is M. Cato tribunus plebis fuit et praeturam petens mortem obiit” Gellius XIII. 20. 14; familiaris erat Sullae (Plut. Cato M. 1). Varro secundum morem vulgarem ante a. 30, quaestoriam aetatem, i. e. ante a. 86 triumviratu functus, eo anno quaestor, non multo post tribunus fuit. Quaestura praecedebat tribunatum. Quos significet *principes viros* Varro inutilis divinatio est.

Honoris locum quem Cicero in Academicis edendis Catulo et Lucullo assignaverat, in altera editione Varroni dedit. Simile quid in libris Rerum Rusticarum factum. In prooemio libri primi Varro „plus oti si (libri *potius*) essem consecutus, Fundania, commodius tibi haec scriberem, quae nunc ut potero exponam — annus enim octogesimus admonet me ut sarcinas

colligam” et paulo post § 4: „quocirca scribam tibi tres libros indices ad quos revertare, si qua in re quaeres” rell. (iungenda: *indices ad q. r.* = quos identidem consulere debeas, cf. § 3 „ad sibyllae libros *redire*”; fontes saepe indicat Varro, vide modo § 8). Sed in praef. libri II § 6 „e quis (eis quae ad rem rusticam pertinent) quoniam de agricultura librum Fundaniae uxori propter eius fundum feci, tibi, Niger Turrani noster qui vehementer delectaris pecore de re pecuaria breviter percurram.” Tertium de villatica pastione librum Pinnio cuidam mittit. In quibus primum attendendum est opus totum quo tempore Fundaniam alloquatur non esse perfectum, ut apparet e futuris *ut potero et scribam tibi tres libros*. Dedit igitur Fundaniae unum librum. Secundum suspicor prius perfectum quam praefationem huic praemissam, quae fine caret et fortasse conscripta est ut succederet antiquiori prooemio; quod extremis praefatio truncata est manifesto factum est eo quod per se volumen explebat aut terminabat. Sine gravi causa autem Varro non fecisset, quod improbi parentes, qui ut quomodocunque sine suo dispendio liberos incitent, promittunt, quae non daturi sunt. An credemus libros librorum indices aemulos suos in amore mariti odisse Fundaniam et accipere noluisse? At talia dona honorifica et gratiosa non recusantur. Nisi Varronem inhumanitatis et feritatis incusare velimus statuendum erit Fundaniam post primum librum scriptum et traditum decessisse aut certe more illa aetate Romanis recepto in alius mariti penates migrasse. Fundania erat multis annis minor quam coniunx; non tantum compellatur ab eo tanquam marito certo superfutura (I, prooem.), sed pater eius Fundanius familiaris erat Varronis et partibus loquendi fungitur in libro primo 2. 3 „offendi (Varro) ibi Fundanium socerum meum”, cf. I. 2. 27.

Quae interierunt in fine praefationis non ita pauca sunt. Nam primum quidem quoniam colloquium, de quo refertur, multo ante habitum erat quam descriptum, erat dicendum de opportunitate eius. Videatur II. 2. 2 „Atticus qui tunc Titus Pomponius, nunc Quintus Caecilius, cognomine eodem”. Atticus testamento Q. Caecilii adoptatus est a^o 696/58, ut apparet ex Cic. ad Att. III. 20 coll. Corn. Nepote vit. Att. 5. Conscriptum autem colloquium est, ut vidimus, a Varrone octogenario a. 36. Porro

qui loquentes inducuntur lectori erant tradendi, nec poterat tam abrupte narratio incipere: „cum Menates discessisset, Cossinius mihi”. Quis ille Menates? et quorsum? De Cossinio certe in sequentibus audimus, Menates longo post intervallo semel rursus emergit, ut statim rursus non appareat. Operae pretium est de tempore et personis quae possumus conquirere.

Praeter Menatem (de cuius nomine per inscriptionem et libros II. 1. 1, 8. 1, 11. 12 satis constat, alius est *Menas*, -ae, cf. Hor. Eptl. I. 7. 50, 60 et al., Ritschl Opusc. III, 474), et Varronem ipsum dialogi personae sunt Cossinius, Murrius Reatinus II. 1. 1, Cn. Tremellius Scrofa, T. Pomponius Atticus, Q. Lucianus senator, Vaccius. Noti ex his Scrofa, ipse praetorius et cuius avus item a^o 611/143 quaestor fuit (cf. 4. 1) et Atticus; Cossinius, Murrius, Vaccius agricolae et pastores. Omnes praeter Scrofam Epirotae iocose vocantur, non quo in Epiro vivant, — Murrius diserte Reatinus dicitur — sed quod pascua ibi habent. Atticus in Epiro villam habebat cuius amoenitatem Cicero de Legg. II. 3. 7 celebrat, eamque Tullius sine dubio cogitat cum in exilio in Epiro sibi perfugium esse ad Atticum scribens significat. „Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere” a. 686/78 scribit Attico ad Att. I. 5. 7 de fundo villave ibi nuper acquisita. Quae si fuit solum vel primum in ea regione eius praedium, quod credere par est donec contrarium probetur, post annum 68 et ante 58 dialogus, qui hic describitur, reapse habitus est aut factus esse fingitur. Arctius etiam definiri potest annus eo quod Varro narrat II, praef. 6 se materiam scribendi hausisse ex sermonibus quos „piratico bello” habuisset, anno nimirum 688/66: „de re pecuaria breviter ac summatim percurram ex sermonibus nostris collatis cum iis qui pecuarias habuerunt in Epiro magnas, tum cum piratico bello inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praeessem”. Levi in re haec pugnant cum accuratissima expositione Appiani Mithr. 95, qui imperium Varronis *Σικελίαν καὶ τὸν Ἰόνιον* extendit tantummodo *μέχρι Ἀκαρνανίας*, mare Aegaeum Lucio Lollio tribuit; fortasse in persequendis piratis classes maris Ionii et Aegaei subinde communi opera egerunt. Sed hoc quidquid est, suspicari licet viros quibuscum sermonem contulisset, fuisse equites Romanos qui agros vel pascua ibi possiderent et latronum invasionibus in-

festarentur. Huius igitur sermonis memor Varro, quae tunc disputata erant nunc sub colloquii forma persequitur, habiti Romae inter dominos pascuorum vel fundorum Epiroticorum, nam de Attico quidem hoc traditum, de reliquis „Epirotis”, de quibus nihil constat, idem statuendum. Quamquam scrupulum quendam inicit quod auctor iocose „semigraecos pastores” compellat II. 1. 2; sed irridet eos quod frequenter Epirum et greges visitando aliquid pastoricii — quod genus minus etiam excultum est quam agricolae — contraxissent, quo pertinet quod eosdem „Epiroticos pecuariae *athletas*” appellat, ut vere emendavit Keil (libri *pecuariathetae*). Non curat Atticus his Epirotis se adscribi et statim respondet ad nomen ubi Epirotae compellantur II. 2. 1. Varronem non Epiroticis annumerari, non tam constat ex II. 5. 1, ubi Lucianus intrans „Synepirotae, inquit, *χαίρετε* et Varronem „nostrum, inquit, *ποιμένα λαῶν*, Scrofam enim mane salutavi” (ubi potius post *λαῶν* supplendum *salvere iubeo* quam Keilio adstipulandum, verba sic invertenti: „*χαίρετε*, Scrofam enim „et Varronem nostrum [inquit] *π. λ. mane salutavi*”) — magis igitur id efficitur ex II. 1. 2, II. 2. 1 ubi Scrofa et Varro Epirotis opponuntur. Ex reliquis, Epirotis omnibus „historicae personae” sunt praeter Atticum Cossinius, qui generum habet C. Lucilium Hirrum, cuius nobiles pecuariae in Brutiis habentur II. 1. 2 et Q. Lucianus Senator II. 5. 1, obscuri restant Murrius et Vaccius II. 5. 2. De Cn. Tremellio Scrofa „viro omnibus virtutibus polito qui de (sic) agricultura Romanus peritissimus existimatur” praeter librum II (v. s.) cf. etiam I. 2. 10. Et est re vera valde doctus, ubique divisione et conspectu materiae viam indicans qua disputatio procedat, quod eam vim habet, ut genera pecoris et eorum qui pecus curant in tres triadas dividat, deinde de singulis novem capita observanda moneat, quo fiat, ut de locis 81 sit agendum. Quale trichotomiae exemplum patrum memoria vel peritissimos oratores sacros obstupescisset. Fatendum tamen non ubique eam patere nec obtudi. Scrofa est etiam inter auctores Columellae. Dialogus inter Romanos (sive non-Ep.) et Epirotas partitur sic ut prius dicant Romani, Varro et Scrofa, deinde, inde a c. 2, sermonem excipiant soli Epirotae praeter Scrofam, qui inter hos quoque c. 4 caput de sue pertractat.

Initio dialogi Maenates, incertum quo et cur, discedit; ab eo, magna parte dialogi perfecta venit libertus, qui dicat liba absoluta esse et rem divinam paratam, si vellent „venirent et ipsi pro se sacrificarentur” c. 8. In fine colloquii „Vituli libertus in urbem veniens ex hortis devertitur ad nos et Ego ad te missus, inquit, ibam domum (int. tuam), ne diem festum faceres breviorum et mature venires.” Varro dicitur ποιμὴν λαῶν 5. 1, isque „non patitur” omnes abire 8. 1. Ad eius domum properatur 11. 12. Venerant omnes ad „constitutum” 5. 1. Ex his omnibus effici hoc potest: Varro festo quodam die, e. g. Cereris aut Feriis sementivis cum amicis constituerat Romae in templum convenire et commune donum Deae Deove offerre. Omnibus congregatis amandatur Maenates (aedituus?) ut sacrificium parat.

Haec in exordio scripta erant et fortasse alia quae ad statum civitatis (vel factum memorabile) pertinerent, quemadmodum in Ciceronis libris de Oratore; neque enim facere Varro potuit quin declararet lectoribus, quid se movisset ut dialogum triginta ante annis habitum fingeret quam conscriberetur. In libro quoque primo et tertio a recenti re initium capit ab Italia picta et exposita in pariete aedis Telluris et a comitiis aedilicis. Neque in clara et ad vivum expressa descriptione Varro tanto inferior est Cicerone, quam Cicero Platone. Sic quoque ad veritatem narrationis confert quod bis colloquium abrumpitur, primum a liberto Maenatis, qui parata ad sacrificium liba nuntiat, deinde adventu Q. Luciani, qui ex itinere redux Murrium comitem secum abducit, ut asses solvat Laribus, Vialibus sine dubio, II. 5. 1 „tu vero Murri, veni mi advocatus, dum asses solvo Laribus” (ut recte pro *palibus* restitutum est, nam Lares accipiunt saepius assem, Nonius 5. 31. 11), denique quod in fine Vituli sive Pomponii Vituli (II. 1. 10) libertus invitatione sua conventum dirimit (v. s.), unde nunc primum discimus (sed noverant sine dubio lectores ex lacero nunc prooemio) convivium festum in hortis Vituli Varroni et Scrofae paratum esse. Hoc quoque, quod non domi apud Varronem sermo fiebat, nam libertus casu offendit Varronem antequam in domum eius pervenit.

DE VARIIS LECTIONIBUS A RUTHERFORDIO E SCHOLIIS ARISTOPHANEIS ERUTIS.

SCRIPSIT

J. VAN IJZEREN.

(Continuatur ex pag. 200).



IV.

Ecce quartum suspicionum genus me quidem indice minime probabilem. Interdum enim lectio quam *μηχαναῖς ταῖς Σισύφου* e scholiastarum verbis protraxit editor celeberrimus ne ipsi quidem scholio, unde eam effinxit, apta est. Exempla recensebo.

Schol. Nubb. 745. In fabula sic loquitur Socrates:

ἔχ' ἀτρέμα· κῆν ἀπορῆς τι τῶν νοημάτων,
ἀφείς ἄπελθε, κᾶτα τῆ γνώμη ¹⁾ πάλιν
κίνησον αὐθις αὐτὸ καὶ ζυγώθρισον.

Scholiastam qui scripsit haec: ἔασον τὸ ἀπορούμενον, ἔπειτα πάλιν ἀνασκοπεῖν καὶ οἷον ἀνοίγειν ἀποπειρῶ. τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν ἐστὶ τὸ ἐξῶθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν, pro ζυγώθρισον legisse ἀναζύγωσον contenderunt Valckenaer (ad Adoniaz. vs. 33, p. 335) et Brunck, vereor ut recte, nam tutius scholion corruptum esse statuemus, quam metrum hoc modo in antiquo aliquo codice fuisse pessumdatum ²⁾. Minus tamen accurate scholii verbis convenit id quod scholiastam legisse putat Rutherford: κᾶτ' ἀναζύγου. Idem —

1) Sic Reiske; τὴν γνώμην codices.

2) Lenissima mutatione pro τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν legendum esse καὶ γ. ἀ. censet v. cl. van Leeuwen; cui libenter assentior.

ut quidquid de hoc loco observat in unum colligam — nimis usus esse mihi videtur mentis acumine cum ad verba scholii quae sequuntur ἀντὶ τοῦ καὶ δεύτερον ἐπίστησον περὶ τῶν αὐτῶν καὶ τρίτον annotaret: „This note perhaps implies still another variant καὶ ζύγου τρίτον or the like.” Quae lectio quid significare posset? Scholiastae autem explicationem sic interpretor: „iterum iterumque easdem res mente tua revolve”. Neque melius denique, ut censeo, e scholio ζυγώθρισον] ἀντὶ τοῦ ἴσωσον alios ζυγοστάτησον legisse effecit; ego certe quid eum hic moverit nescio, neque verbum ζυγοστατεῖν apud Atticos scriptores alibi obvium esse puto.

Schol. Nubb. 1195. In textu Phidippides narrat qua de causa ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς προσέθηκε τὴν ἔννην:

Ἴν', ὦ μέλε,
παρόντες οἱ Φεύγοντες ἡμέρα μιᾶ
πρότερον ἀπαλλάττοισθ' ἐκόντες· εἰ δὲ μή,
ἔωθεν ὑπανιῶντο τῇ νομηνίᾳ.

Ad vocabula ὑπανιῶντο τῇ νομηνίᾳ v. cl. van Leeuwen annotat: „verba optimo iure in suspicionem vocarunt Naber (ἀπολύοιστο scribens) et Blaydes; ὑπομανιῶν τὴν νομηνίαν R”. Ravennatis scholion autem est: μετὰ βίας ἀπαιτοῖντο, μαστίζοιντο; ad quae Rutherford: „It is not unlikely that these are adscripts to a variant or to variants of ὑπανιῶντο. Neither of them is at all appropriate to the gloss.” Recte hactenus, ut opinor; sed mire mihi quidem displicent ea quae sequuntur: „ὑπανιμῶντο might explain μαστίζοιντο and perhaps μετὰ βίας ἀπαιτοῖντο as well. In the first note ἰμᾶν would be taken in its ordinary sense, in the second as = ἰμάσσειν”. Primum enim, quodnam est verbum ὑπανιμᾶν? Deinde, quo iure hoc pro ἰμάσσειν usurpatum esse putare potuit scholiasta?

Schol. Pac. 365. In scena Mercurio exclamanti: „actum est de te”, Trygaeus reponit:

οὐκοῦν ἦν λάχων,
Ἐρμῆς γὰρ ὦν κλήρω ποιήσεις οἶδ' ὅτι.

Sic codices. Ad scholion οἶδα γὰρ ὅτι ὡς Ἐρμῆς ὦν ποιήσεις με κληρῶσαι, haec est Rutherfordii annotatio: „There may have

been a variant κληροῦν for κλήρω"; cui ego non magis credo quam v. cl. van Herwerden. Cur enim praesens κληροῦν per aoristum κληρῶσαι explicasset scholiasta? Nonne veri est similium ante oculos habuisse id quod e coniectura restituit recentissimus fabulae editor: κλῆρον ποιήσεις?

Schol. Pac. 482. In variis vocabulorum γλισχρότατα σαρκάζοντες explicationibus hanc quoque legimus: ἤτοι ἐξισχνούμενοι καὶ ἠτονηκότες; quod scholion melius fortasse referetur ad verbum qui sequitur:

ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ νῆ Δί' ἐξολωλότες.

Utut est, prorsus me latet cur interpretem σαρκίζοντες legisse suspicetur Rutherford; σαρκίζειν enim sec. Polluc. II 233 est τὸ τοῦ δέρματος τὴν σάρκα ἀφελεῖν; quae explicatio minime cum scholii verbis congruit.

Schol. Avn. 498. In ipsa fabula Pithetaerus longa narratione exponit quomodo pallium sibi eripuerit λωποδύτης τις; sic autem finem facit:

κἀγὼ πίπτω, μέλλω τε βοᾶν· ὁ δ' ἀπέβλισε θοιμάτιόν μου.

Ad ἀπέβλισε et alia annotantur et haec: ἀπὸ τῶν γάλα ἀμελγόντων. Errat scholiasta, nam haud dubie vera est ea quae praecedat explicatio: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κηρίων: verbum enim βλίττειν ortum est, ut videtur, ex μελίττειν. Collato tamen Hesychio ἀπέβλισεν] ἀπεπίασεν apparet omnino iniuria Rutherfordium annotasse: „It is evident that a variant ἀπέβλυσε is here implied". Verbum autem ἀποβλύζειν significat „emittere aquam, evomere", potius quam „exprimerē".

Schol. Lysistr. 539. Poetae verba sic sunt tradita:

αἴρεσθ', ὦ γυναῖκες, ἀπὸ τῶν καλπίδων, ὅπως ἂν
ἐν τῷ μέρει χῆμεῖς τι ταῖς Φίλαισι συλλάβωμεν.

Rectissime hic Brunckius e scholio ἀναχωρήσατε ἀπὸ τῶν καλπίδων restituit veram lectionem ἀπαίρετ' pro αἴρεσθ', coll. Hesych. ἀπαίρει] ἀναχωρεῖ; multo improbabilius Rutherford: „The ἀναχωρῆσαι has been taken to imply a variant ἀπάρατ' ὦ"; quod verbum ἀναχωρῆσαι desumptum est ex eo scholio quod solum in Ravennate traditum est: παρακελεύονται γὰρ

ἀλλήλαις αἱ ὑδροφόροι <ἀπὸ add. Blaydes> τῶν καλλιπῶν ἀναχωρήσαι ὅπως ἐν τῷ μέρει ὀρχήσονται; nam annotatio quam supra citavi in illo codice deest.

Schol. Ran. 498. Xanthiae Baccho sarcinas tradentis et se ipsum dei veste induentis haec apud poetam sunt verba:

Φέρε δὴ ταχέως αὐτ'· οὐ γὰρ ἄλλὰ πειστέον.

Scholion est: οὐδαμῶς, Φησὶν, ὀφείλεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ δίδοναι, ἵνα σοι πιστεύσω ὅτι ἀληθῶς ἐπαγγέλλῃ μοι αὐτὰ δίδοναι, i. e. „non ego verba pro factis accipiam, inquit, sed revera tuam mihi dare debes vestem, ut fidem habere possim iis quae promisisti”. Inepta profecto explicatio! Videtur enim interpres πειστέον accepisse quasi a verbo πείθειν deductum, non a πείθεσθαι; nihil autem quam lectioni traditae haec explicatio aptior est ei lectioni quam excogitavit Rutherford: οὐ γὰρ ἄλλῃ πειστέον”, i. e. „aliter tibi parere non debeo”.

V.

Hic quoque facilis mihi transitus: nunc enim tales tractare locos in animo est, ubi nullam habemus causam ob quam Rutherfordio obsequamur, cum aut scholiasta meras nugas dedisse censendus sit, aut scholion sit corruptum. Quales loci hi sunt:

Schol. Acharn. 431. Ad versum

τούτου δὲς, ἀντιβολῶ σε, μοι τὰ σπάργανα

in Ravennate haec annotantur: τὰ ἱμάτια, κυρίως δὲ τὰ ῥάκη· ὡς ἐπὶ βιβλίων τινῶν ἢ ῥακῶν. Ultima verba valde sunt confusa, neque haec sic edere licet, ut edidit Rutherford: σπάργανα] τὰ ἱμάτια· κυρίως δὲ τὰ ῥάκη ||· σπάρτινα (?) ὡς ἐπὶ βιβλίων τινῶν || σπάργανα] ῥάκη.

Schol. Acharn. 629: ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ παραβάσει οὕτω εἶπεν. Nonne facile est ad intellegendum Ravennatis lectionem εἶπον ex εἶπεν corruptam esse? Sic necessarium non est cum Rutherfordio statuere scholiastam legisse:

ἐξ οὗ γε χοροῖσιν ἐφέστηκεν τρυγικοῖς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν,
οὕτω παρέβην (pro παρέβη) πρὸς τὸ θέατρον λέξων ὡς
[δεξιός ἐστιν,

quae lectio insulsissima.

Schol. Acharn. 669. Musam suam, ἔντονον Ἀχαρνικήν, invocat chorus, ut veniat:

οἶον ἐξ ἀνθράκων πρινίνων Φέψαλος ἀνήλατ' ἐρεθιζόμενος
οὐρία ριπίδι.

Quid significet ριπίς nisi aliunde satis esset cognitum, docere nos posset scholiasta ad hunc locum, qui: „τὸ πρὸς κίνησιν πνευμάτων ἐπιτήδειον, ὃ ἡμεῖς ριπίδιον καλοῦμεν.” Alterius tamen interpretis haec sunt verba: τῆ τοῦ ἀνέμου Φορᾶ; ad quae Rutherford: „This is either a mistake” — quod probandum censeo — „or a note on some variant, perhaps ριπῆ” — quod delendum.

Schol. Nubb. 1038. Ad adiectivum ἤττων in versu:

ἐγὼ γὰρ ἤττων μὲν λόγος δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐκλήθην,
annotatum legimus in Ravennate ἤττων λόγος ἀντὶ τοῦ ἄδικος ἢ ποιῶ αὐτοὺς ἠττηθῆναι ¹⁾. Tales qui fundere nugas potuit quales is qui alteram scripsit huius scholii partem, eum non necessarium est ἠττων pro ἤττων ante oculos habuisse, ut putat Rutherford.

Schol. Vesp. 757. In versibus

σπεῦδ' ὦ ψυχὴ· ποῦ μοι ψυχὴ;
πάρες, ὦ σκιερά,

qui quin corrupti ad nos pervenerint dubitari non potest ²⁾, vocabulum σκιερά explicatur per ἀντὶ τοῦ ὡς ἀσθενής. Temere autem Rutherfordius suspicatur interpretem legisse ὡς κηρίνα, satis magna cum fiducia addens: „There can be no doubt of this variant for ὦ σκιερά”. Cur? Fieri potuit ut in scholiastae

1) Omisso lemmate Venetus pro ἢ ποιῶ habet καὶ ποιῶν.

2) Miror haec tacite praeterita esse a recentissimo fabulae editore Starkio; equidem meam facio annotationem v. cl. van Leeuwen: „In Philocleonis ore quid significet imperativus πάρες non capio, versus autem 758 sq. nullum idoneum sensum praebent, quantum video Quapropter vix dubito quin corruptus sit locus.”

exemplari scriptum esset ὡς σκιερά, sed veri mihi quidem similis videtur delenda esse vocabula ἀντὶ τοῦ, ita ut legamus: σκιερά] ὡς ἀσθενής, i. e.: „σκιερά — quoniam animus tenuis est”¹⁾.

Schol. Pac. 527. Scholii ad verba γυλλίου στρατιωτικοῦ pars haec est: ἔστι δὲ καὶ ζῳον, οὗ μέμνηται Σώφρων, ὃ καλούμενος ὑπὸ τινῶν χοιρογρύλλιος. Rutherfordii autem haec est sententia: „The animal was no doubt γρύλλιος, not γύλιος, but there may have been a variant here γρυλλίου for καὶ γυλλίου, in which case the words from ἔστι would be a separate note”; Herwerdeni: „quidni potius καὶ γρυλλίου?” Utraque sententia mihi reiicienda videtur; nam mihi quidem minime constat de animalis istius vero nomine, si quidem alibi quoque invenitur nomen γύλιος, cf. Sophr. fragm. *73 (Kaibel Fr. Com. I, 1 p. 167). Praeterea, nonne veri esset similis ipsum commentatorem ambo nomina confudisse, quam eum usum esse exemplari tam foede corrupto?

Schol. Pac. 939. Versus est:

ὡς πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ χῆ τύχη κατορθοῖ²⁾
χωρεῖ κατὰ νοῦν.

Haud dubie corruptum est scholion τινὲς οὕτως· ὅποσα ἂν θελήσωσιν οἱ θεοὶ <τε inser. Ruth.> χῆ τύχη κατορθοῖ, unde quo iure Rutherfordius effecerit alios olim legisse θεὸς θέλῃσι χῆ κτέ., ipse viderit.

Schol. Avv. 218. ἀντιψάλλων] ἀνακρούων. Mallet Rutherfordius omisisset priorem partem annotationis: „This may be a note on a reading ἀναψάλλων, or ἀνακρούων may be a corruption of ἀντικρούων”.

Schol. Avv. 715. Ad anapaestorum:

εἶτα χελιδῶν,
ὅτε χρὴ χλαῖναν πωλεῖν ἤδη καὶ ληδάριόν τι πρίασθαι,

1) Praestat etiam fortasse eam recipere lectionem, quam nulla adnotatione addita quasi in Ravennate traditam edidit Dübner: ἀντὶ τοῦ ὧ ἀσθενής.

2) Hoc corruptum; vide apud van Herwerden.

verbum ultimum annotata sunt haec: ἐν συστολῇ εἶπε τὸ πρίασθαι. Rutherfordius autem, intempestive memor Suidae glossae *πρίεται]* *σχίζεται*, scholiastam legisse censet *πρίσθαι* „to be torn”; *πρίω* tamen significat *serrare*, deinde *lignum findere*, non *scindere*, idemque sibi vult Suidae annotatio. Scholion autem ortum videtur ex errore hominis, qui aut notatu dignum putabat id quod nemo nescit, verbi *πρίασθαι* litteram iota brevem esse, aut eiusdem verbi litteram alpha non ex contractione esse ortam.

Schol. Avv. 1191. Ad verba

ἀλλὰ φύλαττε πᾶς

ἀέρα περιπέφελον, ὃν Ἑρεβος ἐτέκετο,

in Ravennate annotatum est: τὴν ἀορασίαν, τὸ σκότος. Neque haec integra ad nos pervenerunt; ego certe vix mihi persuadere possum quemquam tam fuisse ineptum ut duo hic interpretationis causa adscriberet substantiva, quae etiam quonam essent referenda dubitari posset: olim haec ad ἀέρα περιπέφελον adscripta edebantur, sed glossam τὸ σκότος vocabulum Ἑρεβος respicere manifestum est; idem de verbis τὴν ἀορασίαν censet Rutherford, simul sic variam lectionem eruens ὃς Ἑρεβος pro ὃν Ἑρεβος; qua nihil vidi ineptius. Tutius profecto statues partem tantum scholii servatam esse.

Schol. Avv. 1355. Veterem ciconiarum hanc poeta citat legem:

ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους

πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφω,

δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Schol.: δι' ὃ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ποτάμιον ἵππον, δηλοῦντες ὡς ὑποτέτακται ἢ βία τῆ δικαιοπραγίᾳ. οἱ γὰρ πελαργοὶ, δικαιοπραγεῖς ὄντες, ἐπὶ πτερῶν βαστάζουσι τοὺς πατέρας γεγηρακότας, οἱ δὲ ἵπποπόταμοι ζῶον ἀδικώτατον. — Merae nugae! Neque scholiasta in versu 1357 pro τρέφειν legit φέρειν, ut Rutherfordius suspicatus est; quae lectio omnino vitiosa esset post praecedens πάλιν.

Schol. Avv. 1493. Ad τὰ πιδέξια in Ravennate annotantur

haec: *οἶον τὰ δεξιὰ τῆς ὄψεως· ἐπλήττοντο γὰρ οἱ συντυγχάνοντες αὐτῷ ἢ τὰπιδέξια ὀφθαλμοὺς κεφαλῆς· ἅμα δὲ ἐπεὶ οἱ ἐντυγχάνοντες νυκτὸς ἤρῳσι διέστρεφον τὰς ὄψεις et: τὰπιδέξια] ὀφθαλμοὺς καὶ κεφαλὴν. Donec certa manu emendatrice hic scholiastae verba restituta sint, non licebit cum Rutherfordio suspicari that „some variant may be implied”.*

Schol. Lysistr. 191. Ad versum:

εἰ λευκὸν ποθεν

ἵππον λαβοῦσαι τόμιον ἐντεμοίμεθα,

haec nugatur scholiasta: *πρὸς τὸ αἰδοῖον παίζει τὸ λευκὸν ἵππον, λευκὸν μὲν ὅτι Φάλης τὸ αἰδοῖον λέγεται, Φάλιον δὲ τὸ λευκὸν· ἵππον δὲ ἐπεὶ καὶ κέλης λέγεται. ἢ παίζει κατὰ τὸν τύπον τῶν Ἄμαζόνων· γυναῖκες γὰρ οὔσαι λευκοὺς ἵππους ἔθουον. Quae sic interpretor: „ad pudendum alludunt vocabula λευκὸν ἵππον: vox λευκὸς ideo adhibita est quod idem significat atque Φάλιος, et Φάλης partem indicat pudendam; ἵππος autem usurpatum est quoniam eadem significatione κέλης in usu est, e. q. s.” Quae interpretatio si vera est, iniuria Rutherford scholion sic edidit: *εἰ Φάλιον ποθεν ἵππον κ.τ.λ.] πρὸς τὸ αἰδοῖον παίζει. || Φάλιον ἵππον] ὅτι Φάλης τὸ αἰδοῖον λέγεται. || Φάλιον <Φάλιον> τὸ λευκὸν. || ἵππον] ἐπεὶ καὶ κέλης λέγεται <τὸ αἰδοῖον>*, et deinde annotavit: „There can, I think, be no doubt that the true reading of the text is *εἰ Φάλιον ποθεν*, the *λευκὸν* being really an adscript which has replaced the true reading.” Adiectivum tamen *Φάλιος* vereor ut defendi possit exemplis ex Attica dialecto desumptis.*

Schol. Lysistr. 511. Scholion olim sic edebatur: *τὸ ἐξῆς, ἐγινώσκομεν ὑμᾶς κακῶς βουλευσαμένους*; in Ravennate autem pro *βουλευσαμένους* traditum est *βουλευσομένους*; cui vitiosae lectioni nimium tribuisse Rutherfordium apparet ex his eius verbis: „This annotator took the words from *καλῶς* to *ἠκούσαμεν* as parenthetical, and may have read *βουλευσομένους*”, in his Lysistratae verbis:

καὶ πολλάκις ἔνδον ἂν οὔσαι

ἠκούσαμεν ἂν τι κακῶς ὑμᾶς βουλευσαμένους μέγα πρᾶγμα.

Schol. Lysistr. 660. Rectissime Dübnerus et Rutherfordius

scholion sic edunt: *κάπιδάσειν μοι δοκεῖ*] Ἄντι τοῦ προσθήκην σχήσειν (D.) et *ἐπιδάσειν*] *προσθήκην σχήσειν* (R.). Minus recte tamen, ut censeo, hic, quoniam in R traditum est *σχήσει*, annotat: „The *σχήσει* may be right. The annotator's text may have had *ἐπιδάσει*”. — Quam lectionem parum aptam esse in versu:

καὶ ἐπιδάσειν μοι δοκεῖ τὸ χρῆμα μάλλον,
non multis verbis opus est demonstrare ut coner.

Schol. Lysistr. 826. Versus

*ἀλλ' ὅμως ἂν οὐκ ἴδοις
καίπερ οὔσης γραδὸς ὄντ' αὐ-
τὸν κομήτην, ἀλλ' ἀπεψι-
λώμενον τῷ λύχνῳ,*

longiore, ut videtur, olim illustrabantur annotatione, ex qua haec supersunt: *ὅτι ἀπεψιλωμένον Φησί* — at ne haec quidem integra servavit codex Ravennas, nam pro *ἀπεψιλωμένον* habet *ἀπεψωμένον*. Unde statim nova suboritur Rutherfordio suspicio, qui scholion sic edit: *ἀπεψολωμένον*] *ὅτι ἀπεψ(ολ)ωμένον* <τὸ ἀπεψιλωμένον> *Φησί*. Vix opus est dicere mihi quidem parum persuasisse virum doctissimum.

Schol. Lysistr. 1184. Versus sunt Lysistratae:

*νῦν οὖν ὅπως ἀγνεύσετε,
ἕως ἂν αἱ γυναῖκες ὑμᾶς ἐν πόλει
ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν.*

Parum prudenter Rutherford ad scholion *ἀντι τοῦ ὧν εἴχομεν ἐδεσμάτων ἐν τῇ κίστῃ*: „The singular *κίστῃ* seems to indicate some variant.” — Qui singularis si eum male habet, quidni levi coniectura in pluralem *ταῖς κίσταις* eum mutet?

Schol. Ran. 518. Blande Proserpinae illa ministra Pseudoherculem ut domum intret invitat:

*ἀλλ' εἴσιθ', ὡς ὁ μάγειρος ἤδη τὰ τεμάχῃ
ἔμελλ' ἀφαιρεῖν, χῆ τράπεζ' εἰσῆρετο.*

Ex glossemate *ἀφαιρεῖν*] *κλέπτειν* Rutherfordius effecit olim hoc loco alios legisse *ὑφαιρεῖν*, sed sic scholio redditur sana mens, scholiastae omnino demitur, quid enim significare potuit: ὁ

μάγειρος ἤδη τὰ τεμάχη ἐμελλ' ὑφαιρεῖν? Nonne prudentius est hic quoque in scholio legere ἀφαιρεῖν] κόπτειν, ita ut repetatur tantum annotatio praecedens: ἀφαιρεῖν] ἀντὶ τοῦ κόπτειν? Nam quamquam haec quoque errore nata est, huius tamen erroris originem aperire potest Hesychii glossa ἀφείλεν] ἤρεν, ἔκοψεν; ob eandem vereor ut scholion recte sic verterit Rutherfordius: „that is, To bolt”, addita annotatione: „In late Greek ἀφαιρεῖν has this sense of bolting food”; nam pro verbo „to bolt” adhibendum potius erat, ut videtur, „to beat”, „tundere”.

Schol. Ran. 714. Haec chorus canit de Κλειγένει illo τῷ μικρῷ:

ἰδὼν δὲ τὰδ' οὐκ
εἰρηνικός ἐσθ', ἵνα μὴ ποτε καὶ ἀποδυθῆ μεθύων ἄ-
νευ ξύλου βαδίζων.

Verba quae annotationis loco in Ravennate inveniuntur προσεποιεῖτο δὲ ὡς Φασὶ καὶ μανίαν, εἰδὼς ὅτι μισεῖται παρὰ τῶν πολιτῶν num integra sint tradita dubitari potest ¹⁾, dubitat certe Rutherford, qui pro δὲ ὡς Φασὶ recepit id quod habet Venetus πρόΦασιν, quam lectionem me omnino non intellegere fateor. Quidquid id est, superesse haec videntur ex ampliore commentario, in quo plura de illo Cligene narrabantur; quam ob causam non recte Rutherfordium annotasse censeo: „This comment implies some variant, perhaps μανιῶν for μεθύων. The form μανιῶν is good enough in late Greek”.

Schol. Ran. 1096 sqq. Versus Aristophanei sunt:

ὁ δὲ τυπτόμενος ταῖσι πλατείαις
ὑποπερδόμενος
Φυσῶν τὴν λαμπάδ' ἔφευγε.

Ad primi versus vocabulum πλατείαις hoc scholion adscriptum est: ταῖς πλατείαις χερσὶ δηλονότι ἢ μάστιξιν ἢ οὕτω λεγομέναις Κεραμεικαῖς πληγαῖς πλατείαις. Satis inepta haec, opinor, est explicatio πλατείαις μάστιξιν; tutius tamen statuas scholiastam ineptisse quam eum pro πλατείαις legisse πλάστιγξι, ut statuit

1) Quamquam me quidem nil offendit in hac versione: „simulabat etiam, ut dicunt, se insanire, probe sibi conscius se civibus suis odio esse”.

Rutherford, coll. Hesych. *πλάστιγξ]* μάστιξ; ab hoc certe loco aliena mihi videtur quaestio illa sitne Atticae dialecti vocabulum *πλάστιγξ*, quod pro Aeschyleo (Choeph. 290) citat Hesychius l.l. (cf. Wecklein Berl. Philol. Wochenschr. 1884 p. 900 sq.).

Ad ultimum autem quem citavi versum annotatum est in Rav. *ἀνεχώρει καὶ ἔφευγεν*; quae misera videntur longioris notae ruderata; parum recte Rutherford: „The form which this note has in the codex suggests some variation in the text — either a variant *Φεύγων* for *Φυσῶν* or some other word than *ἔφευγεν* as principal verb.”

Schol. Ran. 1168. Ad Euripidis verba:

οὐ Φημί τὸν Ὀρέστην κατελθεῖν οἴκαδε·

λάθρα γὰρ ἦλθεν, οὐ πιθῶν τοὺς κυρίους,

scholion extat hoc: *διὰ τοῦ ἰ γραπτέον καὶ ὀξυτοντέον ἵνα ἦ δευτέρου ἀορίστου καὶ μέλλοντος*. Ultima verba (quae desunt apud Suid. i. v. *πιθῶν*, quaeque uncinis saepsit Rutherford) absurda sunt et Rutherford melius omisisset hanc annotationem: „The words *καὶ μέλλοντος* which follow in the codex imply that one reader at least found a reading *ΠΕΙCΩΝ* which is at any rate as good as *ΠΕΙΘΩΝ*”¹⁾.

Schol. Eccl. 100. Praxagora his verbis alloquitur mulieres quae ut rerum potiantur convenerunt:

οὐκοῦν καλὰ γ' ἂν πάθοιμεν, εἰ πλήρης τύχοι

ὁ δῆμος ὧν, κᾶπειθ' ὑπερβαίνουσά τις

ἀναβαλλομένη δείξειε τὸν Φορμίσιον.

ἦν δ' ἐγκαθεζώμεσθα πρότεροι, λήσομεν

συστειλάμεναι τὰ ἱμάτια· τὸν πώγωνά τε

ὄταν καθῶμεν, ὃν περιδησόμεσθ' ἐκεῖ,

τίς οὐκ ἂν ἡμᾶς ἄνδρας ἠγήσασθ' ὄρων;

Annotatur: *ἀντί, ὅτε καθήμεθα*. Commentatorem pro *ὄταν καθῶμεν* legisse *ὄταν καθώμεθα* post O. Langium (l.l. p. 36) suspi-

1) Estne scribendum in scholio *καὶ μὴ μέλλοντος*? Tenendum autem hic est multos codices e recitatione descriptos esse, et aevo certe posteriore *πιθῶν* et *πίσιων* eundem fere habuisse sonum, nisi quod accentus differebat.

catur Rutherford; multo tamen probabilior est altera quam ille profert suspicio scholion ad vs. 98 referendum esse.

Schol. Eccl. 117. Vocabulo ἄτινα quod scholii loco in Ravennate servatum est, Langius (l.l. p. 36) et Rutherfordius respici suspicati sunt lectionem:

οὐκουν ἐπίτηδες συνελέγημεν ἐνθάδε,
ὅπως προμελετήσῃμεν ἄττα δεῖ λέγειν,

pro ἀκεῖ δεῖ λέγειν. Quam suspicionem ineptam vocare minime ausim; attamen tutius mihi esse videtur statuere hic quoque, ut saepius alibi, in Ravennate partem tantum servatam esse annotationis, qua tota explicabatur sententia.

Schol. Eccl. 152. Neque hic scholion ἀντὶ τοῦ ἡσυχᾶ τάδε τοιαῦτά ἐστι integrum ad nos pervenit; quod iniuria sic divulsit Rutherford:

ἡσυχος] ἀντὶ τοῦ ἡσυχία.

νῦν] <ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ> τάδε τοιαῦτά ἐστι,

ad posteriorem notam annotans: „Or perhaps this is a note on a variant τάδ' ἐστίν for τί δ' ἐστίν in 157.”

Schol. Eccl. 904. Puella iuvenes ad se allicere his verbis conatur:

τὸ τρύφερον γὰρ ἐμπέφυκε
τοῖς ἀπαλοῖσι μηροῖς,
κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπαν-
θεῖ,

tum anum aemulam his conviciis petit:

σύ δ', ὦ γραῦ, παραλέλεξαι κἀντέτριψαι
τῷ θανάτῳ μέλημα.

Scholion est: ἢ τὰς πολιὰς σου παραλέλεξαι, ἢ ἐπλέξω τὰς τρίχας μίαν κατὰ μίαν. Priori parti parum recte Rutherfordius praeponit lemma παρατέτιλσαι, annotans haec: „On the whole the chances stand that there was a reading παρατέτιλσαι to which παραλέλεξαι was adscript,” — parum prudenter dico, nam sua ipsius caedit vineta addens: „notwithstanding the apparent evidence for παραλέγεσθαι being used pretty early for παρατίλλεσθαι. Pollux II 35 παραλελέχθαι τὰς τρίχας τὸ τὰς

περιττὰς ἀφαιρεῖσθαι· ὄθεν καὶ παρὰ Φερεκράτει· ἄσμηκτος, ἀπαράλεκτος". — In altera autem scholii parte vix videtur esse dubium quin corruptum sit verbum ἐπλέξω; nam nihil omnino significare potest πλέκεσθαι τὰς τρίχας μίαν κατὰ μίαν; ego saltem frustra mihi fingere conor quales hinc prodituri sint πλοκαμοί; qua de causa iniuria Rutherford haec sic edidit: παρ' ἐν πέπλεξαι] ἐπλέξω τὰς τρίχας μίαν κατὰ μίαν; et deinde annotavit: „There can be as little doubt that the note implies this lemma as that the lemma in turn implies a variant παρενπέπλεξαι. Pollux II 35 παραπλέκειν τὰς τρίχας τὸ ἀναπλέκειν καὶ παραπεπλεγμένη Ἀθηνᾶ ἢ ἀναπεπλεγμένη. Perhaps the misreading παρ' ἐν here is the origin of the Hesychian παρ' ἐν] κατὰ τὸ ἐξῆς." — Nihilo melius Dindorf: „Altera interpretatio ad παραπέπλεξαι spectare videtur."

Schol. Eccl. 1072. Ad versum

πότερον πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου,

in Ravennate adscriptum est glossema μαστός; quod in μεστός mutatum ad ἀνάπλεως referendum esse rectissime monet Blaydes; pessime contra Rutherfordius hinc eruit variam lectionem πιθάκνη pro πίθηκος.

Schol. Plut. 174. In Ravennate ad versum

ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται,

annotatur: „ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν πλούσιος, εἶπεν οὐχὶ κλαύσονται. Quibus verbis corruptis sic refectis: ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν <οὐχὶ> πλούσιος; εἶπεν οὐχὶ κλαύσεται, Rutherfordius interpretem legisse censet διὰ τοῦτον οὐχὶ κλαύσεται; quae lectio etiamsi unquam extitisset, tamen utique esset reiicienda propter vs. 171:

ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται,

et vs. 175

ὁ Βελενοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Πامφίλου.

Scholiasta autem levi negligentia particulam οὐχὶ eo posuit loco, ubi aptissime se habere ei videbatur.

VI.

Iam mihi quam maxime caute et circumspecte progrediendum est, et vel sic vereor ne nimis multa stolidæ mentis prolaturus sim documenta; eos enim nunc indicabo locos, ubi quid Rutherfordium moverit, ut suspicaretur alios olim ante oculos habuisse aliam lectionem, omnino me latet. Itaque facile fieri poterit ut editor doctissimus si quando perlegat hanc disputationem, exclamet: „at non mea haec est culpa, sed tuæ mentis caecitati hoc debetur.” Sed ad rem!

Schol. Acharn. 398. Notissima Ianitoris Euripidei verba:

ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια
οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
τραγωδίαν,

hac illustrantur annotatione: οἶον, αὐτὸς μὲν ἔξω ἐστίν, ὁ δὲ νοῦς αὐτοῦ συλλογίζεται τῶν ἔξω τι καὶ μετεωρίζεται. „It would seem that this annotator punctuated after the second ἔνδον or perhaps after ἀναβάδην” Rutherford; qui ut mihi quidem persuadeat certiora afferre debet argumenta.

Schol. Acharn. 717. κἂν ἐξελαύνειν χρὴ κἂν Φυγῆ ζημιῶν, ὑπὸ γέροντος τοῦτο πάσχειν τὸν γέροντα. Quae rectissime sic interpretatus est Rutherford: „and if it is necessary to exile or fine with banishment, the old should be so punished by the old” — at ex hac ipsa versione apparet pro χρὴ recipiendam fuisse lectionem apud Dübnerum servatam χρῆ¹). Deinde non intellego quid sibi velit haec annotatio: „It seems simplest to suppose an unmetrical variant κἂν ἐξελαύνειν”, in versibus quos corruptos esse viro clarissimo van Leeuwen libenter concedo:

καὶ ἐξελαύνειν χρὴ τὸ λοιπὸν, κἦν Φύγη τις ζημιῶν
τὸν γέροντα τῷ γέροντι, τὸν νέον δὲ τῷ νέῳ.

Schol. Acharn. 772. In sequentibus Megarensis Dicaeopolidi persuadere conatur veros esse χοίρους quos offert porcellos:

1) Praeterea pro κἂν rescribendum potius erit κἦν, nam ex καὶ ἔν hoc vocabulum hic ortum esse in aperto est.

ἀλλὰ μὰν,
αἰ λῆς, περίδου μοι περὶ θυμιτίδων ἀλῶν,
αἰ μὴ ἔστιν οὗτος χοῖρος Ἑλλάνων νόμφ.

Scholion est: εἰ βούλει, Φησί, ποιησώμεθα συνθήκας περὶ θυμιτίδων ἀλῶν. Suis igitur verbis usus scholiasta eadem enuntiat quae poeta; paratam autem habet Rutherfordius suspicionem — quam tamen unde conceperit vix capio — „A variant *περιδώμεθα* may be implied”.

Schol. Nubb. 761. Versus sunt:

μὴ νυν περὶ σαυτὸν ἴλλε τὴν γνώμην αἰεί,
ἀλλ' ἀποχάλα τὴν Φροντίδ' εἰς τὸν ἀέρα κτέ.

Hic ἴλλειν τὴν γνώμην περὶ ἑαυτὸν significat fere: „mente sua omnes suas continere cogitationes”, sive „a ceterorum hominum commercio se abstrahere”; ex eiusmodi autem explicatione ortum videtur glossema quod in Ravennate adscriptum est ἄφελκε; qua de causa nolo alios olim in textu legisse ἔλκε τὴν γνώμην αἰεί cum Rutherfordio suspicari.

Schol. Nubb. 969. κάμψειέν τινα καμπήν] οἶονεὶ κεκλασμένη τῆ Φωνῆ τὴν ᾧδὴν προσενέγκοι (προσενέγκοιτο emendatur e Suida). Cur tandem „is there some variant behind this note *κομψεύοι* or *κομψεύσαι*” (ut Rutherfordii utar verbis)?

Schol. Nubb. 1163. In fabula Strepisades filium suum et aliis ornat epithetis honorificis et hoc: λυσανίας πατρῶων μεγάλων κακῶν. Scholion est: λύων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνίας. Roganti Rutherfordio: „was there a reading *λυσανίας πατρῶος*?” suo ipsius sermone responsum velim „no question about”; nullum certe quod ad hanc opinionem corroborandam afferri possit invenio argumentum.

Schol. Nubb. 1379. In textu Strepisades filio, qui Euripidem *σοφώτατον* dixit, respondet:

„σοφώτατόν γ' ἐκείνον, ᾧ . . . τί σ' εἶπω;
ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι.

Tum sic Phidippides:

νῆ τὸν Δί' ἐν δίκῃ γε.

In Ravennate annotatum legimus: *λείπει φοβοῦμαι*, quae verba ostendunt scholiastam haec, ut debebat, sic explicavisse: ἀλλὰ <φοβοῦμαι,> αὐθις <γὰρ> τυπτήσομαι. Vix autem intellego Rutherfordium haec sic edentem: *μὴ τὸν Δι' κ.τ.λ.] λείπει φοβοῦμαι*, et annotantem: „Whatever may have been the words following the *μὴ*, it is plain that the annotator read *μὴ* and not *νῆ*”.

Schol. Nubb. 1408. ἀπέσχισας] ἐκάλυσας, ἀπεχώρισας RV. „Not unlikely implies a reading ἀπέσχασας”, Rutherford. Argumenta desidero; nam quod confert schol. Nubb. 740, ibi *σχάσας* explicatur per *καταπαύσας*, non per *κωλύσας* vel *ἀποχωρίσας*; neque quicquam obstat quominus verbum *ἀποσχίζειν* i. e. retinere, prohibere, in versu:

ἐκεῖσε δ', ὅθεν ἀπέσχισάς με, τοῦ λόγου μέτειμι,
explicatum sit per *ἐκάλυσας*.

Schol. Pac. 28. αἱ γὰρ γυναῖκες, ἵνα μὴ δοκοῖεν πολυφάγοι εἶναι, ἐκ τῆς πυκνότητος τῆς μάζης, μικρᾶς εἶναι δοκούσης, δλιγοφαγίας δόξαν ἐμφαίνουσι, στρογγύλας αὐταῖς ποιοῦσαι τὰς μάζας. Hic dativus pronominis αὐταῖς optime convenit cum dativo *γυναικί* in versibus:

*τοῦτο δ' ὑπὸ φρονήματος
βρενθύεται τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ,
εἰ μὴ παραθῶ τρίψας δι' ἡμέρας ὄλης,
ὥσπερ γυναικί γογγύλην μεμαγμένην.*

Neque iustam invenire possum causam ob quam assentiar Rutherfordio annotanti: „Two notes may be here contaminated: (1) αἱ γὰρ γυν. ἵνα . . . εἶναι στρογγύλας κ.τ.λ. (2) αἱ γὰρ γυν. ἐκ τῆς . . . ἐμφαίνουσι. There may also have been a textual reading *γυναῖκες* for *γυναικί*.” Explicat interpres cur *γυναικί παρατίθεσθαι* solitum sit *γογγύλας μεμαγμένας*, non cur mulieres tales panes facere soleant.

Schol. Pac. 576. Vocabulum *τρυγός* in τῆς *τρυγός τε τῆς γλυκείας* explicatur per *ἀντὶ τοῦ νέου οἴνου*. Nullam video causam ob quam Rutherfordio credamus annotanti: „There may, however,

have been a variant *καὶ γλυκείας*, in which case the lemma should be here given as *γλυκείας*."

Schol. Pac. 644. Versus:

οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὀρῶντες ὡς ἐτύπτονθ', οἱ ξένοι
in scholiis hanc invenimus *παράφρασιν*: τὸ ἐξῆς· οἱ δὲ ξένοι ὀρῶντες τὰς πληγὰς ὡς ἐτύπτοντο τινες τῶν δημοτῶν χρυσίον προσέφερον τοῖς ταῦτα ποιῶσι, λέγει τοῖς ῥήτορσιν. Why looks it „as though this annotator read ἐτύπτοντο ξένοι”? ut ipsius Rutherfordii verba in meum convertam usum.

Schol. Pac. 704. Versus est:

χᾶτερα πόσ' ἄττ' οἶε γεγενῆσθ' ἐν τῇ πόλει;
Schol.: ὡσπερ ἐκπλαγείσης τῆς Εἰρήνης ἐπήγαγε τὸ καὶ ἕτερα τοιαῦτα γεγονέναι ἐν τῇ πόλει. Scholiasta igitur per sententiam quae dicitur adfirmativam interpretatur quae per interrogationem enuntiaverat Trygaeus; quod observare negligens Rutherford in eius exemplari extitisse censet *χᾶτερα τοιαῦτ' οἶε γεγενῆσθ' ἐν τῇ πόλει*.

Schol. Pac. 879. Ad versus:

οὗτος, τί περιγράφεις; ΟΙΚ. τὸ δεῖν', εἰς Ἰσθμια
σκηνὴν ἑμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω,
has habemus annotationes: „εἰς τῶν θεατῶν¹⁾ τὰ ἰσθια τῆς Θεωρίας καταλαμβάνει καὶ ἐφάπτεται περιφέρων τὸν δάκτυλον” et: „ἐπιτιμᾷ ὁ δεσπότης ὡς ἀπτομένω τῶν ἰσθίων αὐτῆς.” Quanam de causa Rutherfordius suspicatur commentatores legisse:
οὗτος, τί περιγράφεις τὰ δεῖν'; ; εἰς Ἰσθμια κ.τ.λ.?

Schol. Pac. 908 *ἀλλ' ἡῦρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν] ὡς προφασιζομένων ὅτι „ἐκεχειρία ἐστίν· οὐ δυνάμεθα σήμερον προσάγαγεῖν”.* Quam causam Rutherfordius habuerit concipiendi interpretem legisse *ἄν ὑπέχοντα* pro *ἄν σ' ὑπέχοντα*, utinam addidisset!

1) *οἰκετῶν* Rutherford; sed unus tantum servus aderat; itaque reversa, quamvis falso, *θεατῶν* dedit Schol.” (van Herwerden).

Schol. Avv. 1. Ravennas habet haec: ὡς ἐν ἀπόπτῳ τινὶ δένδρου τινὸς ὄντος καὶ τοῦ κολοίου σημαίνοντος κατ' ἐκεῖνο πορεύεσθαι. i. e. „fingit se in loco quodam qui spectatorum oculos fugiat arborem videre eoque se graculi illius indicibus duci”. Annotat Rutherford: „The annotator evidently read ἢ τι for ἢ τὸ”. Mea fortasse haec est culpa, sed quo modo quod citavi scholion aptius sit versui:

ὄρθην κελεύεις, ἢ τι δένδρον φαίνεται,
quam versui:

ὄρθην κελεύεις, ἢ τὸ δένδρον φαίνεται,
id atra nocte mihi est obscurius.

Schol. Avv. 446. In scena Pithetaerus chori verbis:

ἄμνυμ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς
καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν,

addit: ἔσται ταυταγί.

Ad quae verba scholion est: ἐπειδὴ περὶ νίκης εὐχεται, ποιεῖ αὐτὸν ὁ ποιητὴς εὐφημοῦντα „ἔσται ταυταγί”. Rectissime hoc se habet scholion, quo scholiasta explicat Pithetaerum εὐφημίαν quandam chori verbis addere exclamando: „sic erit”; quae εὐφημία interiret si diceret „sic res eveniat”. Quod parum attendit Rutherford cum annotaret: „The annotator seems to have assigned the whole from ἄμνυμ' to μόνον to the Chorus. He may even have read ἔστω for ἔσται.”

Schol. Avv. 1378. Cinesiam illum in exemplari quo utebatur scholiasta Φελλύρινον dictum fuisse, non Φιλύρινον Rutherford effecit ex scholii verbis Εὐφρόνιος κοῦΦον, ὡς ἂν διθυραμβοποιὸν εὐτελεῆ καὶ κοῦΦα ποιοῦντα· τοιοῦτον γὰρ τὸ ξύλον, κοῦΦον καὶ ἔλαφρόν. Quae tamen explicatio quidni lectioni vulgatae Φιλύρινον, i. e. tileaceum, non minus apta sit quam ei quam in textu habent V¹⁾ et R Φελ(λ)ύρινον? Quod adiectivum vix aliunde notum est.

1) Recte Cobetum lectionem φελύρινον ex hoc codice citasse testis oculatus affirmare possum.

Schol. Lysistr. 1286. Varios deos variasque deas chorus invocat:

Δία τε πυρὶ Φλεγόμενον, ἐπὶ τε
πότνιαν ἄλοχον δλβίαν κ.τ.λ.

Scholion Ravennatis Ἦραν τὴν Ἀριάδην, quod olim edebatur Ἦραν ἢ τὴν Ἀριάδην, Rutherfordius sic edidit: πότνιαν ἄλοχον] Ἦραν. || πότνιαν ἄλοχον] τὴν Ἀριάδην; mire autem annotat: „It is possible that this note implies some variant like ὄμμασι δαίεται ἐπὶ τε πότνιαν κ.τ.λ., in which case the Δία τε would be due to dittographia and the πυρὶ Φλεγόμενον would be part of an adscript to ὄμμασι δαίεται, namely, ὄμμασι πυρὶ Φλεγόμενοις βλέπει”. Cuius annotationis ratio me quidem omnino fugit.

Schol. Thesm. 710. Mnesilocho, qui Telephi Euripidei ad exemplum mulieribus θεσμοφοριαζούσαις eripuit quod ipsa vita iis carius est, haec una ex iis minatur:

ἀλλ' οὖν ἦκεις θ' ὄθεν ἦκεις
Φαύλως τ' ἀποδράς οὐ λέξεις
οἶον δράσας διέδυσ ἔργον,
λήψει δὲ κακόν.

Haec certe est lectio tradita; quam apte defendi non posse non multis est demonstrandum verbis. Optime haec sic restituit Reisigius:

ἀλλ' οὖν ἦκεις γ' ὄθεν οὐ Φαύλως γ'
ἀποδράς λέξεις,

quae lectio omnibus numeris placet, nisi quod non solum particulam γε post Φαύλως iure omittendam censuit Dindorf, sed etiam post ἦκεις abundat eadem particula (quae ibi tradita est apud Suid. i. v. ἦκεις). Scholia autem tradita sunt haec: ἐκ τῶν ἀνδρῶν Φησὶν, ὄθεν οὐκ ἔξεστιν ὁ συμμαχῶν γελοίως· Φησὶ γὰρ ὄθεν ἦκεις Φαύλως ἦκεις — ἦκεις Φησὶ εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν ὄθεν οὐ Φεύξῃ. Ultima verba non dubito quin respiciant veram quam restituit Reisigius lectionem; priorem autem scholii partem recte sic edidisse mihi videtur Rutherford: ὄθεν ἦκεις] ἐκ τῶν ἀνδρῶν, Φησὶν. || ὄθεν οὐκ ἦκει] „ὄθεν οὐκ ἔξεστιν,” ὁ Σύμμαχος, γελοίως· Φησὶν γὰρ „ὄθεν ἦκεις Φαύλως ἦκεις.” Unum tamen non intellego, unde eruerit lemma ὄθεν οὐκ ἦκει.

Schol. Thesm. 846. Ἰλλος explicatur per *διστραμμένος τὴν ἔψιν*, quae explicatio et per se spectata nihil omnino habet quod offendant et confirmatur etiam Hesychii verbis: "Ἰλλος] *στρεβλός, στραβός, διστραμμένος*. Tamen Rutherford annotat: „Perhaps a note on a variant *μυλλός*”; ut videtur nimis bene memor alius Hesychii loci *μύλλον] καμπύλον, σκολίδν, κύλλον, στρεβλόν. καὶ εἶδος ἰχθύος*. Vide autem quanto aptior sit qui comparetur quem priorem citavi Hesychii locus.

Schol. Thesm. 948. Laete victoriam de Mnesilocho reportatam celebrat chorus:

*ἄγε νυν ἡμεῖς παίσωμεν ἄπερ νόμος ἐνθάδε ταῖσι γυναιξίν,
ὅταν ὄργια σεμνὰ θεοῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν, ἄπερ καὶ
Παύσων σέβεται κτέ.*

Hic unus e scholiastis haec annotavit: *ὅταν τὰς τελετὰς αὐξω-
μεν· τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀνέχω-
μεν*. Verbum igitur *ἀνέχειν* per *ὑμνοῖς ἐπαίρειν* explicavit inter-
pres; sed quid sibi vult Rutherfordii observatio: „Perhaps two
notes. In any case a reading *ᾠδαῖς* for *ὥραις* seems implied”?

Schol. Ran. 538. In ipsa fabula chorus canit illa:

*ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἐστὶ
νοῦν ἔχοντος καὶ Φρένας καὶ
πολλὰ περιπεπλευκότος,
μετακυλίνδειν αὐτὸν αἰεὶ
πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχρον
μᾶλλον ἢ γεγραμμένην
εἰκόνα ἐστάναι κτέ.*

Schol.: *ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀνύοντα, ὅτι ἀκίνητον τὸ ἐπιγεγραμμένον
τῇ εἰκόνι*. Pertinere haec ad totam locutionem *γεγραμμένην εἰ-
κόνα* non facile, opinor, quisquam negabit. Attamen Rutherford
scholiastam legisse putat *γεγραμμένον* pro *γεγραμμένην*; cur
nescio.

Schol. Ran. 543. In sequentibus Bacchus haec choro respondet:

*οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ
Ξανθίας μὲν δούλος ὦν ἐν
στρώμασιν Μιλησίοις*

ἀνατετραμμένος, κυνῶν ὀρ-
χιστρίδ', εἴτ' ἤτησεν ἀμίδ', ἐ-
γὼ δὲ πρὸς τοῦτον βλέπων κ.τ.λ.

Schol. R: τινὲς οὐρητρίδα τὸ οὐρηρὸν ἀγγεῖον, quae supersunt e vocis ἀμίδα explicatione ¹⁾. Defendat autem qui possit Rutherfordii opinionem: „It is evident that in some texts ὀρχιστρίδα has been replaced by οὐρητρίδα, an adscript to ἀμίδα.”

Schol. Ran. 1260. Non dubito quin verum viderit Meinekius in his versibus (quos spurios ducunt Kock et van Leeuwen):

θαυμάζω γὰρ ἔγωγ' ὄπη
μέμψεται ποτε τοῦτον
τὸν Βακχεῖον ἄνακτα
καὶ δέδοιχ' ὑπὲρ αὐτοῦ.

Rectissime enim observat (Vind. Ar. p. 178): „prorsus non intelligitur quo modo is qui se mirari profitetur quo pacto quis Aeschylum reprehensurus sit, simul de eo se timere dicere possit”; deinde καὶ mutat in κοῦ. Qua tamen ratione Rutherfordius idem scholiastae ante oculos fuisse effecerit ex eius verbis ὁ γὰρ Εὐριπίδης ἔρχεται ἐπὶ τὰ μέλη αὐτοῦ,” non capio.

Schol. Eccl. 6. Sic lucernam quam manu tenet hortatur Praxagora:

ὄρμα Φλογὸς σημεῖα τὰ ξυγκειμένα.

Schol.: σύμβολον ἡμῖν δίδου περὶ τῶν συγκειμένων διὰ τῆς Φλογός. Rutherford: „The annotator's meaning is clear” — recte hactenus, ut opinor; sed minime persuaserunt mihi ea quae sequuntur: „but seems to imply a reading τῶν ξυγκειμένων.

Schol. Eccl. 48. Vocabula κατὰ σχολὴν in versibus:

κάμοι δοκεῖ
κατὰ σχολὴν παρὰ τάνδρὸς ἐξελθεῖν μόνη,

sic illustrantur: „ἀντὶ τοῦ μόλις ἢ ἀψοφητί.” Cur tandem Rutherfordius ad ultima verba annotarit: „Did this annotator read

1) Quae opinio hinc quoque corroborari potest quod in Veneto nil traditum est nisi τὸ οὐρηρὸν ἀγγεῖον; non recte enim Dübnerus totam annotationem in hoc codice omissam esse contendit.

μόνον for *μόνη* at the end of the line," id non intellego quamvis saepe re pensitata.

Eccl. 140. In scena muliercula quaedam probare conatur viros in concione bibere et libare solere:

νῆ τὴν Ἄρτεμιν
καὶ ταῦτά γ' εὐζῶρον. τὰ γοῦν βουλευήματα
αὐτῶν ὅσ' ἂν πράξωσιν ἐνθυμούμενοις
ὥσπερ μεθύοντων ἐστὶ παραπεπληγμένα.
καὶ νῆ Δία σπένδουσί γ'· ἢ τίνος χάριν
τοσαῦτ' ἂν ἠϋχοντ', εἶπερ οἶνος μὴ παρῆν;

Supervacuum profecto est scholion *τίνος χάριν κ.τ.λ.*] κατ' ἐρώτησιν; quod hac quoque de causa mallet nunquam esset scriptum, quod tum Rutherfordius non potuisset annotare: „A note of this sort can hardly have been required. Was there a reading οὐ σπένδουσί γ'; to which it refers?"

Schol. Eccl. 294. Chorus sic mulieres ut ad concionem festinent incitat:

ἀλλ' ὦ Χαριτιμίδη
καὶ Σμίκυθε καὶ Δράκης
ἔπου κατεπέιγων
σαυτῶ προσέχων, ὅπως
μηδὲν παραχορδιεῖς
ὦν δεῖ σ' ἀποδείξαι.

Annotatur in R: ἀντὶ τοῦ σεαυτὸν; qua nota hoc sibi volebat scholiasta: „pronomen respicit verbum *προσέχων*, non verbum *κατεπέιγων*." Neque hic intellego Rutherfordium annotantem: „A note on a reading *κατεπέιγων σεαυτὸν προσέχων ὅπως*."

VII.

Ad ultimum denique distuli complures locos, in quibus Rutherfordius, licet minime absurdam vocare ausim eius opinionem, non tamen persuasit mihi hac de causa, quod mihi non

necessarium esse videtur statuere scholion variam aliquam respicere lectionem. Quos deinceps tractabo.

Schol. Acharn. 231. Scholio ἀντὶ τοῦ διὰ νεῶς καὶ ναυτικῶς ὧν ἐπὶ αὐτοῖς, i. e. „till I attack them by ship or as a naval man”, totam respici puto sententiam:

κοῦκ ἀνήσω πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ
δξῦς, ὀδυνηρὸς, ἐπίκωπος,

in qua excidisse aliquid metrum sententiaque testantur; quid enim unquam significare potuit *σχοῖνος ἐπίκωπος*? Neque iure Rutherfordius interpretem legisse suspicatus est ἐπὶ κώπαις; nihilo melius Bergk (praef. p. x): „sed scripsit poeta: δξῦς, ὀδυνηρὸς, ἐπὶ τ' ἂν (vel ἄμ') ἐπίκωπος.”

Schol. Acharn. 600. τάξεσι] τοῖς τοῦ πολέμου καταλόγοις. Parum accurate hic interpretes explicavit vocabulum τάξεσι in versibus:

ταῦτ' οὖν ἐγὼ βδελυττόμενος ἐσπειτάμην,
ὄρων πολιοῦς μὲν ἄνδρας ἐν ταῖς τάξεσιν.

Cum tamen aliunde nihil omnino sit notum de varia aliqua lectione, cautius non statueris interpretem legisse *πινάκεσιν* pro *τάξεσιν*.

Schol. Acharn. 753. In fabula Megarensis ille Dicaeopolidi roganti quid agant eius cives, respondet:

οἶα δῆ.

ὄκα μὲν ἐγὼ τηνῶθεν ἐνεπορευόμεν,
ἄνδρες πρέβουλοι τοῦτ' ἔπρασσον τᾶ πόλι,
ὄπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπόλοιμεθα.

Schol.: οἶα δῆ] ἀντὶ τοῦ τοιαῦτα δῆ. Hic quoque, ut sexenties alibi, scholiasta suo ipsius sermone verba Aristophanea interpretatus est; sic enim loquitur: „pro Aristophaneo οἶα δῆ nos dicimus τοιαῦτα δῆ.” Minime necessarium est hic utramque interiectionem — nam nil nisi interiectio est illud οἶα δῆ (Belgice: „zoo zoo,” Anglice „so so”, Italice „così così”) — prorsus eandem habere significationem; itaque sine iusta causa Rutherfordium annotasse censeo: „The annotator's text may have read τοῖα δῆ.”

Schol. Equitt. 131. Scholii verba τὸ ἐξῆς τοῦ χρησμοῦ τί

ἀπαγγέλλεται aptissima sunt explicandis vocabulis τί τὸ ἐντεῦθεν in versu:

εἰς οὐτοσὶ πῶλης. τί τοῦντεῦθεν; λέγει;

neque, donec certiora afferantur testimonia, Rutherfordio credam, qui putat in scholiastae exemplari traditum fuisse:

εἰς οὐτοσὶ πῶλης. τί τοῦντεῦθεν λέγει;

Schol. Nubb. 220. Versus:

ἴθ' οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα,

sic explicatur: οὐκ ἤκουσε μοῦ· αὐτὸς σὺ ¹⁾ βόησον μέγα; in qua interpretatione pronomen αὐτὸς ita necessarium est, ut non liceat ex ea efficere scholiastam legisse αὐτὸς pro αὐτόν; quod tamen post Hermannum fecit Rutherford.

Schol. Nubb. 361. Versus sunt chori:

οὐ γὰρ ἂν ἄλλω γ' ὑπακούσαιμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν
πλὴν εἰ ²⁾ Προδίκω:

Ad ultima verba scholion est hoc: πλὴν μόνου Προδίκου. Commentator igitur πλὴν adhibuit praepositionis loco, neque satis apta est causa ob quam „we may suspect that there was some textual variant which would explain μόνου, perhaps ἐνί.”

Schol. Nubb. 699. In scena Strepsiades exclamat:

κακοδαίμων ἐγώ,

οἶαν δίκην τοῖς κῆρεσι δάσω τήμερον.

Apud Suidam legimus haec: τήμερος] ὁ σημερινός, καὶ ἔστι τεταγμένος ἐπὶ σώματος, τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται. καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Ἰὼ Λακεδαιμίων, τί ἄρα ποιήσει τημέρα. Scholion autem ad nostrum versum est hoc: ἀντὶ τοῦ σήμερα καὶ (hucusque deest in Rav.) τήμερος ὁ σημερινός (ᾧσημερινός R) καὶ ἔστι τεταγμένος ἐπὶ σώματος· τὸ δὲ τήμερον ἐπὶ χρόνου λέγεται, καὶ ἐν τῇ Εἰρήνῃ ³⁾. „Ἰὼ Λακεδαῖμον τί ἄρα πείσῃ τημέρα; ἀντὶ τοῦ σημερινή.” — Quibus inter se comparatis suspicor ambos ex eodem antiquo lexico hausisse quaedam de vocabulo τήμερος;

1) Pronomen σὺ in Ravennate omissum est.

2) Sic Meineke; ἢ codd., cf. locos a Ieeuwenio allatos.

3) ἐν Ὀλκᾶσιν olim edebatur ex Aldina editione.

in scholio autem cum his confusam esse annotationem, qua notabatur pro communi *σήμερον* Atticum esse *τήμερον* (cf. Hesych. *τήμερον*] Ἄττικοι *τήμερον* καὶ *τήμερα* λέγουσιν); quae si vera sunt, sine iusta causa Teuffelius et Rutherfordius contenderunt grammaticum in versu Aristophaneo *τήμερος* pro *τήμερον* legisse.

Schol. Nubb. 727. Ad Socratis verba:

οὐ μαλθακιστέ', ἀλλὰ περικαλυπτέα

hoc legimus scholion: *περικαλυπτέα*] δεῖ σε, Φησί, καλύψασθαι καὶ σκέψασθαι, ἐπεὶ οἱ εἷς τι τείνοντες τὸν ὀφθαλμὸν ἀποπλανῶνται τὴν γνώμην. Quae sic interpretor: „oportet te, inquit, capite obvoluto rem tecum considerare, nam qui oculos alicui rei habet intentos, mente aberrare solet.” Quae interpretatio si vera est, omnino non necessarium est cum Rutherfordio statuere: „The annotator had before him some monstrous reading of l. 728 beginning with some part of *δραπέος* or *ὀρηπέος*.”

Schol. Nubb. 740. Sic in textu Socrates Strepsiadem alloquitur:

ἴθι νυν καλύπτου, καὶ σχάσας τὴν φροντίδα
λεπτὴν κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα
ὀρθῶς διαιρῶν καὶ σκοπῶν.

Verbum *σχάσας* explicatur per: ἀντὶ τοῦ καταπαύσας, στήσας, ἀτρεμίσας. Eadem habet Suidas i. v. *σχάσον*; tria autem verba explicationi adhibita idem* fere significant, neque iusta causa erat Rutherfordio cur censeret eum qui *ἀτρεμίσας* adscripsit, in textu legisse καὶ ἡσυχάσας vel χήσυχάσας pro *σχάσας*.

Schol. Nubb. 800. Ad *εὐπτέρων* et alia annotantur et haec: *εὐγενῶν, ἀπὸ τῶν ὀρνέων*. Nimis acute Rutherford: „It is conceivable that the *εὐγενῶν* is a note upon a variant *εὐπατέρων*, and that the *ἀπὸ τῶν ὀρνέων* belongs to another comment.”

Schol. Nubb. 920. Apud poetam Iniusto dicenti: *αὐχμείς* *αἰσχυρῶς*, Iustus reponit: *σὺ δέ γ' εὖ πράττεις*. In scholio ἀντὶ τοῦ *καλῶς λέγεις* latere variam lectionem *φράζεις* vel eiusmodi aliquid pro *πράττεις* suspicatur Rutherford; cui tum denique

credam, cum persuasum mihi erit scholiastae annotationem non sic posse explicari: „facile tibi, cui iam res bene succedat, est pulchris uti verbis.”

Schol. Nubb. 1243. Versus est:

ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις δὴ ἴ) τὰ χρήματ', εἴτε μή,
ἀπόπεμψον ἀποκρινάμενος.

In Ravennate et Veneto annotatur: εἰπέ μόνον τὸ δοκοῦν σοι, e quo scholio orta est lectio codicis Arundeliani: εἴτ' ἀποδώσεις μοι τὰ χρήματ' εἰπέ μοι εἴτε μή. Vel sic demonstrari potest nullo iure Rutherfordium annotasse: „A variant εἰπέ may be implied.”

Schol. Nubb. 1317. οἷσπερ ἂν ξυγγένηται] οἷς <ἂν> ἴ) ἀντιταχθῆ καὶ ἀντιλέγη. Nihil omnino me quidem in hac explicatione offendit. Tamen Rutherford haec sic edit: οἷσπερ ἂν ξυγγένηται] οἷς <ἂν> ἀντιταχθῆ. || ξυγγένηται] ἀντιλέγη, ad alteram annotationem annotans: „These may be adscripts to some variant or variants”.

Schol. Nubb. 1354. ἐστιᾶσθαι ἐστὶ τὸ εὐωχεῖσθαι, οὐχὶ δὲ τὸ παρά τινι πάντως (πάντες V) ἔλεγον. Scholion hoc codicum R et V fortasse ex lexico aliquo sine ulla mutatione desumptum est; scholiasta autem pravum sui aevi morem perstringit dicendi ἐστιᾶσθαι παρά τινι; nullam igitur iustam ob causam Rutherfordius suspicatur eum in suo Aristophane pro ἐπειδὴ γὰρ εἰστιώμεθ' ὡσπερ ἴστε, „some other reading” habuisse, „perhaps ᾧ παρ' ἴστε.”

Schol. Nubb. 1506. Ultima in Nubium fabula Strepsiadis verba sunt haec:

τί γὰρ παθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε,
καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἔδραν;

Scholion est: ἐπὶ τίνος ὀχεῖται καὶ πῶς καὶ διὰ τί μένει, quibus

1) Qua de causa hanc lectionem veram esse censeam, exposui in libello De Vitiis quibusdam principum codicum Aristophaneorum p. 35.

2) Particulam ἂν addiderunt Blaydes et Rutherford.

verbis quidni explicentur illa τῆς Σελήνης τὴν ἔδραν? Temere Rutherfordius verba καὶ πῶς καὶ διὰ τί μένει spectare putat ad lectionem τὰς ἔδρας; neque maiore iure addit: „It is conceivable that there was a further reading still τὴν σελήνην ἐσκοπεῖσθε ταῖς ἔδραις, and that the words πρὸς τοὺς λόγους αὐτῶν (note on l. 1503) belong to it, calling attention to ll. 193, 194 of the play.” Neque quid sibi velint intellego ultima quae citavi Rutherfordii verba, nam scholion ad vs. 1503 πρὸς τοὺς λόγους αὐτῶν (αὐτοῦ Rutherford) optime quadrat in versum ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον; hoc enim indicat scholiasta: „ipsorum Socraticorum (vel ipsius Socratis, si Rutherfordium sequimur) hic Strepsiadēs utitur verbis e versu 225 desumptis.”

Schol. Vesp. 1045. In Veneto annotatum est: τὰς καινὰς διανοίας ἀγνοήσαντες ὑπὸ τοῦ μὴ νοεῖν προεκρίνατε καὶ ἐποίησατε ἀσθενεῖς ¹⁾; hinc in Schol. R pro ἀναλδεῖς] ἀφανεῖς legendum esse ἀναλδεῖς] ἀσθενεῖς recte statuisse videtur Rutherfordius; quem tamen non eo usque sequor, ut statuum hic explicari variam lectionem ἀναλκεῖς.

Schol. Pac. 24. Ὑς καὶ κύων κοπροφάγα τὰ ζῷα. Hinc variam lectionem Ὑς μὲν γὰρ, ὡσπερ ἀν χέση τις καὶ κύων pro ἡ κύων eruit Rutherford; sine causa: primum enim quam facile, in scholio praesertim, ἡ in καὶ abire potuerit, docet ars palaeographica; deinde quidni ipse scholiasta καὶ scripserit in hac annotatione: „sus et canis animalia sunt, quae vescuntur stercore?”

Schol. Pac. 42. Pro

οὐκ ἔσθ' ὄπως

τοῦτ' ἔστι τὸ τέρας οὐ Διὸς καταβήτου

Meinekus rescripsit σκαταιβάτου, quod ad interpretationem ioci eodem fere redit; Blaydesius autem dedit σκαταιφάγου, pervertens verborum lusum. Idem me offendit in lectione quam a Rutherfordio propositam recepit v. cl. van Herwerden σκαταιβήτου ²⁾;

1) Praeterea vocabulo ἀναλδεῖς superscriptum est ταπεινᾶς (sic).

2) Idem Zachero placet, qui Rutherfordii suspicionem „sehr hübsch” vocat (pag. 527).

neque opus est hoc scholiastae ante oculos fuisse, qui annotavit: *παίζει σκαταιβάτην αὐτὸν καλῶν, ἐπεὶ σκάτοις τρέφεται ὁ κάμβαρρος*, „i. e. iocum petit e cognomine (σ)σκαταιβάτης, quoniam scarabaeus stercore pascitur.”

Schol. Avv. 900. Versus sunt:

εἴτ' αὖθις αὖ τᾶρα σοι
 δεῖ με δεύτερον μέλος χέρ-
 νιβι θεοσεβῆς
 ὄσιον ἐπιβοᾶν καλεῖν δὲ
 μάκαρας, ἕνα τινὰ μόνον, εἶπερ
 ἱκανὸν ἔξετ' ὄψον.

Scholion est hoc: *εἰ καὶ ἐνὶ μόνῳ ἀρκέσει τὸ θῦμα*, i. e. „si quidem uni tantum sacrificium (quod vos ei paratum habebitis) sufficiet.” Sic si annotationem vertimus, apparet parum recte Rutherfordium hanc protulisse sententiam: „Some variant to *ἔξετε* seems to be implied in this rendering, perhaps Kock's *ἱκανὸν ὄψον ἔξει*. Surely *ἔξετ'* can not have been taken even by a scholiast for *ἔξεται* with the sense of *ἔξει*.”

Schol. Avv. 1381. Nimis acute Rutherfordium ad scholion *λιγύμοχθον* (sic Kuster *λιγύφθογγον* codd.) *ἔφη διὰ τὸν μόχθον καὶ τὸν θρήνον τὸν ἡδυτάτως ἐξ αὐτῆς εἰς τὸν παῖδα γινόμενον* annotasse: „The latter part of this note suggests *γλυκύμοχθος*,” iam observavi in libello De vitiiis quibusdam principum codicum Aristophaneorum pag. 69.

Schol. Avv. 1468. *στρεψοδικοπανουργίαν] διχῶς στρουδοδικοπανουργίαν* — quae varietas fortasse e solo describentis errore nata est. Deinde haec sequuntur: *συνέθηκε τὴν λέξιν παρὰ τὸ στρεβλὸν ἦθος καὶ συκοφαντικὸν αὐτοῦ καὶ τὴν δίκην καὶ τὴν πανουργίαν*. Ut igitur primam vocis *στρεψοδικοπανουργία* partem quid significet explicaret, scholiasta usus est eo adiectivo quod a verbi *στρέφειν* stirpe deductum est, *στρεβλός*; hic quoque nimis accurate rem egisse videtur Rutherford annotans: „This may imply a third variant *στρεβλοδικ*.”

Schol. Avv. 1633. Versus

τὴν μὲν γὰρ Ἦραν παραδίδωμι τῷ Διί,
 sic explicatur: οὐ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἐρῶμεν; ad παραδίδωμι
 annotatur: ἐγχωρῶ ἔχειν ὡς ἔχει. Quae omnia mihi quidem
 aptissima videntur; aliter Rutherford, qui suspicatur latere „some
 variant for Ἦραν or an unmetrical dittographia like ἦραν ἐρῶ.

Schol. Lysistr. 542. Corruptos ad nos pervenisse versus:

*ἐγὼ γὰρ οὐποτε κάμοιμ' ἂν ὄρχουμένη
 οὐδὲ τὰ γόνατα κόπος ἐλεῖ μου καματηρός,*
 docet et metrum versuum antistrophicorum et ars grammatica;
 sed unum nego atque pernego, e scholiis quicquam ad emen-
 dationem adiumenti peti posse; in quibus hanc legimus liberam
 sententiae paraphrasin: „οὐδὲ τὰ γόνατά μου ἔλαβε καματηρός
 κόπος” (καματηφόρος πόνος R). Aliter tamen Blaydes, qui: εἶλε
 videtur legisse schol.”, et Rutherford: „The text reads ἐλεῖ,
 but the annotator seems to have had another reading.”

Schol. Thesm. 18. Neque hic quem ultimum citabo versum
 integer ad nos pervenit:

*αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο
 καὶ ζῶ' ἐν αὐτῷ συνετέκνου κινούμενα,
 ᾧ μὲν βλέπειν χρῆ' πρῶτ' ἐμηχανήσατο
 ὀφθαλμὸν ἀντίμιμον ἡλίου τρόχῳ,
 ἀκοὴν δὲ χοάνης ὄτα διετετρήνατο.*
 Vereor tamen ut verum hic viderit Dobraeus, qui proposuit
ἀκοῆ δὲ χοάνην ὄτα διετετρήνατο; multo certe elegantius Reiskius
 coniecit *δίκην δὲ χοάνης ὄτα διετετρήνατο*, quam coniecturam
 quominus utique recipiendam esse censeam obstat forma *δίκην*
 comico inusitata. Quod autem ad priorem sententiam: scholiastam,
 qui annotavit *λείπει ὡς*, in suo exemplari legisse lectionem a
 Dobraeo propositam opinati sunt Hermann, Blaydes, Rutherford;
 at recte Engerus observavit: „Scholiasta vulgatam videtur
 legisse, quod inepte, ut multis aliis locis explicat *ἀκοὴν δὲ ὡς
 χοάνης ὄτα διετετρήνατο*.”

Schol. Eccl. 2. Ecce alius locus, ubi dubitatur adhuc de

vera lectione. Versus enim, a quibus Ecclesiazusarum fabula incipit, sic sunt traditi:

ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου,
κάλλιστ' ἐν εὐστόχοισιν ἐξητημένον,

nisi quod R pro εὐστόχοισιν habet εὐστόχοισιν, quam lectionem, in κάλλιστον εὐστόχοισιν ἐξητημένον auctoribus Westonio et Dobraeo mutatam, recepit von Velsen; vix tamen recte hic articulus τοῖς omittitur. Idem valet de lectione κάλλιστ' ἐν εὐστόχοισιν ἐξητημένον, quam probavit Meineke. Veri mihi quoque est simile iure Bergkium Dindorfiumque recepisse lectionem a Bentleio propositam κάλλιστ' ἐν εὐστόχοισιν ἐξητημένον, sed unum me offendit quod sic particula γὰρ in versu sequenti vix habet quo referatur. Scholii initium est: ἡ ἔννοια· κάλλιστα τοῖς σοφοῖς εὐρημένον, unde Blaydesius veram lectionem esse putat κάλλιστα τοῖς σοφοῖσιν ἐξητημένον; quod si in codicibus legeretur, statim multi, opinor, exclamarent: „Coll. schol. vulgatam lectionem e glossematis ortam esse suspicor!” Multo profecto prudentius Rutherford: „We cannot say what this annotator read in his text or whether we should translate „for” or „by the wise”; idem tamen sine iure ad ea quae sequuntur τοῖς εὖ σκεπτομένοις annotat: „Did the annotator read κάλλιστον εὐστόχοισιν or even εὖ σκοποῦσιν?” Verba enim τοῖς εὖ σκεπτομένοις non minus apta sunt explicandae lectioni εὐστόχοισιν quam lectioni εὖ σκοποῦσιν.

Schol. Eccl. 940. Glossema codicis Ravennatis ἄμορφον bene illustrat vocabulum ἀνάσιμον in versibus:

εἶθ' ἐξῆν παρὰ τῆ νέφ καθεύδειν
καὶ μὴ ἔδει πρότερον διασποδῆσαι
ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέρα.

Parum recte Rutherfordius non dubitari posse censet quin hoc scholion olim respexerit lectionem ἄσημον.

Schol. Eccl. 1036. Nullo modo Iuvenis ille effugere potest aniles amplexus; cui anus quaedam:

ἢ μὴν ἔτ' ὀνήσει σὺ καὶ στεφάνην ἐμοί.

Tum ille:

νῆ τὸν Δί', ἦνπερ ἦ γέ που τῶν κηρίων.
οἶμαι γὰρ ἔνδον διαπεσεῖσθαι σ' αὐτίκα.

Hic quoque ingenio abusus esse videtur Rutherfordius, cum ad scholii *διαπεσεῖσθαι*] *τεθνήξεσθαι, διαρρυῆναι* partem alteram annotaret: „Either implies a reading *διαπεσεῖν*, or an idea that *διαπεσεῖσθαι* was aorist, or else is only part of a note.” Ser-mone enim quo cottidie utebatur verba Aristophanea explicavit scholiasta.

Schol. Plut. 730. *περιέφησεν*] *ἀπέματτεν*. „The imperfect tense in the adscript seems to imply that the annotator read *περιέφηχεν*,” Rutherford, fieri potest ut recte. Quoniam tamen talia minime anxie curare solent scholiastae, cautius nihil de varia lectione suspiceris.

Schol. Plut. 1159. In ipsa fabula varia sua enumerat ministeria Mercurius, quorum unum saltem aptum sit quo fungatur in aedibus Chremyli recens ditati: „Recipite me,” inquit, „ἀλλ’ ἡγεμόνιον”; respondet Cario:

ἀλλ’ ὁ θεὸς ἤδη βλέπει,

ὥσθ’ ἡγεμόνος οὐδὲν δεησόμεσθ’ ἔτι.

Scholion est: *ὥστε μὴ δεῖσθαι ἡγεμόνος (ἡγεμονίου Rutherford) καὶ ὀδηγοῦ*. Hinc Rutherfordius effici posse censet: „that l. 1160 in the text is an adscript, modified to make the metre out.” Nullo tamen modo hic versus omitti potest, nam cur Cario responderit *ἀλλ’ ὁ θεὸς ἤδη βλέπει* ipsis verbis ei est significandum; praeterea etiam in praecedentibus (vs. 1155 sq., vs. 1157 sq.) semper uno versu atque dimidio in responsis suis usus est servus. Scholion autem hic quoque nil est nisi sententiae paraphrasis, quamvis supervacua.

Iam satis superque exposuisse mihi videor, quibusnam de causis equidem non nimis profecto magnifice sentiam de Rutherfordii meritis in eruendis variis lectionibus in scholiis Aristophaneis latentibus.

OBSERVATIONES MISCELLANEAЕ

AD

PLUTARCHI MORALIA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(Continuantur ex pag. 156).



Quaest. Conviv. p. 612 D: ἔνιοι δὲ τὴν παροιμίαν οἴονται τοῖς παντὸς μὲν ὀρνέου, παντὸς δὲ νεύρου ἢ ξύλου μᾶλλον ἢ Φιλοσόφου Φωνὴν ὑπομένουσι. Verum in convivio cantantibus avibus non est locus: reponam: ὀργάνου. Coniēci ἐπιτάττειν.

Ibid. p. 613 E. Quid faciat philosophus inter convivas οἱ παντὸς μὲν ὀρνέου, παντὸς δὲ νεύρου ἢ ξύλου μᾶλλον ἢ Φιλοσόφου Φωνὴν ὑπομένουσι. Verum in convivio cantantibus avibus non est locus: reponam: ὀργάνου.

Ibid. p. 617 E: ἐκ τῶν Ὀμήρου τὸ θεώρημα τοῦτο λαμβάνων καθήκοντων. Nonne verius καθῆκον?

Ibid. p. 619 E: μάλ' ἐμμεμαῶς καὶ περισκεμμένος vel, sicuti apud Wyttenbachium est, περισκεμμένος. Homericum participium displicet et arridet: μάλ' ἐμμελῶς καὶ περισκεμμένος. Sic saepe Plutarchus: p. 634 F: ἐμμελῶς καὶ κεχαρισμένος, p. 654 D: ἐμμελῶς καὶ προσηκόντως. Ad sententiae integritatem aliquid videtur deesse.

Ibid. p. 621 F. Extremæ rusticitatis est si προστάττομεν in

convivio ἄδειν ψελλοῖς ἢ κτενίζεσθαι Φαλακροῖς ἢ ἀσκωλιάζειν χωλοῖς. Hic conferre poterimus Synesii Φαλακρᾶς ἐγκώμιον p. 64 B: ὅταν ἔτνουσ προκειμένου μετώπων ἐξέτασις γένηται, ubi *Μnem.* 1894 p. 123, laudato Phaedro V 6, suasi: κτενὸς προκειμένου. Conferantur apud paroemiographos Φαλακρῶ κτένα δανείζεις et Φαλακρὸς κτένα.

Ibid. p. 623 A. Hunc locum quum primum legebam, h. e. diu antequam prodiit Bernardacis editio, iam correxeram λῦπαι pro eo quod apud Wyttenbachium absurde legitur λύσσαι. Postea vidi itidem Bernardacem scripsisse λῦπαι, sed quum prorsus nihil adnotarit, credibile est eum veram lectionem invenisse in Vindobonensi libro, Wyttenbachio non usurpato, quem Quaestionum Convivalium ἀρχέτυπον esse novimus. Admirabile est videre quam frequenter prorsus eadem vitia ubique recurrant. Est Aeschyli fragmentum 39, in Scholio ad Iliad. N 198, apud Nauckium p. 14:

εἶλκον δ' ἄνω λυκηθόν, ὥς τε διπλοῖ
λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.

Scripsi aliquando Nauckio malle me λυσσηθόν, nam per complures annos suave inter nos fuit literarum commercium, isque significavit in *Tragicae dictionis indice* p. VIII sibi eam correctionem probari.

Ibid. p. 627 B: καὶ τέφρα καὶ λίθοις κἄν μὴ παρῆ δὲ ταῦτα, κονιορτῶ πολλάκις παχύνουσι τὸ ὕδωρ, ὡς μᾶλλον τῶν γεωδῶν τῆ παχύτητι καταπλύνειν δυναμένων τὸν ῥύπον. Hunc lapidum usum in lavandariis non intelligo: quid tandem latere potest nisi λίτροις? 1) Ceterum παχύτητι Hirschigii est, nam in Codice est τραχύτητι. Hinc infra p. 627 D: τὸ μὲν οὖν γλυκὺ ῥαδίως δ' ἥλιος ἐξάγει διὰ κοφότητα, τὸ δ' ἄλμυρὸν ἐνισχόμενον τοῖς πόροις διὰ τραχύτητα δυσξήραντόν ἐστι et p. 627 F: τὸ δ' ἄλμυρὸν αὐτὸ καὶ τραχὺ καταλειφθέν itidem rescribam: παχύτητα et παχύ.

Ibid. p. 630 C. Qui multum peregrinati sunt προθύμως διη-

1) Actum egi: cf. Herw. *Mnem.* 1893 p. 99.

γούνται καὶ διαγράφουσι κόλπους καὶ τόπους οἰόμενοι καὶ χάριν
τινὰ τῶν πόνων ταύτην καὶ παραμυθίαν κομίζεσθαι. Longe praestat:
ποταμούς.

Ibid. p. 631 F. Lepida est historiola quam Plutarchus respicit:
ὁ γελάσας καὶ ἡσθεὶς πρὸς τὸν δοκοῦντα λωποδυτεῖν ἐρωτῶντα δ'
αὐτὸν εἰ ἐπὶ δεῖπνον βαδίζοι, Φήσαντος βαδίζειν ἐκεῖ μέντοι
καθεύδειν, βεβαιοῦντι τὴν διαβολὴν ὁμοίως ἐσι. Hic locus mihi
Aristophanis verba revocat in memoriam, quae leguntur in
Avibus vs. 496:

ἐς δεκάτην γὰρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς ὑπέπινον ἐν ἄσει,
κἄρτι καθηῦδον καὶ πρὶν δειπνεῖν τοὺς ἄλλους οὗτος ἄρ' ἦσε
κἀγὼ νομίσας ὄρθρον ἐχώρουν Ἄλιμουναῖδε.

Corruptus locus est nec quantum novi interpretibus successit
emendatio. Apparet tamen quid Pithetaerus debuerit dicere.
Modo somnum post computationem capessiverat necdum crapu-
lam edormiverat et intempestivus galli gallinacei cantus eum
ex somno excitavit. Quod in *Mnem.* 1897 p. 428 tectis verbis
indicaveram, id nunc aperte perscribere iuvat, cum aliquid
praesidii in Plutarchi loco invenerim. Dixerat Aristophanes:
καὶ πρὶν δειπνεῖν, τὴν ἄλλως οὗτος ἄρ' ἦσε. Neque haec
verba obscura sunt et aliquid lucis accipiunt ex Dioclis testi-
monio apud Andocidem de *Mysteriis* § 38: ἔφη γὰρ εἶναι μὲν
ἀνδράποδόν οἱ ἐπὶ Λαυρίῳ, δεῖν δὲ κομίζεσθαι ἀποφοράν· ἀναστὰς
δὲ πρῶ ψευσθεὶς τῆς ὥρας βαδίζειν· εἶναι δὲ πανσέληνον, incidisse
autem εἰς τοὺς Ἑρμοκοπίδας.

Ibid. p. 632 B. Ismenias celeberrimus tibicen ad sacra ceci-
nerat nec litarat; tum qui conduxit, arrepta tibia ἠύλησε γε-
λοίως· αἰτιωμένων δὲ τῶν παρόντων . . . sed vide apud Plu-
tarchum quid illi lepide inter se iocati sint. Malo tamen:
ἀνιωμένων.

Ibid. p. 633 B: ὁ Κασάνδρου φίλος οὐκ ἠχθέσθη τοῦ Θεοφράστου
πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· θαυμάζω σου τοὺς ὀφθαλμούς, ὅτι οὐκ
ἔδουσι τοῦ μυκτῆρος αὐτοῖς ἐνδεδικτός. Casandri amicum ignoro,
sed hoc video de oculis locum intelligi non posse. Erat autem
adunco naso et Theophrastus mirabatur τοὺς ὄλμους quod non

concinerent τοῦ μυκτῆρος ἐνδεδακτός. Erant ὄλμοι, ut suspicor, foramina in superiore tibiae parte. Photius: ὄλμοι καὶ ὑφόλμια ἐπὶ αὐλῶν. Εὐπόλις Φίλοις· ῥέγκειν δὲ τοὺς ὄλμους· οἴμοι τῶν κακῶν. Polluc. 4. 70: τῶν δ' ἄλλων αὐλῶν τὰ μέρη γλωττα, τρυπήματα καὶ βόμβυκες, ὄλμοι καὶ ὑφόλμια. Hesychius: ὑφόλμιον· μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι. Proprium verbum est ῥιναυλῆσαι, quod vide Lucian. Lexiph. 19.

Ibid. p. 641 B. Sermo fit de remora quae ὑπὸ τοῦ πρῶτως ἐάλω προσεχομένη τῷ τοίχῳ τῆς νεῶς ἔξωθεν. Nimis languet postremum vocabulum et placet ὡς εἶωθεν.

Ibid. p. 642 A. Quaeritur διὰ τί τοὺς λυκοσπάδας ἵππους θυμοειεῖς εἶναι λέγουσιν. Etenim, uti ait Plutarchus, ἵππους λυκοσπάδας οἱ μὲν ἀπὸ τῶν χαλινῶν τῶν λύκων ἔφασαν ὠνομάσθαι διὰ τὸ θυμοειδὲς καὶ δυσκάθεκτον, οὕτω σωφρονιζομένους. Ὁ δὲ πατὴρ ἡμῶν ἤκιστα περὶ τὰς ἰσηγορίας αὐτοσχέδιος ὦν καὶ κεχηρημένος ἀεὶ κρατισεύουσιν ἵπποις, ἔλεγε κτέ. Herwerdenus coniecit προσηγορίας, Bernardaces ἰσορίας· mihi quidem placet ἰπποτροφίας.

Ibid. p. 642 A: τὰς ὀρμὰς ἄξυρρόπους καὶ ταχείας ἴσχουσιν ὡσπερ τὰ λινόπληκτα τῶν θηρίων. Praestat: λινόπληκτα.

Ibid. p. 649 F: ὡς πολλοὺς τῶν εὐπόρων ὅταν ἐμπλήσωσι ἄσκούς ὕδατος, ἐπὶ τούτων καθεύδειν ἀναψυχομένους. Wyttenbachius habet ἐμπόρων, sed equidem praeferam: ἐγχαρίων.

Ibid. p. 650 C. Perhibent muliebrem corpus πολύπορον γεγενῆσθαι καὶ τετμηθῆσθαι καθάπερ ἀνδύροις καὶ ὀχετοῖς. Nonne praestat τετρηθῆσθαι?

Ibid. p. 650 F. Grammaticus Apollonides dicitur τακτικός. Hoc quid sit nescio; an forte ἐνστατικός fuit?

Ibid. p. 651 A. Coenae interest medicus Ἀθροῦλατος. Quam mirum, imprimis propter variam lectionem p. 651 E, praeter Reiskium neminem intellexisse non barbarum latere nomen sed

Aviti = Ἀουίτου. Bernardaces in *Symbolis* p. 55 in clara luce caecutivit, sed Wyttenbachius nihilo oculatior fuit.

Ibid. p. 657 E: ὁ παῖς ἐπέχει τὸν ἄκρατον. Recte intellexit Bernardaces praepositionem ὑπὸ requiri, sed quod scripsit ὑπήχει pro ὑπέχει, in ea re eum ratio mirifice fugit. Cf. Cobetus in *Mnem.* 1854 p. 299 et 1858 p. 141 et 150.

Ibid. p. 663 D. Hic necessario paulo plura describenda erunt, ut loci sententia plana fiat. Sermo fuerat de victus simplicitate: τί οὖν; rogat unus ex iis qui coenae intererant, οὐχὶ κρίμενον μὲν ἡμεῖς ἀντὶ πόλτου μάττομεν, ἀντὶ δ' ἀσπαράγου γήτεια καὶ σκολύμους παρασκευάζομεν, τὸν δ' ἀνθοσμῖαν ἀπωσάμενοι τουτονὶ καὶ ἡμερίδην ἀγριώτερον πίνομεν ἐκ πίθου κωνώπων χορῶ περιφθόμενον. Hic quisvis corrigere poterit περιφθόμενοι, sed quid tandem est ἐκ πίθου? Latet ἐκ λάκκου vel certe synonymum aliquod.

Ibid. p. 664 A: ποικιλίαν δὲ καὶ Πλάτων παρέχει τοῖς καλοῖς καὶ γενναίοις ἐκείνοις πολίταις, παρατιθεῖς βολβοὺς, ἐλάιας, λάχανα, τυρόν, ὀψήματα παντοδαπά, qui locus conferendus est cum p. 668 B: ἐπ' ἀκτῆς τις λέκυθον ὀψᾶται καὶ κάππαριν; Quod statim apparet, Plutarcho obversabatur Platonis locus qui invenitur Rep. II p. 372 C: ἄλλας τε δήλον ὅτι καὶ ἐλάας καὶ τυρόν καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἐψήματα ἐψήσονται, unde Bernardaces Plutarcho ἐψήματα reddidit, cum in archetypo sit ὀψήματα. Sed id ipsum quaeritur, an non verior scriptura sit quam Plutarchus in suo Platonis codice invenit ὀψήματα ὀψήσονται quam ἐψήματα ἐψήσονται. Mirum certe est in eo simplici vitae genere priscos mortales apud Platonem ea coquere, quibus coctione nihil opus sit. Nec absurde Clemens Alexandrinus Protr. II p. 173 Pott.: τῶν γὰρ τοῖ βρωμάτων ἐπιτηδεύοτατα, οἷς αὐτόθεν χρῆσθαι ὑπάρχει δίχρα πυρός, ut appareat apud Platonem vel certe apud Plutarchum eum legisse ὀψήματα non ἐψήματα.

Verum paulo curatius videndum quid proprie ἔψημα sit. Legitur apud Platonem Rep. II p. 373 A: καὶ ἔψα δὴ καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ ἑταῖραι καὶ πέμματα καὶ ἕκασα τούτων

παντοδαπά. De hoc loco quaesivit Nitzschius in *Museo Rhenano* XII. p. 472 et recte demonstravit meretriculas hic non debuisse memorari, sed quod reposuit ἀθήραι, est ea infelix suspicio. Verum erui debet ex Rep. 455 C: τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἐψημάτων θεραπείαν, ubi Scholiasta: ποπάνων· πλακουντίων πλατέων καὶ λεπτῶν καὶ περιφερῶν· ἔψημα δ' ἐστὶν ὃ ἔνιοι ξείριοι καλοῦσιν, sed emendandum est σείριοι. Vere hoc traditur: nihil interest inter ἔψημα et σείριοι, nisi quod Athenienses paulo frequentius appellant σείριοι quam ἔψημα, qua de re conferri poterit Piersonus ad Moeridem p. 184. Latine *sapa* vel *defrutum* dicitur et saepe Galenus inculcat in Asia ἔψημα dici quod Atheniensibus σείριοι est. Itidem apud Platonem pro ΕΤΑΙΡΑΙ legendum ΣΙΡΑΙΑ et vides corruptelae causam. Οἶνος σείριος dicitur et neutrum genus enotavit Pausanias apud Eustathium p. 1385. 13. Quod ad pluralem numerum σείρια attinet, non tantum τὸ ἠψημένον γλεῦκος ita dicitur, sed est quoque caricarum decoctum, τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα, qua de re multa invenies apud Henricum Stephanum VII. 129 et Coraem Ἀτάκτ. IV. 181. Verum nunc apparet quam incommode apud Platonem legatur ἐψήματα ἐψήσονται, quum vocabulum sibi propriam et peculiarem significationem habeat et gratiam Plutarcho habemus, qui veram lectionem servavit: δψήματα δψήσονται.

Ibid. p. 666 D. Laudat Plutarchus Euripidis versiculum:

πολλοὺς δὲ βροντῆς πνεῦμ' ἀναιμον ὤλεσε.

Theo Smyrnaeus qui locum itidem laudavit, τραῦμ' habet; Schmidtius coniecit πλήγμ', Bernardaces πῦρ. Equidem malim appellare βροντῆς πτώμ' ἀναιμον. Cf. praeterea Hemst. ad Lucian. Tim. 2.

Ibid. p. 668 F: τῶν ἄλλων ὄψων οἱ ἄλες ἠδίσον ὄψων εἰσίν. Ita scribitur ex Reiskii coniectura, nam antea legebatur: ἠδίον, quod facilius corriges ut sit ἴδιον.

Ibid. p. 672 C. In adnotationibus ad Vitam Antonii enumeravi aliquot locos in Vitis Parallelis, qui mihi utrumque Testamentum nescio quomodo in memoriam revocabant, sed professus sum me ad hoc argumentum rediturum esse in Moralibus

Operibus tractandis, quae longe plura habent eodem pertinentia. Erit autem separatim videndum de Vetere et de Novo Testamento, nam causa est penitus diversa. Ac primum satis credibile est tum Alexandriae tum Romae Plutarchum saepe una fuisse cum Iudaeis, a quibus fama et auditione multa eum accepisse consentaneum est. Conferam p. 669 F: τὰ παρ' ἐκείνοις λεγόμενα μύθοις ἔοικεν, εἰ μὴ τινὰς ἄρα λόγους σπουδαίους ἔχοντες οὐκ ἐκφέρουσιν. Et liquido apparet numquam eum cognovisse Sacram Scripturam, quam si vel semel obiter inspexisset ipsum Israelitarum deum non cum Baccho composuisset; quod quam absonum esset dixit Reinachius *Textes relatifs au Judaïsme* p. 147. Sed novit quod omnes norant, Iudaeos abstinere carne suilla, p. 669 E; itidem lepore non vescuntur, cuius rei origo repetitur ex leporis similitudine et asini, quo nullum aliud animal sanctius venerantur! Ceterum, quod mihi ὀδοῦ πάρεργον esto, nuperrime in *het Theologisch Tijdschrift* 1899 p. 293 clarissimus meus collega J. C. Matthes quaesivit cur Israelitae tum alias carnes abominantur tum vero etiam leporinam. Reiiicit id quod olim theologi perhibebant, pagina est 315, lepore iis interdictum fuisse propter immodicam Venerem; sed fortasse immemor fuit eius quod tradit Herodotus III 108: ἐπικυῖσκειται μοῦνον πάντων θηρίων, καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ ψιλόν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῆσι μήτρῃσι πλάσσειται, τὸ δὲ ἀναιρέεται.

Sed missis fabellis, ceterum Plutarchus meliora edoctus fuit quam putaveris. Veluti p. 1051 E, ubi adversus Epicureos disputat: ὄρα γὰρ οἷα Ἰουδαῖοι καὶ Σύροι περὶ θεῶν φρονούσιν, ὄρα τὰ τῶν ποιητῶν πόσης ἐμπέπλησαι δεισιδαιμονίας· Φθαρτὸν δὲ καὶ γενητὸν οὐδεὶς ὡς ἔπος εἰπεῖν διανοεῖται θεόν. Saepe vidit quam religiose Iudaei τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν observitarent, p. 169 C et p. 671 C. De reliquis festis diebus non quidem vere omnia retulit, qua de re Reinachius adeundus erit, sed miror tamen unde philosophus tam multa resciverit, quum Iudaei sacras suas caerimonias occultare mallent quam divulgare. Veluti quod p. 184 F de festivitate tabernaculorum legitur, lucem accipiet ex iis quae Iosephus habet *Antiqq.* XIII § 242. Sed prae ceteris me advertunt quae invenio p. 671 D: τὴν λεγομένην νησεῖαν ἄγοντες ἀκμάζοντι τρυγητῶ τραπέζας τε προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας ὑπὸ σκηναῖς καὶ καλλιᾶσιν ἐκ κλημᾶ-

των μάλιςα καὶ κιττοῦ διαπεπλεγμέναις· καὶ τὴν προτέραν τῆς ἑορτῆς σκηνὴν ὀνομάζουσιν. ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις ἄλλην ἑορτὴν, οὐκ ἂν δι' αἰνιγματῶν ἀλλ' ἀντικρὺς Βάκχου καλουμένην, τελοῦσιν. ἔτι δὲ κραδηφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρ' αὐτοῖς, ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίσαισι, εἰσελθόντες δ' ὁ τι δρῶσιν οὐκ ἴσμεν. Novit quoque sacerdotes Levitas nominari itemque qua veste indutus pontifex maximus in publicum prodeat. Etenim describitur, p. 672 A, *μιτροφόρος τε προῖων ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ νεβρίδα χρυσόπατος ἐνημμένος, χιτῶνα δὲ ποδῆρη φορῶν καὶ κοθόρνους, κῶδωνες δὲ πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆτος ὑποκομποῦντες ἐν τῷ βαδίξειν.* Haec non plane quidem conveniunt cum iis quae Iosephus habet Antiqq. III § 159 et Plutarchus addidit τὴν νεβρίδα, quo magis Bacchi sacerdos videretur esse: illud magis miror quomodo captis Hierosolymis et templo incendio deleto Plutarchus praesens tempus usurpare potuerit. Simile quid occurrit in Epistula ad Hebraeos IX 25 itemque, nisi me fallit memoria, apud Flavium Iosephum et in Epistula ad Diognetum. Infra eodem redibo ad p. 799 D.

Pauca de hoc genere restant. Veluti p. 968 F: *οἱ μυθολόγοι τῷ Δευκαλιωνί Φασι περισερᾶν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δῆλωμα γενέσθαι χειμῶνος μὲν εἶσω πάλιν ἐνδυσμένην, εὐδίας δ' ἀποπτᾶσαν.* Quaeritur p. 281 F cur Romani λύχνον οὐκ ἐσβένυσαν ἀλλ' αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ περιεώρων μαραινόμενον eademque de re disputatur p. 702 D: quis non recordatur Iesaeiae XLII. 3: *κάλαμον τεθλασμένον οὐ συντρίψει καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει.* Certamen sophistarum p. 152 F componi poterit cum iis quae narrantur in tertio libro Ezrae. Alia sciens omitto.

Ancipitem rem esse video et periculi plenam Plutarchum conferre cum Novo Testamento, nam quas cernimus forte convenientias si quaeris unde repetendae sint, diversae necessario erunt hominum opiniones. Difficillimam quaestionem olim obiter attigi in *Verisimilibus* p. 222, sed ductu auspicioque Piersoni. Tali auxilio destitutus hodie vix extremis digitis attingere audeo quaestionem cui solvendae me prorsus imparem esse sentio. Animum tamen addidit Straussius in *Vita Iesu* 1864 p. 368: „Wer nur seinen Sueton mit Verstand liest, dem muss ein Licht darüber aufgehen, wie er die Wunder der Evangelischen Geschichte anzusehen hat. Denn von der über-

natürlichen Zeugung bis zur Himmelfahrt laufen die Parallele fort." Uti conicio, scripsit Straussius recens a Suetonii lectione, cum totus esset mente ac cogitatione in reconcinnanda Iesu imagine, nam non admodum luculenta sunt quae ex Romano scriptore profert. Legimus v. c. p. 387: „Von Augustus erzählt Sueton, nachdem ihn noch als kleines Kind eines Abends die Amme in einem Gemache zu ebener Erde in die Wiege gelegt, sei er am andern Morgen verschwunden gewesen, und nach langem Suchen habe man ihn endlich im höchsten Theile des Hauses, gegen Sonnenaufgang liegend, vorgefunden". Quaeris quo hoc pertineat? Scilicet Straussius, quod non sine admiratione audies, composuit cum iis quae leguntur Luc. Evang. II 41—52. P. 572. agit de uxore Pilati: „wer denkt bei diesen warnenden Träumen der Claudia Procula, wie die Legende die Gattin des Pilatus bald benannte, nicht an den angeblichen Traum der Calpurnia, Cäsar's Gattin, in der Nacht vor seiner Ermordung?" Duae mulieres sunt et duo somnia: reliqua omnia discrepant. Itidem me advertunt quae de defectu solis leguntur p. 587: „So war es Zeitgeschmack, so hatte es die Sonne nach damaliger römischen Legende auch bei der Ermordung Cäsar's, vor dem Tode des Augustus gemacht. Die Verfinsterung der Sonne um die Zeit von Cäsar's Ermordung wird uns zwar von Geschichtschreibern als trüber, dunstiger Charakter des ganzen Jahrgangs beschrieben: — doch bald fasste man die Erscheinung als eine wirkliche, und zwar auf Tag und Stunde mit der Ermordung Cäsar's zusammengetroffene Sonnenfinsterniss, wie nach den drei ersten Evangelien die Finsterniss mit den Stunden des Todes Iesu zusammengetroffen sein soll." Tam leve indicium causae quam Straussius agit, nocet magis quam prodest.

Ὁδοῦ πάρεργον alium etiam Straussii errorem iuvat arguere. Legitur in Evang. S. Johannis XIX 34: ἀλλ' εἰς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἐνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. De his verbis δ' ἀποστόλης ita argutatur p. 593: „Das kann nun freilich, wie jeder Sachverständige uns belehren wird, in keinem Falle herausgekommen sein; denn war das Blut in dem Leibe Jesu noch flüssig, sei es, dass der Tod noch nicht, oder erst vor ganz Kurzem erfolgt war, so kam eben Blut; war es bereits geronnen, so kam gar nichts heraus,

und auch das Wasser aus dem Herzbeutel, falls dieser von der Lanze getroffen war und seine Flüssigkeit sich nicht vielmehr ins Innere der Brusthöhle ergoss, müsste sich im ersteren Falle mit dem Blut ununterscheidbar vermischt, im andern ohne Blut gezeigt haben." Non assentior. Quid est Euroaquilo? Ventus, credo, inter Eurum et Aquilonem. Quid est Εὐρύνοτος? Ventus inter Eurum et Notum. Eodem modo λιβόνωτος dicitur, λιβεφοίνιξ sim. Nemo ignorat Homerum qui cecinit:

ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον δρίνετον ἰχθυόεντα
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τῷ τε Θρήκηθεν ἄητον.

Ex commixtione duorum ventorum necessario oriebatur unus qui flabat inter Boream et Zephyrum. Iliad. P 64 αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει, viscera sanguinolenta intelligenda sunt. Iliad. H 9: ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, duobus elementis commixtis nascitur lutum. Apud Plutarchum p. 928 B: ἥλιος καρδίας ἔχων δύναμιν ὥσπερ αἷμα καὶ πνεῦμα διαπέμπει, nam sanguis spiritum intus alit. Paulus in priore Epist. ad Corinth. XV 50 *humanum corpus* appellavit σάρκα καὶ αἷμα eademque periphrasi usus est Plutarchus p. 999 A. Similiter αἷμα καὶ ὕδωρ sanguis est aqua commixtus. Sed unde illa aqua? Nimirum Evangelista indicare voluit sanguinem qui ex vulnere exibat, valde fuisse *pallidum*: nihil ultra. Nec quisquam illum pallorem in emaciato corpore mirabitur. Postea, circa annum 170, Apollinaris Episcopus Hierapolitanus illud αἷμα καὶ ὕδωρ mystice interpretatus est, cf. Strauss. p. 69. Sed hoc nihil ad nos.

Sed redeo ad id quod ago. Exstat p. 554 A proverbium: τῷ σώματι τῶν κολαζομένων ἕκαστος ἐκφέρει τὸν αὐτοῦ σαυρὸν. Pythia est p. 438 B ἀλάλου καὶ κακοῦ πνεύματος πλήρης et componam Evang. Marci IX 25: τὸ πνεῦμα τὸ ἄλλο καὶ κωφόν. Ventriloquos Plutarchus nominat p. 414 E Εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ δὲ Πύθωνας προσαγορευομένους, quibuscum confer Act. Apost. XVI. 16: παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος. Denique quam illa conveniunt p. 108 A καὶ γὰρ πολέμους καὶ τᾶσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τοῦτου ἐπιθυμῖαι· διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτήσιν πάντες οἱ πόλεμοι γίνονται· τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα δουλεύοντες τῇ τουτου θερρακείᾳ, cum Epist. Iacobi IV 1—4.

Tandem venio ad p. 672 C, a quo loco hanc disputationem exorsus sum. Lacuna est trium foliorum post p. 741 C; etenim in Codice Vindobonensi, qui Quaestionum Convivalium archetypus est, haec folia abscissa sunt. Itidem magna lacuna est aliquot foliorum post p. 672 C; est autem ea aliquanto vetustior, nam paginae quae deficiunt, iam perierant in eo codice, ex quo descriptus est archetypus qui aetatem tulit. Quantum video, nou casu vel fortuito quaedam interiire, sed fuit qui de industria unum et alterum folium, integrum fortasse quaternionem, avelleret. Vide modo. Traditum fuerat Bacchum Israelitarum deum esse: *κάκεινο σημεῖον οὐ μικρόν ἐστὶ, τὸ πολλῶν τιμωριῶν οὐσῶν παρ' αὐτοῖς μίαν εἶναι μάλιχα διαβεβλημένην, τὴν οἴνου τοὺς κολαζομένους ἀπειργουσαν, ὅσον ἂν τάξῃ χρόνον ὁ κύριος τῆς κολάσεως· τοὺς δ' οὕτω κολα...* deinde reliqua sine vestigio perierunt. Hic autem conferamus quod Matthaeus habet XXVII 34: *ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον καὶ γευσάμενος οὐκ ἤθελε πιεῖν.* Diversum est quod Marcus tradidit XV 23: *καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ἐσμυρτισμένον οἶνον· ὁ δ' οὐκ ἔλαβε.* Non meum est dicere quid interpretes sentiant de ea Evangelistarum discrepantia. Est, ut scribit Straussius p. 578, nempe Marco id incredibile fuisse visum quod Matthaeus narrasset: „daher macht er aus dem Essig mit Galle Wein mit Myrrhe, und gewinnt damit eine Anknüpfung an die jüdische Gewohnheit, hinzurichtende Missethäter durch Gewürzwein vorher zu betäuben.“ Contradicit Plutarchus uti vidimus itaque quod verisimile est, Christianus quidam ne quid lectores reperirent quod faceret ad Marci fidem infringendam, ea quae sequebantur ultro resecurit. Sic in Iuliani Codice Vossiano p. 336 C unum folium propter insignem scriptoris impietatem a fanatico lectore rescissum fuit, cf. *Mnem.* 1860 p. 269 itemque in *Mnem.* 1885 p. 279 operam dedi ut ostenderem, deleta fuisse quae Flavius Iosephus de Iesu memoriae prodidisset, substitutum autem fuisse falsum testimonium, quod viris doctis tamdiu negotia facessivit. Nec magis fanatici pepercerunt Luciani opusculo de morte Peregrini, cf. Fritzsche I. 2 p. vi.

Ibid. p. 675 E: *ὁ περιηγητὴς τὸ μυθῶδες ἐπῆρεν. Malo: ἐπῆγεν.*

Ibid. p. 679 D. Agitatur quaestio περὶ τῶν πολλοῦς ἐπὶ δεῖπνον καλούντων et commendatur id quod sequitur: ἐπιτήδαιοι δὲ τῶ μὲν ἡγεμόνι δειπνίζοντι συνδειπνεῖν οἷ τ' ἄρχοντες ἐὰν ὦσι φίλοι, καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως. Sed non praecipit Plutarchus quos praeses provinciae ad coenam adhibere debeat, sed quales convivae simul invitare deceat, si forte praeses sibi coenam condixerit. Vides emendandum esse: ἡγεμόνα.

Ibid. p. 680 B: ὁ Ἐπαμεινώνδας — τὴν Φάλαγγα περιπίπτουσαν ἑαυτῇ καὶ ταρασσομένην ὑπολαβὼν, ἐξέλυσε καὶ κατέσχεν εἰς τάξιν. Notabilis est Xylandri correctio ἐξείλισσε.

Ibid. 684 F: Πλάτωνος δὲ τῶν ἄλῶν σῶμα κατὰ νόμον ἀνθρώπων θεοφιλέστατον εἶναι φάσκοντος. Respiciuntur Platonis verba in Timaeo p. 60 E: τὸ δ' εὐάρμοσον ἐν ταῖς κοινωνίαις ταῖς περὶ τὴν τοῦ σώματος αἴσθησιν ἄλῶν κατὰ λόγον νόμου θεοφιλὲς σῶμα ἐγένετο, sed diligenter videndum, numquid veri in Plutarchi lectione lateat.

Ibid. p. 698 B. Movetur absurda quaestio quo iure Plato contenderit τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος ἐξιέναι. Hic tum alia multa dubia proferuntur in medium, tum hoc quoque: τοῦ πνεύμονος λείου καὶ πυκνοῦ παντάπασι γεγονότος, πῶς τὸ σὺν κυκεῶνι πινόμενον ἄλφιτον διέξεισι καὶ οὐκ ἐνίσχεται; Plane non assequor, quid obstare possit pulmonis *laevitas* quominus farina simul cum potione transmittatur. Cogitavi de: πλεῦμονος λοξοῦ καὶ πυκνοῦ.

Ibid. p. 699 D: τῆς ἀρτηρίας τρωθείσης, οὐ καταπίνεται τὸ ὑγρὸν, ἀλλ' ὥσπερ ὄχρεοῦ διακοπέτος ἐκπίπτειν ἔξω καὶ ἀποκρουνίζον ὀραῖται. Rectius videtur: τρηθείσης.

Ibid. p. 701 A. Obscurus et impeditus locus est: ὅθεν οὐκ ὀρθῶς οἱ λέγοντες· ἔτος φέρει οὔτις ἄρουρα, τὰ καθ' Ὁμηρον λέγοντες. Haec equidem non magis intelligo quam quisquam alius et miseret me eorum qui haec interpretari et in alium sermonem receperunt convertere: tantum ausim affirmare pro-verbium respici, in quo ἔτος mutato accentu paulo minus absurdum erit quam ἔτος.

Ibid. p. 704 D: διασεΐσας καὶ διακωδωνίσας τὸ συμπόσιον, ὡς ἤσθάνετο τοὺς πολλοὺς ἐγκεκλικότας καὶ παρέχοντας ὑΦ' ἡδονῆς ὅτι βούλοιο χρῆσθαι καὶ καταυλεῖν καὶ ἀκολασαίνειν. Praestat: κατακολασαίνειν. Cf. p. 713 E et 785 F: καταυλεῖν καὶ καταψάλλειν.

Ibid. p. 709 B. Pares cum paribus libenter congregantur: huius rei memor esse debet qui amicos invitat ad coenam neque ἐπάγειν νέφ ποτικῶ καὶ Φιλοπαίγμονι πρεσβύτας σκυθρωπούς ἢ βαρὺ φθεγγομένους ἐκ πάγωνος σοφιστάς. Immo: νέφ σκωπτικῶ καὶ Φιλοπαίγμονι.

Ibid. p. 712 E: τὸν δὲ τῶν ζῶδιογλύφων ἀγῶνα βραβεύσομεν αὖριον. Nihil proficimus Meziriaci coniectura κωμωδιογράφων· aliud quid latet. Athenaeus copiose ostendit quanto in honore γρίφοι olim post coenam inter pocula fuerint; sunt septem species quas enumerat. Etiam Plutarchi tempore convivae αἰνίγματα καὶ γρίφους ἀλλήλοις προσβάλλουσι, p. 717 A, ne quis rem in desuetudinem abiisse existimet. Est tamen de hoc argumento in Quaestionibus Convivalibus altum silentium, quocirca pro ζῶδιογλύφων reponam . . . γρίφων, sed etiamsi vocabuli compositi caudam fortasse recuperaverim, priorem partem non mihi contigit restituere.

Ibid. p. 714 E. Bacchus ebriis ferulam tradidit, κουφότατον βέλος, ὅπως ἐπεὶ τάχις α καίουσιν, ἤκιστα βλάπτωσι. Convenientius erit: τὰ μάλις α.

Ibid. p. 715 E. Paulo certius est quod de hoc loco potero proferre. Hodie ita editur: τὸν Αἰσχύλον ἰσοροῦσι τὰς τραγωδίας ἐμπίνοντα ποιεῖν, καὶ οὐχ, ὡς Γοργίας εἶπεν, ἐν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μεσὸν Ἄρεος εἶναι τοὺς Ἔπτ' ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου. Facile intelligimus respici Aristophanis locum in Ranis vs. 1021; sed quo pertinet Gorgiae mentio? Rogat Herwerdenus utrum γοργῶς an γαυριάσας an forte δι' ὀργῆς vera scriptura sit. Simplicior ratio est Bernardacis, qui verum esse suspicatur: ὥσπερ τις εἶπεν. Nihil horum sufficit. Dederat Plutarchus, uti arbitror, ὡς μεγαληγορήσας εἶπεν. Librarius sibi videre visus

est non ΜΕΓΑΛΗΓΟΡΗΣΑΣ, sed ΜΕΓΑΛΗΓΟΡΓΙΣΑΣ, unde sex literulis resectis exsculpsit Gorgiae nomen.

Ibid. p. 730 B: οὐδὲ ὅσα γαλῆ καὶ μυῖα κατοικιδίῳ μικρολόγως ἐγκαλοῦμεν, ἔχοι τις ἂν αἰτιάσασθαι τὸν μέγιστον ἰχθύν. Vix oculis meis fidem habeo; apud Aristophanem me legere memini: οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ, νονι τοὺς κατοικιδίους μῦς, veluti statim apud Plutarchum p. 733 C. Tamen hucusque nemo fuit qui reponeret: γαλῆ καὶ μυῖ. Idem fortasse remanet vitium p. 728 A: μόνα τῶν συνοίκων μυῖα καὶ χελιδῶν οὐχ ἡμεροῦται πρὸς ἄνθρωπον οὐδ' ἀνέχεται φαῦσιν οὐδ' ὀμιλίαν οὐδὲ κοινωνίαν ἔργου τινὸς ἢ παιδιᾶς. Rem non praesto, sed quod continuo sequitur τὴν μυῖαν φοβεῖσθαι τῷ πάσχειν κακῶς καὶ διασοβεῖσθαι πολλάκις, id verius de mure dicitur quam de musca. De fele Hahnii satisfaciet. Eandem confusionem notavit Reitzius ad Lucian. Somn. s. Gall. 24.

Ibid. p. 733 F. De hoc loco quanta maxima cura potui disputavi in *Mnem.* 1888 p. 105. Intelligitur θαλάττιος ἔχθινος, qui est et dicitur esculentus.

Amator p. 754 F: τῶν οὖν Φίλων τοὺς μάλιςα τοῖς βίοις νεαροὺς καὶ συνερῶντας αὐτῇ — μεταπεμφαμένη καὶ συγκροτήσασα. Tacet Bernardaces nec sane amplectar Wyttenbachii coniecturam *συνεαρίζοντας*. Verum ante pedes est: nempe *συνεργοῦντας*, cf. p. 769 D.

Ibid. p. 755 D: οἶει γὰρ ἀρπαγὴν, ἔφη, γεγονέναι καὶ βιασμόν, οὐκ ἀπολόγημα καὶ στρατήγημα τοῦ νεανίσκου νοῦν ἔχοντος; Praestare credo: ἀποτόλμημα.

Amator. Narrat. p. 772 E. Phido Argivorum tyrannus, ut Corinthios in suam potestatem redigeret, illinc mille satellites arcessiverat, quos cum e medio tollere vellet, fuit ex amicis qui fraudem indicavit: καὶ οὕτως οἱ Φλιάσιοι πρὸ τῆς ἐπιθέσεως εἰς τὴν Κόρινθον ἐσώθησαν. Nusquam pertinet Phliasiorum mentio itaque Amyotus Amyotumque secutus Meziriacus reposuerunt *χιλίους*: recte ad sententiam; quod si autem literarum

ductibus insistere debeamus, elegantius corrigemus: οὕτως ἀσπάσιοι. Sed non est operae pretium Amatoriis illis Narrationibus multum studii impendere, nam ineptum opusculum est nec dignum Plutarcho. Hic autem nescio quomodo venit mihi in mentem elegantissimae emendationis Milleri. Fuerat reperta in insula Cypro inscriptio quam nescio quis ita ediderat:

οὐκ ἄκος ἔσαι δ' ἀσπάριοι, ξένε, χαῖρε προσείπας.

Millerus autem correxit:

οὐ κακός ἐς' Αἴδας· πάριθι, ξένε, χαῖρε προσείπας.

Ad principem inereditum p. 780 A. Sunt ἀνδριάντες, οἱ τὴν ἔξωθεν ἥρωικὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφήν ἔχοντες ἐντός εἰσι γῆς μεσοὶ καὶ λίθου καὶ μολίβδου. Malim ῥύπου. Est nisi fallor Platonis locus qui Plutarcho obversabatur. Cf. Lucian. Somn. s. Gall. 24 et Iov. trag. 8.

Ibid. p. 781 C. Est Δίκη αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης καὶ ὠφελείας σύνοικος. Cum Xylandro malim: ἄφελείας. Vide τὴν Ἀθηνῶν IX p. 48.

Ibid. p. 871 E: πῶς οὗτος οἶεσθε τὸ θέατρον ἐπεφρίκει; Verius esse arbitror: οὗτος πῶς οἶεσθε. De ea locutione interpretes egerunt ad Aristoph. Acharn. 12 et Blaydesius nubem exemplorum congressit.

An seni resp. gerenda sit p. 784 A: ἐφορῶντα καλαμητρίδας καὶ θερισιάς. De forma καλαμητρίδας quam Coraes Plutarcho reddidit, conferri poterit Lobeckius ad Phrynichum p. 256, sed praeterea malim θερισρίας, quod vocabulum ex Aristophane enotavit Poll. VII. 150.

Ibid. p. 784 B: τῶν ἔτι χρόνον ἐχόντων μεταδιδασθῆναι καὶ μεταμαθεῖν μάθημα διὰ πολλῶν ἀγώνων καὶ πραγμάτων μόλις ἐκπονούμενον. Verbum μεταμαθεῖν usurpatum est, quomodo solet; etenim quarto casu adsciscit id quod quis *addidicit*. Apud Aeschinem Ctesiph. § 157 plane contra est; significat enim *dediscere*: πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ὄψι μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν. Hunc locum Chariton bis imitatus est,

p. 431. 4: πρὸς τοῦνομα τοῦ κυρίου πηγὴν ἀφῆκε δακρύων κάτω κύψασα ὄψε μεταμανθάνουσα τὴν ἐλευθερίαν et p. 454. 28: καὶ οὗτοι μὲν ἦσαν ἐν τοιαύταις συμφοραῖς ὄψε μεταμανθάνοντες τὴν ἐλευθερίαν. Cobetus in *Mnem.* 1857 p. 279 ad illum peculiarem usum non videtur attendisse.

Ibid. p. 785 B. Sophocles in illa celeberrima causa recitavit coram iudicibus τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῶ πάροδον· adeo senectus eum non fregerat; quin et fertur ἐπιγραμματίον in Herodoti honorem:

Ἵλιδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὧν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα.

Annus erat 441, quo anno Sophocles erat praetor bello Samio; sed non admodum memorabile est poetam aetatis anno quinquagesimo quinto, vel si id mavis sexto, odarium composuisse, quum adeo non esset decrepitus senex ut etiam ad bellum proficisceretur. Aut inconsiderate Plutarchus scripsit, aut vitium subest.

Ibid. p. 785 D. Hic quantum memini, unicus locus est, ubi mulier περίζωμα habet. Sed copa erat.

Ibid. p. 787 A: ἔσι δὲ καὶ δόξης καὶ φλογός οὐ χαλεπὴ σωτηρία. Imo: ὡς φλογός.

Ibid. p. 791 C. Huc fere perveneram in Plutarcho relegendo, quo tempore *Museum Groninganium* in meas manus pervenit, in quo VII p. 1 clarissimus collega Speyer retulit de *Syntaxi Comparata Delbruckii*. Cum alia in spisso libro laudantur, tum: „de begrenzing van de stof tot de teksten, waarmede de auteur vertrouwd is, de(n) Vedische(n) en den *Homerustekst*.” Ipse Speyerus hoc vix serio scribere potuit: quid enim narrat sequenti pagina? „Op bldz. 472 vertaalt D. de plaats Σ 499: ὁ μὲν εὔχετο πάντ' ἀποδοῦναι . . . ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἐλέσθαι aldus: der eine berühmte sich (versprach) alles geben zu wollen, der andere weigerte sich, irgend etwas anzunehmen.” Di vostram fidem! Delbruckius mea non leget, quemadmodum ego non curabo legere *Syntaxin Comparatam*, nam unum γεῦμα abunde

sufficit et admirari possum felix ingenium eorum qui ubique habitare consueverunt, ipse autem mea mediocritate contentus, mihi plaudo dum unum sermonem paulo diligentius studeo pernoscere. Libet autem duos locos Plutarchi adscribere, quo melius appareat quid de aoristorum infinitivis censendum sit. Alter locus est quem supra indicabam: πολιτεύεσθαι καθῆκόν ἐστιν οὐ πεπολιτεῦσθαι, καθάπερ ἀληθεύειν οὐκ ἀληθεῦσαι· καὶ δικαιοπραγεῖν οὐ δικαιοπραγήσαι καὶ Φιλεῖν οὐ Φιλήσαι τὴν πατρίδα. Alter legitur p. 816 A: οἱ τὸ συσρατεύσασθαι καὶ συνεΦηβεῦσαι Φιλίας ἀρχὴν τιθέμενοι, τὸ δὲ συσρατηγεῖν καὶ συνάρχειν ἔχθρας αἰτίαν λαμβάνοντες, ἐν τῶν τριῶν κακῶν οὐ διαπεφεύγασιν.

Ibid. p. 793 A: ὅπως μὴδὲν ἀπρεπὲς μὴδὲ βαρὺ τῷ γήρῳ προσάξομεν ἀγώνισμα. Magis placet: προστάξομεν.

Præc. gerendæ reip. p. 799 A. De C. Graccho ita legimus: οὐχ εὖρε καταθῆσθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ διὰ μέγεθος ἀλλὰ παραπώλετο. Dicendum hoc fuit: παραπώλετο.

Ibid. p. 799 B: οἶνος ἐν ἀρχῇ μὲν ὑπὸ τῶν ἡθῶν κρατεῖται τοῦ πίνοντος, ἡσυχῇ δὲ διαθάλπων καὶ κατακεραυνύμενος αὐτὸς ἡθοποιεῖ τὸν πίνοντα. Fortasse magis placere debet κατασκεδαννύμενος, sed nihil affirmo.

Ibid. p. 799 D. Supra ad pag. 672 C dixi me plurimum mirari quomodo Plutarchus itemque alii haud pauci praesenti tempore scribere potuerint de re iamdudum vetustate obsoleta. Narrat Plutarchus de Iudaeorum pontifice maximo nec tamen ignorare potuit, captis Hierosolymis, postquam templum arserit, non superesse pontificem, qui collem scanderet et intraret sanctum sanctorum. Eadem de causa memorabilis locus est, ad quem iam pervenimus. Atheniensibus, quorum ingenia descripsit, opponit Carthaginenses: ἕτερον ἦθος τοῦ Καρχηδονίῳ δήμου, πικρόν, σκυθρωπόν, ὑπήκοον τοῖς ἄρχουσι, βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις et caetera. Si praeterea nihil Plutarchi esset reliquum, sic firmiter nobis persuaderemus aequalem eum fuisse Hannibalis, nec facile fidem haberemus, si quis docere vellet eum vixisse tribus saeculis post. Nobis fortasse res tanti non est, nam in

clara luce nullum est caecutiendi periculum, sed Theologis utilis est observatio, nam simili argumento confisi fuerunt olim qui serio crederent Epistolam ad Hebraeos nondum eversis Hierosolymis fuisse compositam; verum iamdudum coeperunt sanius iudicare.

Ibid. p. 800 F. Lepida est historiola de Livio Druso: Λιούσιος Δροῦσος ὁ δημαγωγὸς εὐδοκίμησεν ὅτι, τῆς οἰκίας αὐτοῦ πολλὰ μέρη κάτοπτα τοῖς γειτνιῶσιν ἐχούσης καὶ τεχνιτῶν τινος ὑπισχνουμένου ταῦτ' ἀποσρέφειν καὶ μεταθήσειν ἀπὸ πέντε μόνων ταλάων, δέκα, ἔφη, λαβὼν ὅλην μου ποιήσον καταφανῆ τὴν οἰκίαν, ἵνα πάντες ὀρῶσιν οἱ πολῖται πῶς διαιτῶμαι. Ingens pretium est, ut rotundis numeris contenti simus, flor. 13500, quo redemptor domus illius vitium corrigere volebat. Sequens aetas gliscente luxuria vidit effrenatam luxuriam; sed tempore Livii Drusi omnia longe erant simpliciora. Quo pretio tunc venalis erat privata domus nec nimis magna neque angusta, sed in qua mediocria omnia? Propter Mostellariam III. 1. 113 dixeris Plauti tempore pretium fuisse talentum circiter duorum, necdum Gracchanis temporibus omnia facta erant cariora. Scribit certe Mommsenus in Historia Romana II p. 382 mediocre domum verosimiliter constitisse sexagenis sestertiis, h. e. florenorum sex millibus. Certe Cornelia Gracchorum mater Miseni villam emit septuagenis quinque sestertiis (= flor. 7500), quae villa postea Lucullo cessit insano pretio vendita. Iamne credemus circa idem tempus redemptorem privatae domus vitium ut corrigeret, postulavisse quinque talenta, h. e. flor. 13500, cum praesertim appareat artifici levem pecuniae summam fuisse visam, nec Livio valde magnam? Ex his tenebris lucem dabit Clemens Alexandrinus, cuius locum Cobetus tractavit ἐν Ἑρμῇ λογίῳ p. 185. Queritur ille de mulierum luxuria: τὸ μὲν σῶμα αὐταῖς εἰ πιπράσκειτο, οὐκ ἂν ποτε χιλίας εὐροὶ Ἀττικᾶς, μίαν δὲ δῆπου ἐσθῆτα μυρίων ταλάωντων ὀνούμεναι σφᾶς αὐτὰς ἀχρησιτέρας καὶ ἀτιμοτέρας τῶν ὑφασμάτων ἐλέγχουσιν. Nulla fuit umquam muliebris vestis decies mille talentum, h. e. flor. 2.700.000. Τί οὖν; Cobetus inquit, Ἐξαλείψομεν τὸ ταλάωντων ἢ οὐ; τὸ μὲν σῶμά, φησιν, οὐκ ἂν ποτε χιλίας εὐροὶ Ἀττικᾶς, μίαν δὲ δῆπου ἐσθῆτα μυρίων ὀνοῦνται. Δραχμῶν δῆπου, τίς γὰρ καὶ τῶν

μετρίως πεπαιδευμένων ἀγνοεῖ ὅτι τοῖς Ἑλλησιν οὕτως ἔθος λέγειν ὠνεῖσθαι τρισχιλίων, χιλίας ὀφλεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα. Res in aprico est itemque apud Plutarchum expungendum est id quod est ταλάωντων, deinde ἀπὸ πέντε μόνων refingendum est ut fiat: ἀπὸ πέντε μνῶν. Hoc redemptionis pretium aliquanto verisimilius: non fuit flor. 13500 sed 225. Architectus ut artem suam commendaret, significavit se tantam rem tam levi dispendio efficere posse. Si unius domus μετάθεσις constitisset quinque talentis, non intelligo quomodo Chaeronenses Φῶτα μεταθέντες καὶ κλίμακας μεταβαλόντες καὶ θύρας τινὰς ἀνοίξαντες τὰς δὲ κλείσαντες totam suam urbem salubriorem reddere potuerint, cf. p. 515 B. Non satis fuisset nummorum in arca. Itidem notabilis locus est p. 843 E: τῶν πάντων συναχθέντων ταλάωντων ἑκατὸν ἐξήκοντα ἢ ὡς τινες μνῶν, ut videas non inauditam fuisse horum vocabulorum confusionem.

Ibid. p. 801 C. Laudatur Menandri versiculus: τρόπος ἔσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος· etenim, inquit, καὶ γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος. Correxit Wilamowitzius: οἶος ὁ τρόπος τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος. Bernardaci satis videtur: οἶος ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος. Etiam simplicius erit: ὡς γὰρ ὁ τρόπος καὶ ὁ λόγος.

Ibid. p. 807 E. Euripidis Pegasus

ἔπηξ' ὑπείκων μᾶλλον εἰ μᾶλλον θέλοι.

Non intelligo. Fortasse legendum:

ἔπηξ' ὑπείκων μᾶλλον ἢ μᾶλλον σθένοι.

Sic demum apparet cur cum Pegaso comparetur Agesilaus περὶ τὰς τῶν Φίλων σπουδὰς αὐτὸς αὐτοῦ γιγνόμενος ἀσθενέστατος καὶ ταπεινότητος. Quo erat potentior, eo se gerebat submissius usque ad vitium.

Ibid. p. 808 B: δεῖ γὰρ οὐκ ἄχρι τοῦ βωμοῦ Φίλον εἶναι, ὡς ποτε Περικλῆς εἶπεν, ἀλλ' ἄχρι παντὸς νόμου καὶ δικαίου. Post Φίλον εἶναι glossema irrepsit: τῷ μὴ συνεπιορκεῖν· vide modo p. 531 D.

Ibid. p. 809 D: προχειρότερον εἰπεῖν ἐκάστω· μισῶ τὸν δεῖνα. Malo: ἐκάστοτε. Sed totus locus considerandus est.

Ibid. p. 810 E. Saepe calumniae recidunt in ipsos auctores, καθάπερ τῶν βελῶν ὅσα πρὸς τὸν βαλόντα φέρεται πάλιν ῥώμη τινὶ δοκεῖ καὶ σερεότητι τοῦ πληγέντος ἀνακρουόμενα τοῦτο πάσχειν. In Australia novimus indigenas tractavisse ac fortasse etiam tractare *bomerangas*, nunc videmus ne in Europa quidem tale telorum genus incognitum fuisse. Fuit etiam nuper qui mihi narraret in Hispania effossam fuisse *bomerangam*, sed, quod doleo, plura mihi indicare non poterat.

Ibid. p. 815 D. Venio ad locum quem expedire non potui, sed operae pretium videtur lectoribus rem proponere considerandam. In *Collectaneis Criticis* p. 519 Cobetus disputavit de p. 604 D: οἱ δὲ πλεῖστοι μηδενὸς ἀναγκάζοντος αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο τοὺς βίους καὶ μετέστησαν οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας, οἱ δ' εἰς Ἀθηνῶν. „In his”, ut Cobetus ait, „duo offendunt τὸ ἀργύριον pro τὴν ἄγκυραν et ἀράμενοι pro ἄραντες. Ἀγκύριον recte dicitur in Charonis *cymba* apud Lucianum, in qua omnia sunt parva et exilia, sed naves maiores, quibus ex Italia Athenas proficiscebantur, ἀγκύρας habebant, non ἀγκύρια. Deinde τὴν ἄγκυραν αἰρεῖν dicitur, ἀνασπᾶν, ἀνιμᾶν, ἀναιρεῖσθαι, ἀνέλκεσθαι, sed αἰρεσθαι τὴν ἄγκυραν nusquam legitur.” Haec postquam Cobetus praemisit, addit se scribere malle αὐτοὶ τὸ ἀκάτιον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο. Speciem hoc habet, nam ludit Plutarchus in decantatis Epicuri verbis: παιδείαν δὲ πᾶσαν, ὧ μακάριε, Φεῦγε τὸ ἀκάτιον ἀράμενος. Eandem locutionem itidem usurpavit p. 15 D et 1094 D; quid autem significet, non dubitatur, nempe plenis velis et navigatione quam velocissima. Levis tantummodo Cobeti error est, qui credidit τὰ ἀκάτια in Graecorum navibus fuisse τὰ μεγάλα ἰσία: plane contra est, τὸ ἀκάτιον velum minus est in anteriore navis parte, quod post Boeckhium de Reb. Naut. p. 127 cum cura ostendit Breusingius p. 68.

Haec igitur, sicuti dixi, speciem habent, sed locus quem indicavi, p. 815 D, est longe difficillimus. Libellus est in quo tradit Plutarchus praecepta gerendae reip. Dum omnia parent Romano imperio, ostendit quomodo se gerere debeat Graecus homo, qui remp. capessiverit. Hic multa utilia praecipuntur, inter quae illud quoque est: qui in Graeca urbe primum locum

tenet, sedulo cavere debet ne quid in urbe turbetur vel provinciae praeses offendatur: quodsi res quaequam gravior inciderit, non debet relinquere causam quam suscepit tuendam, sed intrepide coram ipso adeo Imperatore pugnare pro civium salute et incolumitate: δεῖ γὰρ οὐ ποιεῖν χειμῶνας αὐτὸν ἀλλὰ μὴ προλείπειν ἐπιπεσόντων, οὐδὲ κινεῖν τὴν πόλιν ἐπισφαλῶς, σφαλλομένη δὲ καὶ κινδυνευοῦσα βοηθεῖν, ὥσπερ ἄγκυραν ἱερὰν ἀράμενον ἐξ αὐτοῦ τὴν παρρησίαν ἐπὶ τοῖς μεγίσοις. Deinde sequuntur exempla Pergamenorum qui apud Neronem, Rhodiorum qui apud Domitianum et Thessalorum qui apud Augustum rerum suarum egregium habuerunt patronum, non αὐτὸν τῶν δεινῶν ἔξω τιθέμενον ἀλλὰ πρεσβεύοντα καὶ πλέοντα καὶ λέγοντα causamque civium suam facientem. Novimus satis quae sit ἄγκυρα ἱερά, sed quaeritur quid sit ἄγκυραν αἶρεσθαι, quod sine exemplo dictum est. Ne sit offensio in media verbi forma: locum non magis intelligam. Est quoque tertius locus cuius est intricata ratio: legitur in vita Coriolani c. 32. 1: ἐπανελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων ἀκούσασα ἡ βουλὴ καθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῶ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως ἄρασα τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκε. Hic tandem quid significat αἶρειν? deinde novi quid sit ἄγκυραν καθιέναι, sed quid est ἀφιέναι? Mihi quidem merae tenebrae sunt.

Ibid. p. 829 C: πέφευγε γὰρ ἐξ ἡμῶν καὶ ἡφάνισαι πᾶς μὲν Ἕλλην, πᾶς δὲ βάρβαρος πόλεμος. Melius erit: ἐφ' ἡμῶν.

De vitando aere alieno p. 828 E. Plutarchus memor eorum quae apud Herodotum legerat VII 141 ita scribit: μηδὲ σύ γ' ἰπποσύνας τε μένειν μηδ' ὀχήματα ζευκτὰ κερασφόρα καὶ κατάργυρα. Reiskius coniecit κατὰχρυτα vel καταπόρφυρα, Bernardaces ὀχήματα κερασφόροις ἐζευγμένα suspicatur intelligenda esse, Papabasilus ἐν τῇ Ἀθηνᾶ X 211 reponendum esse existimat σειρασφόροις vel σειράφόροις. Lenius est remedium γερασφόρα. Vide hoc adiectivum apud Pindarum Pyth. II 78. Cf. quoque Bernardaces ad p. 150 F.

Ibid. p. 830 B. Poterit unusquisque vitare aes alienum γράμματα διδάσκων καὶ παιδαγωγῶν καὶ θυρωρῶν, πλέων, παραπλέων· οὐδὲν ἐστὶ τούτων αἴσχιον οὐδὲ δυσχερέστερον τοῦ ἀκούσαι

ΑΠΟΔΟΣ. Nihil potest esse facilius intellectu, sed quodnam latet servile ministerium sub illo πλέων παραπλέων? Hic locus diu me torsit; nihil melius invenire potui quam: ἐγχείων παραχείων. Ἐγχείων, vinum scilicet; παραχείων autem aquam. Vide Platonem Comicum p. 736 Mk.

De Herodoti Malignitate p. 855 D. Qui libenter omnia vilipendit ἔοικεν εἰς τὴν τραγικὴν ἐμπίπτειν κατάραν θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς. Excidit quod additum reperies p. 520 B: (ὄλοιο) θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς.

Ibid. p. 856 D: τὸ κακόηθες εἰς πίσιν ὧν ψέγει προσαποτίθεται τὸν ἔπαινον. Correxerit Herwerdenus προσεπιτίθεται vel προστίθεται, Abreschius προυποτίθεται. Mihi placet: προσπαράτίθεται.

Ibid. p. 858 B. Magna reportata victoria Pittacus ἀκοντίσας τὸ δόρυ, τοῦτο μόνον τὸ χωρίον ἤξιωσεν ὅσον ἐπέσχευεν ἢ αἰχμῆ. Fieri potest ut Reiskius vere correxerit τοσοῦτο μόνον χωρίον, sed praeterea requiritur ἤτησεν.

Ibid. p. 859 A. Herodotus I 157 de Persa quodam retulerat, qui a Cyro defecerat: hunc Mytilenaei prodere pararunt ἐπὶ μισθῷ ὅσω δὴ· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως. Exclamat Plutarchus indignabundus: εὖ τὸ μὴ διαβεβαιουῦσθαι πόσος ἦν ὁ μισθός, τηλικούτο δ' Ἑλληνίδι πόλει προσβαλεῖν ὄνειδος, ὡς δὴ σαφῶς εἶδόντα. Emenda: Φεῦ τὸ μὴ διαβεβαιουῦσθαι. Similiter Cobetus in *Collectaneis* p. 515 correxit p. 507 F Φεῦ τοῦ τάχους· edebatur enim εὖ τοῦ τάχους.

Ibid. p. 863 E. De Argivis legimus: οὐ συναράμενοι τοῖς Ἑλλησιν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἡγεμονίαν καὶ τῆς ἀρετῆς Λακεδαιμονίοις ἐκάντες, κατήσχυαν τὸν Ἡρακλέα. Praefero τῆς ἀρχῆς, sed vel sic tamen locus nondum perpuratus est.

Ibid. p. 870 B: ἀλλ' ὁ μὲν ἔψευσαι, λόγος ἡμῖν οὐδεὶς· ἃ δὲ τ... ψεῦσαι μόνον ἐξετάζομεν. Supplevit Turnebus: ἃ δὲ γε κατέψευσαι, Cobetus: ἃ δὲ τῶν Κορινθίων καὶ τῶν Θηβαίων κα-

τέψευσαι, Herwerdenus: ἂ δὲ τινῶν κατέψευσαι, Bernardaces autem in *Symbolis* p. 126: ἀλλ' ὅσα μὲν ἔψευσαι — ἂ δὲ τῶν Ἑλλήνων κατέψευσαι. Nihil horum mihi admodum placet, nam in bimembri sententia incommoda est verbi ψεύδεσθαι iteratio; est praeterea in libris lacuna duarum triumve literularum, non plurium: quocirca commendo: ἂ δὲ τερθρεύεται μόνον ἐξετάζομεν. Hoc verbum Plutarchus habet p. 43 A.

Quaest. Natur. p. 911 E: ἡ κοιλία γίγνεται ὕδατος εἰς τέφραν ἐμπροσθέντος. Participium displicet, sed nihil reperire contigit quod prorsus satisfaciatur. Num forte ἐμπροσθέντος?

Ibid. p. 913 C: πολλοὶ δὲ καὶ κηρίνοις ἀγγείοις ἀναλαμβάνουσιν ἐκ τῆς θαλάττης ὕδωρ γλυκὺ διηθούμενον, ἀποκρινομένου τοῦ ἀλυκοῦ καὶ γεώδους. Hic quaero quaenam κήρινα ἀγγεῖα intelligenda sint. Interpres respondet cerea vasa esse, sed vasa ex cera numquam fuerunt nisi in apiario et, si vel maxime fuissent, certe non perpluerent vel ad percolandum utilia forent. Etiam hinc apparet nihil profici etiamsi cerata vasa velimus intelligere. Constat, credo, de corruptela: iam, quid latet? Non fuerunt vasa ex argilla, nam sequitur: ἡ δὲ δι' ἀργίλου προδιαγωγῆ παντάπασιν τὴν θάλατταν διηθουμένην πότιμον ἀποδίδωσι. Solum restat de *ligneis* vasis mentionem factam fuisse. Secundum Athenaeum XI p. 500 A σκύφος erat ἀγγεῖον ξύλινον τρογγύλον, ὕπερον δὲ κατὰ μίμησιν εἰργάσαντο κεραμέους τε καὶ ἀργυροῦς σκύφους. Materies plerumque fagus erat. Tibull. I. 10. 8:

Divitis hoc vitium est auri, nec bella fuerunt,

Faginus astabat cum scyphus ante dapes.

item I. 1. 39:

Fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis

Pocula, de facili composuitque luto.

Et quis ignorat Ovidianum illud?

Sistitur argilla crater; fabricataque fago

Pocula qua cava sunt, flaventibus illita ceris.

Nam cera illinebantur, quod item Theocritus monstrabit I 27:

καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον (?) ἀδέϊ καρῶ.

Uti plerique autumabant, κισσύβιον ex hedera erat indeque nomen habebat: de etymologia nihil affirmo, sed norant certe

veteres κίσσινα ποτήρια. Euripidis fragmentum est apud Athen. XI p. 477 A:

πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεώς,
ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος,
πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος.

Item Cycl. 389:

σκύφος τε κισσοῦ παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν
πήχεων,

quae poetica licentia est, nam tale certe vas ex hedera numquam fuit. Alia colligere perfacile est, sed satis evicisse mihi videor apud Plutarchum reponendum esse κισσίνοις ἀγγείοις. Id aliquando investigare debebunt harum rerum curiosi possitne aqua per hoc lignum ita percolari, ut cum reliquis sordibus sal quoque remaneat. Est cur dubitem. Scribit tamen Cato de r. r. 111: si voles scire, in vinum aqua addita sit, necne, vasculum facito de materia hederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit; nam non continet vinum vas hederaceum.

De facie in orbe Lunae p. 922 F: τοῦτ' ἐκεῖνο ἐφ' ἡμᾶς πάλιν ἀφίκται τὸ περιεκτον ἐκ τῆς Ἀκαδημείας. Conferendum est id quod legitur in Comp. Lys. et Syllae 3: τοῦτὶ τὸ περιεκτον οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες· quod Cobetus *Mnem.* 1856 p. 203 correxit: τὸ περιβόητον id etiam priore loco restituendum censeo.

Ibid. p. 924 C: τοῦτο γὰρ ἐστὶ τᾶν κατὰ καὶ πάντα τραπέντα πάλιν εἶναι. Quod correxeram τραπέμπαλιν, sero veni, nam emendare occupavit Bernardaces. Itidem p. 936 D: ὄρα τὰ τῆς εἰκότος ὡς ἄνω ποταμῶν καὶ τραπὲν πάλιν λαμβάνουσιν, Meinekius correxit τραπέμπαλιν. Restat p. 1059 D: Χρῦσιππον οὐκ ἀπὸ τύχης ἀλλ' ἐκ προνοίας ἢ φύσις ἤνεγκεν, ἄνω τὰ κατὰ καὶ τοῦμπαλιν ἀνατρέψαι δεομένη τὸν βίον, vide an non praestet τραπέμπαλιν. Itidem p. 1071 C: οἱ τριπέμπελοι βιαζόμενοι μὴ τὸ τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν τοῦ σοχάζεσθαι τῶν κατὰ φύσιν εἶναι τέλος, ἀλλὰ τοῦ λαμβάνειν τὸ ἐκλέγεσθαι. Secundum Hemsterhusium οἱ τριπέμπελοι admodum decrepiti sunt et convenienter vertit Wytttenbachius: plusquam

deliri isti contententes, cet. Equidem hic quoque fidenter corrigam: οἱ τραπέμπαλιν βιαζόμενοι. Latine *perverse* dicitur, quod existimari potest ex Suet. Galb. 18: observatum est Kalendis Ianuariis in senatu curulem *perverse* collocatum. Scribit Photius *τραπέμπαλιν· ἐπαρίτερα* (sic enim scribi debuerat, non ἐπ' ἀριστερά), ὑπεναντίως· οὕτως Φερεκράτης. Dindorfius reddidit Dioni Cassio XLII. 40: τὸν σέφανόν τις τραπέμπαλιν αὐτῷ ἐπέθηκε, nam in libris est *τραπέμπαλιν*, qui locus imprimis utilis esse poterit iis qui etiamnum de primitiva vocabuli potestate dubitant. Postremus omnium qui *τραπέμπαλιν* usurpavit, Ruhnkenius fuit in Epistula ad Cobetum *Mnem.* 1877 p. 120.

Ibid. p. 937 A. Legitur ἥλιον, reposuit Turnebus quod sententia flagitat *ὀφθαλμόν*. Scilicet sunt harum vocum peculiaris signa hieroglyphica, quae facili opera potuerunt confundi. Quodnam sit signum quo sol indicatur, in vulgus notum est et copiose dixit Cobetus in Praefatione *Variarum Lectionum*. Quo compendiolo *ὀφθαλμός* scribatur, ostendet Gardhausenus p. 259. Formas videbis non multum dissimiles.

De primo frigore p. 253 C: ἰχθύς μὲν γὰρ ἰσορεῖ θεόφρασος ὑπὸ βίγους πεπηγότας, ἂν ἀφεθῶσιν εἰς τὴν γῆν, κατὰγνυσθαι καὶ συντριβεσθαι δίκην ὑελῶν ἢ κεραμεῶν σωμάτων. Verior scriptura erit *ἐκπωμάτων*.

Aquane an ignis sit utilior p. 957 C: οὐδεμίαν αἰτίαν εὔροι τις ἂν, δι' ἣν ἄγονοι πέτραι καὶ τὰ κατεσκληκότα τῶν ὀρῶν πᾶσιν ἢ ὅτι πυρὸς οὐδ' ὄλως ἢ ὀλίγον μετέσχηκε. Quaerit Bernardaces sitne pro πᾶσιν corrigendum *πάρεσιν* an *πάρεσιν*. Contradicit Papabasilus ἐν τῇ Ἀθηναῖ X p. 219 et commendat *περίεσιν*. Mihi lenior placet coniectura: πλὴν ἢ ὅτι. Corruptela orta ex usu uncialium literarum.

De Sollertia Animalium p. 959 E: ἐν Ἀθήναις πρῶτός τις ὑπὸ τῶν τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανῶν ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος. Reiskio Ἐπιτήδειος nomen proprium visum fuit; sed merito nemo eum sequitur. Incommodam sen-

tentiam in integrum restitues leni correctione ἀποθανεῖν, eodem modo quo mox recte dictum est: σὺς αἰτίαν ἔσχε προκειμένων ἱερῶν γευσάμενος ἐπιτήδειος ἀποθανεῖν. Hiatus horror fecit ut Plutarchus naturalem verborum ordinem inverteret; sic enim solet; ne longe abeam, p. 970 B: καθάπερ ἀθλητῆ σίτησιν ὑπὸ γήρωσ ἀπειρηκότι ψηφισάμενος. Conferri quoque poterit p. 998 B.

Ibid. p. 963 B: οὐ διὰ τοῦτο τυφλὸς οὐδ' ἀδύνατος οὐδ' ἄωτος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν. Commonstrare hic locus poterit quid verum esse existimem p. 947 A: τυφλῶν καὶ γυμνῶν καὶ ἀνόπλων οὐκ αἰσθησίς ἐστιν, nam minime dubito quin reponendum sit ἀώτων· id magis ambigitur quid sub illo γυμνῶν lateat. Apud Flaviū Iosephum IV § 276 edidi: ὁμοίως μὴδὲ βλασφημεῖτω τις τὸν ἄωτον καὶ τὸν ἐνεόν, cum in codicibus sit ἀπόντα et ἄοπτον. Pariter apud Plutarchum fortasse corrigendum: τυφλῶν καὶ ἐνεῶν καὶ ἀώτων. Ceterum notabile est Vol. VII p. 180. 9 Bern. κωφοὶ καὶ βωβοί.

Ibid. p. 971 D: κατὰ μικρὸν ἐξανιστάμεναι, μέχρι ἂν οὕτως ἀλίσκομένων δόξαν ἐνδιδούσαι, μακρὰν ἀποσπάσῃ τῶν νεοτῶν. Scripserim: ὅσον οὕπω ἀλωσομένων, sed fortasse hiatus obstat.

Ibid. p. 985 A: πεντηκόντορον ἔχων, ὡς Φασί, ληστῶν ἄνδρας ἄγουσαν. Commendat Bernardaces: ληστῶν πεντήκοντα, nec repugno; sed qui sunt ληστῶν ἄνδρες? Corrigam: ληστῶν πεντήκοντα γέμουσαν.

Bruta ratione uti p. 987 D: bestia ἀνθίσταται τῷ κτείνοντι καὶ πηδᾷ καὶ ἀγανακτεῖ, μέχρι ἂν ὥσπερ πῦρ ἐγκατασβεσθῆ παντάπασι καὶ ἀπόληται. Hic quid requiram, ostendam initio sumto a Timaeo: ἀκταίνειν· γαυριᾶν καὶ ἀτάκτως πηδᾶν, de qua glossula est perdocta Ruhnkenii adnotatio. Rarissimum verbum est, cuius sunt duae formae ἀκταίνειν et ἀκταίνουν, quarum haec activam, illa fere neutram significationem habet. Scribit Phrynichus apud Bekkerum in *Anecd.* p. 23. 7: ἀκταίνῶσαι· σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι καὶ ἐπᾶραι καὶ μετεωρίσαι, deinde omis-

sis quibusdam quae nihil ad nos: *Λίσχυλος οὐκέτ' ἀκταίνω Φησί, βαρυτόως, οἶον οὐκέτι ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτήν. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι ὡς ἀπὸ περισπωμένου.* In Phaedone locum frustra quaeres, ubi hoc verbum reponi possit, quamobrem Meinekius Platonem Comicum intellexit et correxit: *ἐν τῷ Φάωνι.* Aeschyli fragmentum apud Nauckium est 454 et praeterea in Etym. magno p. 54. 37: *ἀκταῖνον μένος* ex nescio quo poeta affertur. Legitur praeterea in Eumen. 36: *ὡς μήτε σωκεῖν μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν.* Itidem e Phrynicho est quod invenitur in sexto Bekkeri lexico p. 373. 18: *Ἀκταινώσαι· ἀντὶ τοῦ ὑψῶσαι καὶ ἐξᾶραι καὶ μετεωρίσαι,* sed non opus est omnes grammaticorum locos describere, nec magis omnia compilabo quae ex Ruhnkenio et Henrico Stephano nullo negotio derivari possunt. Hesychium secuti Batavi editores verbum reddiderunt Homero ψ 3: *γούνατα δ' ἐρρώσαντο, πόδες δ' ὑπὸ ἡκταίνοντο* pro vulgata lectione *ὑπερικταίνοντο.* Plato semel vocabulo usus est, nempe Legg. II p. 672 C: *ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκίαν Φρόνησιν, πᾶν μαίνεται τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχις α, ἀτάκτως αὐτὸ πηδᾷ.* Quod in oculos incurrit, corruptus locus est et de ipso adeo vocabulo *ἀκταινώσῃ* merito dubitatur, sitne hoc legendum an magis *ἀκταίνῃ*, quo ducit vetus scriptura *ἀποκτείνῃ.* Illud paulo fidentius affirmaverim eo loco a quo hanc disputationem exorsi sumus, Plutarchum Platonis non immemorem fuisse et dedisse non *πηδᾷ καὶ ἀγανακτεῖ*, quae verba nunc quidem incommoda ratione coniunguntur, sed *πηδᾷ καὶ ἀκταίνει.*

De Esu Carnium p. 995 A: *οὐ τραχύτης ὀδόντος πρόσεσιν, οὐ κοιλίας εὐτονία καὶ πνεύματος θερμότης τρέψαι καὶ κατεργάσασθαι δυνατὴ τὸ βαρὺ καὶ κρεῶδες.* Quod impense miror, reiicit Bernardaces quod Cobetus acute correxerat *πέψαι.* Sed praeterea malo: *τὸ βαρὺ καὶ νοσῶδες.* Vide modo p. 995 C: *δεινὰς βαρύτητας ἐμποιεῖ καὶ νοσῶδεις* et p. 998 C: *νόσους καὶ βαρύτητας ἐμποιεῖν.*

De Communibus Notitiis p. 1059 A: *πρὸς μικρὰ καὶ μετ' αἰδοῦς τὰ παρ' ἐμοῦ λεχθέντα σεμνῶς ἠτιάσαντο.* Praefero: *ἠναντιώσαντο.*

Ibid. p. 1059 D: οἱ πηλὸν ἢ κονιορτὸν ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντες τὸν ἀπτόμενον αὐτῶν καὶ προσαναχρωννύμενον οὐ κινεῖν ἀλλὰ προσβάλλειν τὸ τραχῦνον δοκοῦσιν. Longe praestat: κονίειν. Athletae se pulvere aspergebant: res nota est.

Ibid. p. 1068 B: διψῶντες οὖν ὕδατος οὐκ ἔχουσι χρεῖαν οὐδ' ἄρτου πεινῶντες,

ἔσε ξένοισι μειλίχοις εἰκότες

σέγης τε μῶνον καὶ πυρὸς κεχρημένοις.

Sunt duo senarii nescio unde desumpti et facillima verba sunt praeter illud ἔσε, quod in Plutarchi textu incommode additum est, nec valde commode apud ipsum poetam. Quid latet? Credo: ἀσυξένοισι, de quo vocabula complura conguessit Ruhukenius ad Tim. p. 57. Dicitur ἀσύξενος proprie ὁ μὴ ἔχων ἐν τοῖς πολιταῖς οἰκίαν ἰδίαν, sed postea inter δορυξένους, ἰδιοξένους et ἀσυξένους non distinguitur. Argumentum attigi in Prolegomenis ad Photium p. 74. Ipsius Aristophanis Byzantii doctrina per Aelium Dionysium et Pausaniam ad nos propagata fuit.

Ibid. p. 1067 D: οἱ κατὰ τὰς ἐννοίας φιλοσοφοῦντες. Plane contrarium requiritur: παρὰ τὰς ἐννοίας. Vide p. 1068 D, 1071 A et ubi non in vicinia.

Ibid. p. 1068 D: ἀλλ' οὐκ ὠφελοῦνται τούτων τυγχάνοντες οὐδ' εὖ πάσχουσιν οὐδ' εὐεργέτας ἔχουσιν οὐδ' (ἄρα) εὐεργετῶν ἀμελοῦσιν. Sentis quid exciderit. Similiter p. 1069 A scripserim: ἐλήρει δ' (ἄρα) Ἀριστοτέλης.

Ibid. p. 1068 E: τὸ μὲν ὠφελεῖν καὶ ὠφελεῖσθαι σοφῶν ἐστὶ, χάριτος δὲ καὶ φαῦλοι τυγχάνουσιν. Supple: (μόνων) σοφῶν.

Non posse suaviter vivi sec. Epic. p. 1088 F: τὸ μνημονευόμενον αὐτῆς (scil. τῆς ψυχῆς) ἀμαυρόν ἐστι καὶ κνισῶδες. Non intelligo. An σκιῶδες corrigendum?

Ibid. p. 1097 D. Euripidis versiculi sunt:

καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου

πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνας δεδευμένα.

Displicet κροτητὰ et correxi ἀκροφητὰ *Mnem.* 1882 p. 288.

Ibid. p. 1098 B. Post Metrodori nuptias verba sunt matris vel sororis: ἡδέως τε βεβιωκέναι καὶ βρυάζειν καὶ καθυμνεῖν τὸν ἑαυτῶν βίον. Festo die peracto, non scripserunt ἡδέως βεβιωκέναι, sed βεβρωκέναι. Ceterum βρυάζειν Epicureum verbum est, cf. 1107 A, 1117 A et Madv. ad p. 1090 A.

Ibid. p. 1100 A: Καλλικρατίδας ἔλεγε τὸν Κόνωνα μοιχεύειν τὴν θάλασσαν. Ita Plutarchus, sed quid ipse Xenophon dederit in Hellen. I 5.20, quaerere institui *Mnem.* 1894 p. 102.

Ibid. p. 1104 D. Sine sensu editur: οἱ δ' Αἰακοὶ καὶ Ἀσκάλαφοι καὶ Ἀχέροντες οὐ πάνυ διαταράττουσιν. Coniicio: ἀσφύδελοι.

Ibid. p. 1104 F: τὸ παρὸν ὡς μικρὸν, μᾶλλον δὲ μὴδ' ὀτιοῦν πρὸς τὸ σύμπαντα ἀτιμάσαντες. Haec librorum scriptura est, quam Duebnerus correxit πρὸς τὰ σύμπαντα, Wytttenbachius πρὸς τὸν σύμπαντα αἰῶνα, in qua scriptura duplex hiatus molestus est. Arridet πρὸς τὸν σύμπαντα χρόνον. Compendiolum est eius quod est χρόνος et tale compendium haud semel omissum fuit librariorum incuria.

Adversus Coloten p. 1107 E. Coloten Epicurus ὑποκοριζόμενος solebat appellare Κωλωτάραν καὶ Κωλωτάριον. Non nota mihi est haec deminutivi forma: praestare dixerim Κωλωτίδιον καὶ Κωλωτάριον, quod forte scriptum fuit Κωλωτιαῖον atque sic ulterius corruptum fuit.

Ibid. p. 1123 F: ποῖαν δ' οὐκ ἄνω καὶ κάτω ποιεῖ συγκατάθεσιν καὶ κρίσιν; Malo ἄνω κάτω. Occasione data repetere iuvat quae olim disputavi in angulo quodam, ad quem paucissimis aditus erit. Sumam initium a verbis Dobraei in *Adversariis* I p. 373: ἄνω καὶ κάτω cum copula potius est *up and down*, *backwards and forward*; sine copula *upside down*, *topsy turvy*, *at sixes and sevens*; tum laudat Bakium ad Cleomedem p. 381. In locutione ἄνω καὶ κάτω copulam haud raro librariis deberi constat ex iis locis, in quibus optimi libri ea carent et ἄνω

κάτω habent, cum deteriores eam repraesentant. Fuit Graecis usitatum dicere ἄνω κάτω εἶναι, τρέχειν, μεταβάλλειν cet.: efficitur hoc tum aliunde tum comicorum testimoniis. Anonymi est versiculus apud Ammonium:

ὡς τοῦτο δ' εἶδεν, εὐθύς ἦν ἄνω κάτω.

Apud Menandrum quater invenio, primum eo loco quem Terentius vertit in Eunuchis 2. 2. 47: ne *sursum deorsum* cursites: quocum cf. Petronius c. 58 et 63. Tum eo loco quem Plutarchus affert de Tranq. p. 466 B: οὐδὲ σρεφομένους ἄνω κάτω. Deinde apud Stobaeum Flor. 44. 3:

οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν
ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'· εἰ δὲ μὴ, τᾶνω κάτω
ἡμῶν ὁ βίος λήσει μετασραφεῖς ὄλος.

Denique apud Schol. Plat. p. 359:

τὸ λεγόμενον

τοῦτ' ἐστὶ νῦν τᾶνω κάτω, τὰ κάτω δ' ἄνω,

nam sic locus a Cobeto emendatur in *Mnem.* 1885 p. 128.

Ἄνω καὶ κάτω copula addita bene Graecum est, sed non prorsus idem significat. Absurdum sane foret mutare velle Theophr. *Charact.* XI: ἐλλέβορον πῶν ἄνω καὶ κάτω ἐκαθάρθην. Vel *Antiphanis* locum apud Athen. X p. 444 B:

ἂν σκοπῇ τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια
τὰς φλέβας θ' ὅποι φέρονται τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω
τεταμέναις, δι' ὧν ὁ θνητὸς πᾶς κυβερνᾶται βίος.

Nec copula peculiari significatione caret apud *Xenarchum*, quem locum *Athenaeus* habet VI p. 225 C:

οἱ μὲν ποιηταὶ λῆρός εἰσιν· οὐδὲ ἔν
καινὸν γὰρ εὐρίσκουσιν, ἀλλὰ μεταφέρει
ἕκαστος αὐτῶν ταῦτ' ἄνω τε καὶ κάτω.

Vel apud *Aristophanem* *Nub.* 616:

ὑμᾶς δ' οὐκ ἄγειν τὰς ἡμέρας
οὐδὲν ὀρθῶς ἀλλ' ἄνω τε καὶ κάτω κυδοιδοπᾶν.

Recte quoque in *Pac.* 1180:

τοὺς μὲν ἐγγράφοντες ἡμῶν, τοὺς δ' ἄνω τε καὶ κάτω
ἐξαλείφοντες δις ἢ τρίς.

Et in *Eqq.* 862:

ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
αἰροῦσι.

Ne in Acharnensibus quidem copula sine idonea causa additur:

*οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κἄνω καὶ κάτω
τὸ σχοινίον Φεύγουσι τὸ μεμιλωμένον.*

Significat enim: *οἱ μὲν Φεύγουσιν ἄνω, οἱ δὲ κάτω.* Alibi sine copula: Av. 3:

τί ὦ πονήρ' ἄνω κάτω πλανύττομεν;

Et Lysistr. 719:

ποιεῖ μ' ἀθυμεῖν περιπατεῖν τ' ἄνω κάτω.

Uti et apud Alexidem, laudatum a Diogene Laertio III 27:

*εἰς καιρὸν ἤκει, ὡς ἐγωγ' ἀπορουμένη
ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ' ὥσπερ Πλάτων
σοφὸν οὐδὲν εὔρηκ', ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.*

Tragici raro usurpant ἄνω κάτω, quod plebeio sermoni iis nimis affine videbatur. Habent tamen, ut Eurip. Electr. 842:

*ἔρρηξεν ἄρθρα. πᾶν δὲ σῶμ' ἄνω κάτω
ἤσπαιρεν.*

Eur. Bacch. 349:

ἄνω κάτω τε πάντα συγχέας ὁμοῦ.

Sed plerumque vitant speciem proverbii, ut Aesch. Eum. 650:

τὰ δ' ἄλλ' ἄνω τε καὶ κάτω

τρέφων τίθησιν.

Sic Herc. Fur. 953: *ὁ δ' εἶπ' ἄνω τε καὶ κάτω.* Suppl. 689:

ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους. Pirithoi fragmentum 7: *ἄνω τε καὶ κάτω λόγοις ταρασσῶν.* Herodotus semel, nempe III 3, ad quem locum dignus est qui conferatur Wesselingius. In philosophiam intulit Heraclitus, vide modo Diog. Laert. IX 8. Huc respicit notum Epigramma:

Ἡράκλειτος ἐγὼ· τί μ' ἄνω κάτω ἔλκετ' ἄμουσοι;

Adi quoque Cleomedem Meteorol. p. 76 Bk: *ὁδὸς γὰρ ἄνω κάτω, Φησὶν δ' Ἡράκλειτος, δι' ὅλης οὐσίας τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν πεφυκυίας.* Ad hunc locum vide Bakium qui decerpit particulam e notis Ruhnkenii ad Scholiastam Platonis, quas tunc editurus erat. Aliquoties ἄνω καὶ κάτω legitur apud Dionem Cassium; semel, si bene memini, sine copula LXXIX 7: *οὕτω γὰρ που πάντα ἄνω κάτω συνεχύθη.* Hinc suspiceris eam delendam esse XLVI 2: *ἀφ' οὐπερ πρὸς τὴν πολιτείαν προσῆλθεν, ἄνω καὶ κάτω ταραττων διατετέλεκεν,* nam haec ut plurima

alia, efficta videntur ad exemplum Attici cuiusdam scriptoris. Ne recentissimi quidem Graeculi ab ea locutione abstinerunt; vide exemplum in Epistula Imperatoris Byzantini ad grammaticum Sennacherim, qui duobus saeculis vixit ante caput imperii a Turcis expugnatum, apud Cobetum in *Variis Lectionibus* p. 186. Demosthenes saepe sic loquitur, Plato saepissime.

Primum videamus de illo; exscribendus est locus ex priore oratione contra Aristogitonem, qui manifesto vitio tenetur. Recte legitur § 75: τὰ ἄνω κάτω γεγενῆσθαι τί ποτ' οἴεσθε εἶναι; tum paucis quibusdam interpositis, subiicitur: ὅταν τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον ἡττᾶται τοῦ φθόνου, τότε ἄνω καὶ κάτω πάντα χρὴ νομίζειν τετράφθαι. Luculentum est, nisi fallor, hoc certe loco καὶ non posse ferri. Iterum manifesto ad proverbium respicitur in Orat. c. Aristocr. § 178: ὁρᾶτε καὶ συνίετε τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἀπιστίαν ὡς ἄνω καὶ κάτω. Eliminanda est particula estque hoc dictum elliptice, ut in versiculo Mnesimachi apud Athen. IX 403: πάντες δ' ἔνδον τὰ κάτωθεν ἄνω. Non magis probandum est in tertia oratione c. Philippum § 36: ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, quae verba paucis mutatis recurrunt de Fals. Legat. § 261 et c. Aristocr. § 178. Facile potest sentiri, quid intersit utrum copula addatur nec ne et cur ἄνω κάτω nunc solum rectum sit; sed ita circumscribere et verbis declarare discrimen, ut is quoque agnoscat, qui careat sensu eius quod decet, hoc difficile est ac fortasse etiam inutile. *Omnia miscere* est πάντα ἄνω κάτω ποιεῖν; faciebat hoc Cersobleptes, cuius Demosthenes meminit ultimo loco quem adduxi. Πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν, h. e. ἄνω ποιεῖν καὶ κάτω ποιεῖν, significat quaedam *sursum* tollere, quaedam *deorsum* demittere. Philippus *miscuit* res Graecorum, h. e. ἄνω κάτω πεποίηκε. Omnium Graecorum opus fractae sunt; nihil prorsus Philippus ἄνω πεποίηκε: hoc egit ut omnes essent κάτω et ipsi parerent: itaque ἄνω κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα. Consimilis causa est cur particula retineri nequeat in Orat. de Corona § 111: τῶν λόγων οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε, nam non vereor ne quis ad vulgatam tuendam abutatur loco ex Arist. Eqq. 862, quem supra laudavi. In Midiana § 91 ex optimis Codicibus Bekkerus rescripsit: ἄνω κάτω τοὺς νόμους σρέθει, sed ibi quoque quinque codices particulam perperam

inferred. Itidem in secunda Olynthiaca § 16 nunc recte editur: *ταῖς κρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω κάτω*: neque vitium editores latuit in Philippica prima § 41: *συμπαραβείτε ἄνω κάτω*, quibus locis omnibus, etiamsi Bekkerus taceat, optimum codicem Parisinum inutili particula carere suspicor.

Videamus etiam de Platone et primum de locis integris, ut sic veniamus ad eos qui corrigendi sunt. Non potest dubitari servatam esse sinceram scripturam Theaet. p. 143 D: *γένοιτο ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω κάτω πάντα*. In eodem dialogo p. 195 C *ἄνω κάτω ἔλκειν* sine vitio editur. In Phaedro p. 278 D et Phaedone p. 90 C legitur *ἄνω κάτω σρέφειν*, in Gorgia p. 493 A *μεταπίπτειν*, in Protagora p. 361 C *ταράττεσθαι*, in Phaedone p. 96 A *μεταβάλλειν*, in Minoe p. 316 C *μετατίθεσθαι*, denique in Timaeo p. 58 B: *ἄνω κάτω μεταφέρεται*. Itaque memor locorum quos e Phaedro et Phaedone modo excitavi, suspicor *ἄνω καὶ κάτω σρέφειν* sciolis deberi in Gorgia p. 511 A, Phaedr. p. 272 B, Ion. p. 541 E, Lach. p. 196 B, Hipparch. p. 228 A. Videmus recte scriptum esse *ἄνω κάτω μεταβάλλειν, μεταπίπτειν*: facit hoc ad reponendam veriore scripturam Gorg. p. 481 E et Sophist. p. 242 B. Imprimis luculentum est Rep. VI 508 D: *δοξάζει τε καὶ ἀμβλυώττει ἄνω καὶ κάτω τὰς δόξας μεταβάλλον*: quia opiniones non *invertuntur*, sed *miscentur*, necessarium est particulam delere. Similiter iudico de Alcib. II p. 147 F. Habuimus sine vitio *ἄνω κάτω ἔλκειν*: sine mora idem redde Cratylo p. 386 E. Non credo in Phaed. p. 111 E recte dici *κινεῖται ἄνω καὶ κάτω*, si quidem passive in usu est *πάντα γίνεταί ἄνω κάτω* atque sic sim. Hoc si concedis, simul concedas necesse est, idem vitium esse tollendum p. 112 B: *αἰωρεῖται δὴ καὶ κυμαίνει ἄνω καὶ κάτω*, nam de eadem re agitur, ut videbis. In Protagora p. 356 D: *αὕτη μὲν ἡμᾶς ἐπλάνα καὶ ἐποίησε ἄνω τε καὶ κάτω πολλάκις μεταλαμβάνειν ταῦτά*: nullum dubium est quin *τε καὶ* delendum sit, quod usui et sanae rationi repugnat. Itidem corrigam in Hipp. Min. p. 376 C: *ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι*, in Luciani Timone 24: *ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι περινοσῶν*. Suadent hoc poetarum loci quos supra indicavi. Contra copulam servandam arbitror Rep. III p. 400 B: *ἴσον ἄνω καὶ κάτω τιθέντος*. Sed in Epinom. p. 982 D reponam *μεταβουλευόμενον ἄνω κάτω* et in septima Epistula Platonis p. 343 E:

ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγὴ ἄνω κάτω μεταβαίνουσα ἐφ' ἑκάστον, nam ἄνω κάτω optime dicitur de re quam mente agitamus. Alexis apud Athen. VII 336 E:

τί ταῦτα ληρεῖς, ΦληναΦῶν ἄνω κάτω.

Hoc addendum est Platonem interdum ne ambigue dicat, dicere sicuti fecit in Timaeo p. 43 B: εἰς γὰρ τὸ πρόσθε καὶ ὀπίσθε καὶ πάλιν εἰς δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ κάτω τε καὶ ἄνω. Itidem p. 63 A: μεταβολαὶ κάτω τε καὶ ἄνω γιγνόμεναι, quod facit ut subdubitum de verbis quae praecedunt: ἀεὶ γὰρ ἅπαντα ἄνω τε καὶ κάτω βεῖ, ubi itidem praefero κάτω τε καὶ ἄνω. In Parmenide p. 129 C: ἕτερα μὲν τὰ πρόσθεν, ἕτερα δὲ τὰ ὀπίσθεν, καὶ ἄνω καὶ κάτω ὡσαύτως, erunt qui malint: καὶ κάτω καὶ ἄνω. Quod nunc doleo, inter legendum neglexi Plutarchi locos colligere.

De latenter vivendo p. 1129 A: Ἐπίκουρε μὴ γράφε τοῖς ἐν Ἀσίᾳ φίλοις μηδὲ τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου ξενολόγει μηδὲ τοῖς Λαμψακηῶν ἐφήβους δορυφόρει. Edidit Bernardaces τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου, sed multum praestabit rescribere ξενοδόκει.

Ibid. p. 1130 B. Impeditus locus est quem Wytttenbachius ita edidit: ὥτε μηδ' ἄλλο τι τῶν φύσει τερπνῶν ἀνευ Φωτὸς ὑπὸ σκοτῶν θέλειν, sed quam adscripsit in margine correctionem θάλλειν, ex typhotetae errore ea nata videtur; non dubito quin commendaverit θάλλειν.

De Musica p. 1138 C: πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀγνοεῖται μὲν ὑπὸ τῶν χρωμένων, ἀπηλλοτριῶται δ' αὐτῶν. Contrarium obtinet, nempe: ὑπὸ τῶν (οὐ) χρωμένων.

Propero ad finem et raptim percurram septimum Bernardacis volumen, quod fragmenta Plutarchi genuina et spuria continet. Sequar novae editionis paginas:

P. 2. 11: οὐκ ἄδηλον ὅτι καὶ αὐτὸς (Plato scilicet) παρέξει ζήτησιν εἴτε (scil. δ θυμὸς) τοῦ σώματος ἐκριπτούμενος χεῖμαζει τὸν ἄνθρωπον Commendo ἐκριπιζόμενος. Pariter

p. 654 E: τὸ ἐνδιατρίβειν αὔθις ἐκριπίζει τὰς ἐπιθυμίας, emendatio est Turnebi, nam in codice est ἐκριπτεῖ.

P. 9. 7: ὀρχεῖται ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ ταῖς χερσὶ· καὶ λακτίζει ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ τοῖς σκέλεσι. Stultum hoc; simplicissimum fuerit rescribere: ὀρέγεται.

P. 61. 24. Laudatur Hesiodi versiculus, Ἔργ. κ. Ἡμ. 314, qui ita edi solet:

δαίμονι δ' οἶος ἔησθα, τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον.

Quae verba sic restitui poterunt et facilia intellectu fient:

δαίμονι' οἶος ἔησθα· τὸ ἐργάζεσθαι ἄμεινον.

P. 122. 16: μεθύουσιν εἰς ἀναισθησίαν, λαγνεύουσιν εἰς αἰῶνα, καθεύδουσιν εἰς ἔργα. Quod correxeram καθεύδουσιν εἰς ἔσπεραν, idem etiam Usenero placuisse video; sed quid est λαγνεύουσιν εἰς αἰῶνα? Meinekius probavit ἀτονίαν, Iacobsius μωρίαν, Hauptius ἄνοιαν, Usenerius ἔω. Nihil horum sufficit, uti vides. Observarunt veteres, verene an falso nescio, nec meum hoc dicere; sed legimus v. c. in Scholio ad Iliad. Z 211: τὸ γὰρ αἶμα εἰς θορὴν μεταβάλλεται· οἱ γοῦν συνεχῶς ἀφροδισιάζοντες τὸ τελευταῖον αἶμα φέρουσιν· τὸ γὰρ μεταβαλλόμενον ἀναλώσαντες τὸ ἀμετάβλητον ἐξέλκουσιν. Quapropter scribam: λαγνεύουσιν εἰς αἶμα.

P. 160. 4: ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου πίνειν φάρμακον καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν ταῦτόν ἐστιν. Intelligo: εὐγνώμονος.

P. 181. 1: τέφραν ... κειμένην εὐρον αὐτὴν οὕτως ὡς ἔθεσαν. καὶ ἐν Κυλλήνῃ δὲ Φασιν (Ἀρκαδίας δ' ὄρος) βληθεῖσαν (μῆθ' ὑγρασμένην) μήτε ὑπὸ πνευμάτων διεσκεδασμένην. Vides quid exciderit; cf. Papabasilus ἐν τῇ Ἀθηνᾶ X p. 238.

P. 450. 22: διὰ τοῦτο γοῦν Φησι τὸν μὲν Τηλέμαχον τηλικούτον εἶναι Ἀπόλλωνός γε ἕκητι, τὰς δὲ Τυνδάρεω κούρας ὑπὸ Ἀρτέμιδος ἠύξῃσθαι. Ut vidi, ut correxi Πανδάρεω propter Homer. Odys. v 71, scilicet memor Iuliani Orat. II p. 59 A: δαίμων τιμωρὸς ξυνήρπασεν, καθάπερ Ὅμηρός Φησι τὰς τοῦ Τυν-

δάρεω θυγατέρας, ubi ex Vossiano codice itidem reposueram Πανδάρεω *Mnem.* 1883 p. 405. Sed sero veni; iam enim Barnesius hoc viderat; illud miror Bernardacem Barnesio verum monenti non obsecutum fuisse. Quorsum enim pertinet in hoc argumento Helenae et Clytaemnestrae mentio? Sed manum de tabula.

ΑΝΗΛΙΠΟ(Τ)Σ.

Noveramus e Theocrito IV 56 ἀνάλιπος, sed deerat hucusque forma Ionica accurate huic Dorico vocabulo respondens, ἀνήλιπος sive ἀνηλίπους = νηλίπους. Latet autem ea forma in sera Prusiae inscriptione plena itacismis, edita a Koertio nuperrime in Mittheil. XXIV p. 413:

ΛΑΣΣΟΜΕΝ
 ΔΑΙΤΡΕΤΕΤΩΑΝΗΡ. ΠΑΣΑΙΑ
 ΝΙΛΙΠΟΔΕΣΤΕΙ////////ΙΜΑΣΙ
 ΦΑΙΔΡΤΝΘΙΣΑΙ. ΤΩΚΑΛΛΑ
 ΘΩΣΤΝΕΠΕΣΘΕΤΑΔΕ
 ΧΡΤΣΙΑΘΕΤΟΙΚΟΙΣ. ΔΗΡ///
 ΘΙΓΑΡΤΑΜΕΝΕΧΘΡΑΙΝΕΙΤΟ///
 ΣΙΝΔΕΠΡΟΣΑ///<ΔΑ

Verba editor sic transcribit:

... λασσομεν | δαιτρ(ε)υέτω ἀνήρ.
 πᾶσαι ἀνειλίποδες (!) τε καὶ εἵμασι Φαιδρυνθεῖσαι
 τῷ καλάθῳ συνέπεσθε, τὰ δὲ χρυσία θέτ' οἴκοις.
 δηρόθι γὰρ τὰ μὲν ἐχθραίνει τοῖσιν δὲ προσαυδᾷ.

Sed nemo non videt absurdum esse ἀνειλίποδες, et nihil aliud significari quam ἀνηλίποδες. Idem vs. ultimo scribens δηρ[ό]θι, quod poetastrum ad exemplum ν. τηλόθι formasse putat, non sensit hoc etiam propter sententiam verum esse non posse. Equidem vix dubito, quin sit in lapide ΚΗΡ///<ΘΙ et restituendum sit notissimum voc. Homericum κηρόθι. Pro absurdo προσαυδᾷ nihil certi reperio. Vix enim sufficit, quamvis sit minus ineptum, προσάιδει, et quod aptius mihi suggerit vLeeuwen προσηγής nimis distat a tradita scriptura. Lapis accuratius examinetur omnino necesse est.

H. v. H.

DE SCYTALA LACONICA.

SCRIPSIT

J. H. LEOPOLD.



Nota et, quantum video, accepta est huius vocis explicatio quam omnium optime enarrat Gellius (XVII. 9. 6), cuius verba hic repetiisse utile fuerit:

„Lacedaemonii autem veteres, cum dissimulare et occultare literas publice ad imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus eae captae ¹⁾ forent, consilia sua noscerentur, epistulas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento eiusdemque longitudinis, derasi atque ornati ²⁾ consimiliter; unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi magistratus cum iure atque cum signo habebant. Quando usus venerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicae tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabant, volumine rutundo et simplici, ita uti orae adiunctae undique et cohaerentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per transversas iuncturarum oras, versibus a summo ad imum proficiscentibus, inscribebant; id lorum literis ita perscriptis revolutum ex surculo imperatori, commenti istius conscio, mittebant, resolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat membraque earum et apices in partes diversissimas spargebat: propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo scripto quibat; sed

1) exceptae Codd. recent., quam lectionem iure probavit Gronovius.

2) tornati Salmasius. Cf. Schol. ad Pind. Ol. VI. 154: *τορεύοντες ξύλον στρογγύλον, κτέ.*

ubi ille, ad quem erat missum, acceperat, surculo conpari, quem habebat, a capite ad finem, proinde ut debere fieri sciebat, circumplicabat, atque ita literae per eundem ambitum surculi coalescentes rursus coibant integramque et incorruptam epistulam et facilem legi praestabant. Hoc genus epistolae Lacedaemonii *σκυτάλην* appellant’.

I.

Si ipsos Graecorum scriptores de scytala consulere volumus, locus, qui primus in examen venire debet, legitur apud Thucydidem I. 131:

οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι τό τε πρῶτον δι’ αὐτὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτόν, καὶ ἐπειδὴ τῇ Ἑρμιονίδι νηὶ τὸ δεύτερον ἐκπλεύσας οὐ κελευσάντων αὐτῶν τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν, καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου βίβη ὑπ’ Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθεὶς ἐς μὲν τὴν Σπάρτην οὐκ ἐπανεχώρει, ἐς δὲ Κολωνὰς τὰς Τρωάδας ἰδρυθεὶς πρᾶσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ οὐκ ἐπ’ ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος, οὕτω δὴ οὐκέτι ἐπέσχον, ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ ἔφοροι καὶ σκυτάλην εἶπον τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι, εἰ δὲ μὴ, πόλεμον αὐτῷ Σπαρτιάτας προαγορεύειν.

Praeclare haec omnia procedunt optimeque cum Gellii definitione quadrare videntur; et tamen inest aliquid, quod lectori moram inicit, dum haeret, quomodo fieri poterit, ut Pausanias, qui privatus clam ex urbe profectus esset, clavam ad literas per scytalam scriptas solvendas secum haberet. Quae res minime per se patet. Nam si explicationi Gellii fides habetur et per scytalam intellegitur artificium illud ad literas secretiores magistratuum celandas et extricandas excogitatum, vix credibile est, ephoros, cum primum Pausanias domum revocatus munere se abdicasset et rationes reddidisset, ab eo non repetiisse clavam, scytalam, ei olim traditam, ut adhiberetur ad epistulas occultas solvendas, sed rem tanti pretii tantique momenti in privati civis manibus reliquisset.

Audiamus Scholiastam, qui hanc ipsam rem attingit: *εἰ δὲ τις εἴποι, καὶ πῶς εἶχεν ὁ Πausανίας τὴν σκυτάλην λάβρα τῆς πόλεως ἐξελθών; ῥητέον ὅτι ἀπὸ τῆς πρώτης στρατηγίας εἶχε τὴν σκυτάλην.* Vides hominem sensisse difficultatem et conatum esse

lectorem dubitantem occupare asserendo rem, quae et documentis omnino caret et rationi repugnat; quo factum est, ut, dum causam suam probare studeret, tantum ipsam difficultatem magis manifestam reddiderit ¹⁾).

Haeremus igitur, et cum in ipso loco Thuc. nihil inveniatur, quod nobis subsidio esse possit, exspectandum est et opperendum num fortasse ex alterius scriptoris verbis aliam scytalae explicationem elicere possimus et quidem, si fieri possit, talem, qua illa scytala, quam affert praeco, non alio instrumento indigeat ad epistulam perlegendam, sed ipsa per se sufficiat ad iussa ephorum transmittenda.

Antequam autem ad alios scriptores nos convertamus, paucis verbis etiam hoc monuisse volo: neque a Thucydide expressis verbis statui literas ad Pausaniam missas secretas fuisse neque in literis ipsis quicquam inesse, ad quod occultandum artificio quodam opus fuisse suspiceris. Literae nihil continent nisi grave imperium, mandatum severum, cui nisi obtemperatum esset, bellum indictum; quod cur praeconem, qui ipse Pausaniam domum reducturus esset, vel etiam alios celare ephori studuerint, non liquet ²⁾). Ex tota autem enarratione Thucydidea proditionis Pausaniae hoc tantum effici potest: ephori, postquam diu cunctati sunt et ob causas has illasve, quas reticuit Thucydides, regem domum revocare dubitarunt, tandem urgente re ipsa et sine dubio Atheniensibus quoque eorumque sociis flagitantibus descendunt ad rem ultimae necessitatis, nuntium mittunt praeconem, qui regi breve sed severum mandatum significaret eumque, si dicto audiens non fuisset, hostem patriae declararet. Sentis, opinor, ab auctore in verbis allatis non tam secretum et occultum quam sollemne ideoque a praecone transmissum iussum, severum et quasi supremum imperium indicari moveturque, nisi omnia me fallunt, suspicio per illam vocem *σκυτάλην* illudque epistularum

1) Idem valet de explicatione Classenii, qui contendit verisimile esse Pausaniam tamquam tutorem regis Plutarchi scytalam retinuisse.

2) Si in re ignota coniectare quid liceat, potius crediderim ephorum interfuisse, ut iussa sua ad Pausaniam missa ceteris quoque Graecis innotescerent. Etenim cum semel in Pausaniam animadvertere statuissent, eorum intererat ut consilium suum et severitas adhibita Atheniensibus et sociis clare appareret, quia sic saltem aliquatenus dignitatem recuperare et se suamque perfidam socordiam apud illos purgare possent.

genus, quaecumque fuerit, non tam arcanum et absconditum quam sollemne et irrecusabile mandatum designari.

Pergamus igitur ad secundum locum et videamus an illinc quid subsidii nobis comparare possimus. Qui locus legitur apud Aristoph. Lys. 980 sqq.:

ΚΗΡΤΞ. πᾶ τᾶν Ἀσανᾶν ἐστὶν ἁ γερωῖα
ἢ τοὶ πρυτάνεις; λῶ τι μυσιξαὶ νεόν.

ΠΡΟΒΟΤΛΟΣ. σὺ δὲ τίς; πότερον ἄνθρωπος ἢ κονίσαλος;

Κ. κάρυξ ἐγὼν ὃ κυρσάνιε ναὶ τῶ σιώ
ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν.

ΠΡ. κἄπειτα δόρυ δῆθ' ὑπὸ μάλης ἤκεις ἔχων;

Κ. οὐ τὸν Δί' οὐκ ἐγὼν γα.

ΠΡ. ποῖ μεταστρέφει;

τί δὴ προβάλλει τὴν χλαμύδ'; ἢ βουβωνιᾶς
ὑπὸ τῆς ὀδοῦ;

Κ. παλαιὸρ γα ναὶ τὸν Κάστορα
ἄνθρωπος.

ΠΡ. ἀλλ' ἔστυκας ὃ μιαρῶτατε.

Κ. οὐ τὸν Δί' οὐκ ἐγὼν γα· μῆδ' αὖ πλαδδίη.

ΠΡ. τί δ' ἐστὶ σοι τοδί;

Κ. σκυτάλα λακωνικά.

ΠΡ. εἴπερ γε χαῦτη 'στὶ σκυτάλη λακωνική.

ἀλλ' ὡς πρὸς εἶδόςτ' ἐμὲ σὺ τάληθῆ λέγε. κτέ.

Ecce, quem quaerimus, praeco ipse cum scytala Laconica, iocans quidem sed ita iocans, ut ex eius verbis tamen aliquid elicere possimus, quod in usum nostrum convertamus.

Procedit homo omnibus Priapis tentior, cuius nervus pertundit tunicamque palliumque, et variis modis interrogatus a probulo, qui nunc eum Conisalo comparat, modo sub turgida veste hastam latere suspicatur, modo nuntium lassitudine confectum bubonibus laborare conicit, tandem quaestionibus oppressus „scytala est Laconica” exclamat, ad quod responsum ille „tunc, mehercle et hanc (mentulam indicans) scytalam Laconicam iure vocaveris”.

Vix opus est ostendere quam longe hic absimus ab illo loro, quod vult Gellius; immo si quis recordatur, quid apud Ovidium aliosque in tali re lorum indicare soleat, ridens profecto mirabitur hic unquam de loro cogitari potuisse.

Omnino baculum vel clava est, quam praeco per vocem scy-

talam intellegit, cui tentiginem suam comparat, quam paulo ante Atheniensis hastam esse coniecerat. Itaque praeco ille Lacedaemonius, qui de scytala loquitur tamquam de re sibi nota et familiari, quae ad suum munus pertineat unumque sit ex eius attributis, manifesto non lorum vel simile quod involucrium sed ipsum lignum, ipsum bacillum intellegit, quod literis de pace componenda inscriptum ad senatum et prytanes se perferre fingit.

Non opus est demonstrare, quanti pretii hic locus sit ad rem de qua agitur recte intellegendam; statuendum tantum, ex loco Aristophaneo perlecto apparere scytalam Laconicam a praecone allatam baculum vel clavam fuisse, epistula vel mandato inscriptam.

Porro, cum praeco ille lignum, scytalam literis inscriptam ad prytanes Atheniensium pertulisse fingitur, hoc est ad hostes civitatis Laconicae, quibus profecto neque secretum quoddam scripturae genus cum ephoris convenisset, neque instrumentum in manibus esset, quo illorum occultas literas solverent, confirmatur opinio, quam ratio quoque ipsa commendat, epistulas illas in clavis ligneis incisas, non arcano quodam sed plano literarum genere perscriptas fuisse neque ad eas perlegendas altero baculo vel nescio quo alio instrumento opus fuisse.

Contra illa sollemnitatis, quam scytalae inesse suspicati eramus, loco Aristophaneo optime convenit. Nam quivis sentit vim comicam totius loci, quae in eo consistat ut res alienissimae inter se componantur, singulari modo augeri, si per verba illa σκ. λ. grave quid et sollemne intellegendum sit, si praeco partes suas pudendas scytalam esse declaraverit, membroque tam ignobili tam praeclarum titulum indiderit.

Iam transeundum nobis est ad Xenophontem; sed antequam ad illum pergamus, breviter agendum erit de alio loco poetico aequali Aristophanis, qui fortasse iis, quae iam comperimus, illustrari poterit. Locus, quem volo, legitur apud Athenaeum X. p. 451c his verbis: Ἀχαιὸς δ' ὁ Ἑρετριεὺς γλαφυρὸς ὦν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν ἔσθ' ὅτε καὶ μελαίνει τὴν φράσιν καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἴριδι σατυρικῇ. λέγει γάρ·

λιθάργυρος δ'

ὄλην παρηωρεῖτο χρίματος πλεκτόν

Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν ἐν διπλῷ ξύλῳ.

τὸν γὰρ λευκὸν ἱμάντα βουληθεῖς εἰπεῖν, ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος

ἐξήρτητο, Σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν ἀντὶ τοῦ Σπαρτιάτιν σκυτάλην.

Versus sunt corrupti, quorum tamen partem feliciter emendavit Toup pro *πλεκτὸν* corrigens *πλέα τὸν*, simul et sensui medicatus et metro satisfaciens. Porro Bergk (de reliquiis com. Att. p. 120) versum ultimum sic constituere conatus est:

τὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν ἐν διπλῷ ξύλῳ
κύρβιν.

His verbis scytalam Laconicam *αἰνιγματωδῶς* designari, satis perspicuum est. Videamus tamen num reliqua recte interpretatus sit Athenaeus. Ac statim offendit ratio, qua auctor verbum *παρῳρεῖτο* et sequentem accusativum explicuit. Qui modus loquendi etiamsi exemplis careat, tamen vix explicari potest: ampulla suspensa erat *ex* scytala, *ἐξ οὗ ἡ λήκυθος ἐξήρτητο* (in qua periphraasi non sine causa praepositionem mutavit interpretes) sed potius: suspensa erat secundum, prope scytalam, et sic etiam Bergk l. l.

Deinde haerebit lector in re quae profecto minime perspicua est, scilicet quomodo lorum album vocari possit *κύρβις*. De qua re merito queritur Wagner poet. trag. fragm. III. p. 60: „Obscuritas in eo posita est, quod pro loro albo scripsit Laconicam scytalam, deinde quod ne scytalam quidem dixit sed scytalae loco intulit *κύρβιν*, qua voce Athenienses tabulas, ligna significant. Res igitur alienissimae inter se mixtae”. Ultima verba rem acutangunt neque facile dictu esse confido, quomodo lorum designari possit per *κύρβιν*, i. e. tabulam ligneam.

Quid multa? Athenaeum transversum egit opinio sua, qua scytalam lorum fuisse existimabat, ad quam vocis significationem versus non nisi violenter accommodari potuit. Quodsi verba Achaei per baculum vel clavam interpretaris, quamquam ne sic quidem apparet, unde pendeat ille accusativus, tamen vocabula ipsa satis perspicua fiunt. Quid quod sic demum et recte et eleganter clava illa antiquo more iussis severis inscripta vocatur *κύρβις* Laconica, i. e. idem quod *κύρβεις*, tabulae vetustae legibus inscriptae, Athenis valent, scytalae, clavae ephorum iussis et mandatis incisae Spartaee sunt, ambae venerabiles et ob memoriam temporum morumque antiquorum, quorum illae tamquam reliquiae et documenta supersunt, et propter gravitatem rerum, quas con-

tinere consentur. Aut omnino fallor aut sic tertium illud, quod aiunt, comparationis clare elucet.

Denique quod attinet ad totius loci tenorem, cum recte interpretes statuisset videantur Iridem fingi, quæ deorum praecepta scytalæ inscripta tamquam nuntia afferat, hic quoque praeconem invenimus vel deam, quæ praeconis munere fungi solet, eamque praeditam scytala, quod sollemne eius officii attributum fuisse agnovimus.

Itaque etiam hic locus, qui primo aspectu discrepare videbatur, tamen ad ea, quæ supra disputavimus de materia et usu scytalæ et de eius moris gravitate et sollemnitate, proxime accedit et postquam a locis tractatis Thucydidis et Aristophanis lucem accepit, etiam ipse invicem ea, quæ adhuc exposuimus, tueri potest.

Atque iam ad Xenophontem pervenimus, cuius primus locus, ubi scytalæ mentio incitur, legitur Hell. III. 3. 8 sq., ubi scriptor post coniurationem Cinadonis patefactam ephoros ficto mandato auctorem consilii Aulonem ablegasse narrat his verbis: ἀκούσαντες ταῦτα οἱ ἔφοροι ἐσκεμμένα τε λέγειν ἠγάσαντο αὐτὸν καὶ ἐξεπέλαγυσαν, καὶ οὐδὲ τὴν μικρὰν καλουμένην ἐκκλησίαν συλλέξαντες, ἀλλὰ συλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλος ἄλλοθι ἐβουλευέσαντο πέμψαι τὸν Κινάδωνα εἰς Αὐλῶνα σὺν ἄλλοις τῶν νεωτέρων καὶ κελεῦσαι ἤκειν ἄγοντα τῶν Αὐλωνιτῶν τέ τινας καὶ τῶν εἰλώτων τοὺς ἐν τῇ σκυτάλῃ γεγραμμένους. καὶ τότε δὴ ἔδοσαν τὴν σκυτάλην αὐτῷ, ἐν ᾗ γεγραμμένοι ἦσαν οὗς ἔδει συλλαβεῖν.

Traditur Cinadoni baculum nominibus inscriptum eorum, quos comprehendere debebat; ergo neque ei, qui scytalam afferebat, neque iis, ad quos veniebat, obscura esse potuit scriptura epistulae, ex qua cognoscerent, quos in vincula conici iuberent ephori. Neque credibile est Aulonitas illos socios possedisse alterum illud instrumentum ad literas ephorum sibi missas extricandas. Itaque et hic statuendum clavam illam planis et perspicuis literis inscriptam fuisse et solam suffecisse ad iussa ephorum cognoscenda. Denique neque illa sollemnitas ab hoc loco abest, immo sola consilium et rationem huius missionis scytalæ aperire potest. Vix enim intellegitur, unde Cinadon, civis non ex optimatum numero, auctoritatem sumere potuerit ad tam grave imperium exsequendum, nisi in ipsa scytala erat

aliquod auctoritatis summi domi magistratus. Nempe illud lignum, prisco et rudi epistulae genere incisum, quasi pignus quoddam et symbolum erat augustae ephorum maiestatis severitatisque, quod vel erga inferioris ordinis civem obsequium extorquere valeret.

Secundus locus legitur Hell. V. 2. 33, ubi Thebana arce a Phoebida iniussu civitatis occupata, Leontiades, qui consilii princeps auctor fuerat, verba facit Lacedaemoni ad se Spartaniumque ducem excusandos: *ἔπειτα μέντοι ὁ Λεοντιάδης ἐλθὼν εἰς τοὺς ἐκκλήτους ἔλεγέ τοιαύτε· ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, ὡς μὲν πολεμικῶς ὑμῖν εἶχον οἱ Θηβαῖοι, πρὶν τὰ νῦν πεπραγμένα γενέσθαι, καὶ ὑμεῖς ἐλέγετε· ἐωρᾶτε γὰρ αἰεὶ τούτους τοῖς μὲν ὑμετέροισι δυσμενεῖσι Φιλικῶς ἔχοντας, τοῖς δ' ὑμετέροισι Φίλοις ἐχθροὺς ὄντας. — νῦν δ' ἐπεὶ τὰδε πέπρακται, οὐδὲν ὑμᾶς δεῖ Θηβαίους φοβεῖσθαι· ἀλλ' ἀρκέσει ὑμῖν μικρὰ σκυτάλη ὥστε ἐκείθεν πάντα ὑπηρετεῖσθαι, ὅσων ἂν δέησθε. κτέ.*

Nihil clarius verbis Leontiadis, qui „nunc” ait „quoniam illa omnia perpetrata sunt, nihil iam vobis Thebani extimescendi sunt, sed sufficiet vobis vel parva scytala, ut omnia illinc subministrentur, quibus vobis opus erit”. Vides scytalam mitti ad administrandos et regendos Thebanos, nuperrime socios factos, itaque etiam hic cogitari non posse de scriptura secreta, quae prius inter Thebanos et ephoros convenisset neque de clava vel alio quodam instrumento olim tradito; quod autem ad gravitatem scytalae attinet, haud facile credo alterum locum reperias qui potestatem scytalae melius illustret quam illa *ἀρκέσει ὑμῖν μικρὰ σκυτάλη*. Neque errasse Leontiadem in iis quae de obsequio civium suorum et de auctoritate scytalae profitetur, apparet § 36 eiusdem capituli: *οἱ δὲ περὶ Λεοντιάδην εἶχον τὴν πόλιν καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἔτι πλείω ὑπηρετοῦν ἢ προσετάττετο αὐτοῖς.*

Ultimus ¹⁾ locus Xenophonteus legitur in proxima vicinia V.

1) Dubitari potest de loco qui legitur Agesil. I. 36: *ἄξιόν γε μὴν καὶ ἐντεῦθεν ὑπερβαλλόντως ἀγαθὰ αὐτοῦ, ὅστις ἄρχων μὲν — ὕμῶς ὑπ' οὐδενὸς τούτων ἐκρατήθη, ἀλλ' ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν βοηθεῖν τῇ πατρίδι, ἐπειθετο τῇ πόλει οὐδὲν διαφερόντως ἢ εἰ ἐν τῷ ἐφορείῳ ἔτυχεν ἐστηκῶς μόνος παρὰ τοὺς πέντε. κτέ.* — Fuerunt sane, qui hic vocem *σκυτάλη* inserere vellent. Tamen verbum *ἔρχεσθαι* impersonaliter adhibitum sequente Infinitivo videtur defendi posse collato Hell. III 4. 27: *ὄντι δ' αὐτῷ (sc. Ἀγασιλᾶω) ἐν τῷ πεδίῳ τῷ ὑπὲρ Κύμης ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ, ὅπως γιγνώσκοι, καὶ καταστήσασθαι*

2. 37: τούτων δὴ πεπραγμένων οἱ Λακεδαιμόνιοι πολὺ δὴ προθυμότερον τὴν εἰς τὴν Ὀλυμπον στρατιὰν συναπέστειλον. καὶ ἐκπέμπουσι Τελευταίαν μὲν ἄρμωστήν, τὴν δ' εἰς τοὺς μυρίους σύνταξιν αὐτοὶ τε ἅπαντες συνεξέπεμπον, καὶ εἰς τὰς συμμαχίδας πόλεις σκυτάλας διέπεμπον, κελεύοντες ἀκολουθεῖν Τελετίᾳ κατὰ τὸ δόγμα τῶν συμμάχων.

Verba quam maxime perspicua sunt neque commentatione indigent, cum ea, quae de superioribus locis disputavimus, omnino etiam de hoc loco valere appareat.

Itaque omnia, quae in locis Thucydidis et Aristophanis per-
lustrandis de ratione et usu scytae, quam ipsam clavam fuisse suspicabamur, de scripturae genere, quam planam et minime secretam fuisse contendimus, ita ut scytala ipsa per se sufficeret ad perlegendas literas, denique quae de maiestate et sollemnitate scytae disseruimus, omnibus, quos citavimus, locis Xenophontis confirmantur et probantur.

Superest adhuc locus ex scriptore eiusdem aetatis petitus, in quo scytae Laconicae nulla quidem fit mentio, qui tamen ob silentium illud ipsum citandus erit.

Aeneas Tacticus, qui Xenophontis fere aequalis putatur, in commentario suo Poliorcetico fuse egit de scriptura occulta et per integrum caput idque satis longum (XXXI) indulsit descriptioni τῶν κρυφαίων ἐπιστολῶν. In quo capite quamquam ad viginti genera literarum secretarum enumerantur et explicantur, tamen ne verbo quidem scytala Laconica memoratur. Quodsi scriptor eandem vel similem opinionem de illo epistularum genere atque senioris aetatis auctores habuisset, vix intellegi posset, quo consilio

ναύαρχον ὕψινα αὐτὸς βούλοιο. Quamquam iure miramur sententiarum similitudinem et Plutarchus in vita Agesilai, in qua se Xenophontem auctorem habuisse passim implicite confitetur, in enarranda regis revocatione c. 15 vocem scytaalā exhibet itemque in commemorandis iis rebus, quae altero loco Xenophontis continentur, cum paene isdem verbis utitur (c. 10): καὶ καθ' ὅδον ὡν σκυτάλην δέχεται παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν κελεύουσιν αὐτὸν ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ.

Praeterea quodammodo huc faciunt duo illi loci, qui vulgo invicem se tueri creduntur, etsi ibi nec plane eadem et multo lenior est breviloquentia: Thuc. VIII. 96: τοῖς δ' Ἀθηναίοις ὡς ἔλαβε τὰ περὶ τὴν Εὐβοίαν γεγενημένα, ἔκπληξις μεγίστη δὴ τῶν πρὶν παρέστη. Demosth. Olynth. III. 5: ὡς γὰρ ἠγγέλην Φίλιππος ἀσθενῶν ἢ τεθνεώς (ἔλαβε γὰρ ἀμφότερα) οὐκέτι καιρὸν οὐδένα τοῦ βοηθεῖν νομίσαντες, ἀφεῖτε, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ἀπόστολον.

genus literarum secretarum tam subtile et simul unum omnium notissimum et usitatissimum omisisset, praesertim cum non tantum suorum temporum artificia explicaverit sed etiam veterum, Timoxeni, Histiaei aliorum inventa tanta cum diligentia enumerarit. Adde quod ad rem ipsam, quam volunt Gellius et ceteri, lorum scilicet literis inscriptum, scriptor quam proxime accessit in media sua dissertatione § 23, ubi de artificio quodam agit, quod nonnulli ad literas celandas adhibuerunt: *εἰς βιβλίον γράψαντες ὡς λεπτότατον μακροῦς στίχους καὶ λεπτὰ γράμματα*, ita ut vix credibile sit quemquam, qui Gellii opinionem de artificio scytalae Laconicae amplecteretur, verbis allatis non statim descriptionem illius inventi subiuncturum fuisse. Itaque haud temere statuas ne hunc quidem auctorem per scytalam Laconicam intellexisse instrumentum quoddam ad celandas literas excogitatum, quod non nisi prava socordia abreptus in enumeratione sua omittere potuisset.

Atque haec sunt, quae invenire potui apud eos scriptores, qui moris illius in scytala scribendi aequales fuerunt, qui rem ipsam aut suis oculis viderunt aut saltem videre potuerunt, qui in tota hac quaestione quasi primarii existimandi sunt dignique sunt quorum verba fundamentum et principium investigandi efficiant.

Ex quibus primo cognovimus scytalam Laconicam, quae a praecone afferri soleret, fuisse ipsum bacillum vel clavam, in qua inscriptum esset mandatum vel iussum aliquod ephorum Spartanorum. Vidimus deinde nusquam expressis verbis tradi epistulas illas secretas fuisse, contra ad civitates stipendiarias, ad socios, ad eos denique missas esse, quibus cum ephoris nullo modo secretum literarum genus convenisse vel instrumentum quoddam traditum esse potuit, ita ut confirmetur id, quod etiam res ipsa et ratio commendat, clavas illas planis et perspicuis literis incisas fuisse. Postremo ex plerisque locis adhibitis apparet huic epistularum generi magnam, ut par esset, fuisse auctoritatem, magnam potentiam, quippe quae ephorum, summi Spartanorum magistratus, iussa et mandata transmitterent.

Quodsi haec, quae ex optimorum scriptorum locis comparatis collegimus, conferre volumus cum iis, quae de singulis scytalae missionibus, de quibus fide historica nobis constat, etiam apud scriptores serioris aetatis traduntur, neque hos dissentientes inveniemus.

De revocatione Pausaniae egimus in loco Thucydideo interpretando; revocationem Agesilai verbo iam attigimus, cum de Xenophontis loco Agesil. I. 36 disseruimus, quibus addi potest Plut. Agesil. 15: Ἀγησιλάῳ μέντοι οὐδὲν κρείσσον ἢ μείζον ἔστι τῆς ἀναχωρήσεως ἐκείνης διαπεπραγμένον οὐδὲ γέγονε παράδειγμα πειθαρχίας καὶ δικαιοσύνης ἕτερον κάλλιον. — πῶς οὐκ ἦν τὴν Σπάρτην μακαρίσαι τῆς Ἀγησιλάου τιμῆς πρὸς ταύτην καὶ πρὸς τοὺς νόμους τῆς εὐλαβείας; ὃς ἅμα τῷ τὴν σκυτάλην ἐλθεῖν εὐτυχίαν τσαυτήν καὶ δύναμιν παροῦσαν καὶ τηλικαύτας ἐλπίδας ὑψηγομένους ἀφείς καὶ προέμενος εὐθύς ἀπέπλευσεν ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ — et idem auctor in Agesil. et Pomp. comparatione 2: τίθεμαι δὲ κάκεινο τὸ ἀμίμητον ἔργον εἰς πολιτικὴν ἀρετὴν τοῦ Ἀγησιλάου, τὸ δεξιόμενον τὴν σκυτάλην ἀπολιπεῖν τὰς ἐν Ἀσίᾳ πράξεις. Vides non minus clare quam in sententia Xenophontis, etiam in utroque Plutarchi loco illam gravitatem et potentiam scytalae apparere in eo, quod laudibus extollitur obtemperantia et modestia regis, qui terra marique potens, fama, opibus, fortuna, spe florens, tamen simulac scytalam accepit, statim omnia illa dimiserit et dicto audiens domum profectus sit.

Addenda est revocatio Lysandri, de qua conferri possunt Plut. Lys. 19: ἀγανακτήσαντες οἱ ἔφοροι — ἐκείνῳ δὲ σκυτάλην ἐπέμψαν ἥκειν κελεύοντες. Polyaeen. VII. 19 in Pharnabazo: Φαρνάβαζος κατὰ Λυσάνδρου Λακεδαιμονίοις ἔγραψεν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αὐτὸν ἀνεκαλέσαντο σκυτάλην πέμψαντες. Et haec igitur revocatio per scytalam facta est, ob quam constantiam fuerunt inter viros doctos, qui opinarentur omnino morem fuisse sollemnem Spartaee, ut reges per scytalam revocarentur.

Supersunt loci tres, ubi non revocatio sed res aliae gravissimae per scytalam regibus significantur. Plut. Artax. 6: Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν σκυτάλην πρὸς Κλέαρχον ἀπίστεϊλαν ὑπηρετεῖν Κύρῳ πάντα κελεύοντες. Deinde idem auctor Agesil. 10: καὶ καθ' ὁδὸν ὧν σκυτάλην δέχεται παρὰ τῶν οἴκοι τελεῶν κελεύουσιν αὐτὸν ἄρχειν καὶ τοῦ ναυτικοῦ. τοῦτο μόνῳ πάντων ὑπῆρξεν Ἀγησιλάῳ. Postremo Alcibiad. 38: τέλος δὲ Κρίτίας ἐδίδασκε Λύσανδρον, ὡς Ἀθηναίων οὐκ ἔστι δημοκρατουμένων ἀσφαλῶς ἄρχειν Λακεδαιμονίοις τῆς Ἑλλάδος· Ἀθηναίους δὲ, κὰν πρῶτος πάνυ καὶ καλῶς πρὸς δλιγαρχίαν ἔχωσιν, οὐκ ἔάσει ζῶν Ἀλκιβιάδης ἀτρεμεῖν ἐπὶ τῶν καθεστῶτων. οὐ μὴν ἐπέισθη γε πρότερον τούτοις ὁ Λύσανδρος ἢ

παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν σκυτάλην ἐλθεῖν κελεύουσιν ἐκποδῶν ποιήσασθαι τὸν Ἀλκιβιάδην.

Videmus omnibus locis eundem sensum subesse et ubique idem consilium fuisse scytaalæ, missæ scilicet ut absentibus iussum vel mandatum gravissimum et quasi absolutum significaretur, ita ut verbum *κελεύειν*, sicut *ὑπηρετεῖν* apud Xenophontem, fere sollemne factum sit in scytala memoranda. Cuius rei locus ultimus et verba οὐ μὴν ἐπέισθη γε πρότερον ἢ σκυτάλην ἐλθεῖν κελεύουσιν κτέ. exemplum vel luculentissimum præbent.

II.

Moris in clavis, in ipso baculorum ligno, in scythalis denique scribendi, antiquæ scilicet consuetudinis et priscorum temporum simplicitatem referentis, nonnulla documenta nobis etiam aliunde supersunt.

Primo loco conferri potest Pindarus Olymp. VI. 154, ubi hæc leguntur:

ἔσσι γὰρ ἄγγελος ὀρθός,
ἠυκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

Recte Scholiasta: τῶν εὐκόμων Μουσῶν, ἀξιόλογε ἄγγελε καὶ κήρυξ· σκυτάλην γὰρ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος λέγουσιν; poeta eum, quem paullo ante nuntium veracem appellaverat, per amplificationem pergens metaphoricè Musarum clavam, scythalmam nominat, hoc est Musarum epistolam, divinis quasi manibus perscriptam et a deabus hominibus missam. Vocem autem scythalmam tamquam notam profert poeta, neque facile contenderis verbis illis ipsam illam Laconicam scythalmam designari, sed potius universe literas in clava scriptas, quæ res igitur ætate poetæ aut usitata adhuc aut saltem hominibus nota fuisse existimanda est 1).

Et sane multo ante Pindarum iam Archilochus similiter vocem scythalmam adhibuerat famoso illo versu (fr. 89 Bergk):

ἔρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ᾧ Κηρυκίδη·
ἀχθυμένη σκυτάλη.

Versus sunt difficiles et varie tentati; tamen, quantum ad

1) Cf. Nitzsch, de Hist. Hom. I. p. 75.

nostrum usum pertinet, satis perspicui. Etenim sive *ἀχρυμένη σκυτάλη* ad vocativum *Κηρυκίδη* rettuleris, sumens poetam simili metaphora ac Pindarum usum, inimicum quendam, qui revera praecon fuerit vel a praeconio nomen habuerit, cum ignominia et acerbitate per instrumentum officii et muneris compellantem; sive versum nominativo casu elatum statueris poetam ipsum intellegens, qui iambis suis praeconem illum exagitans cum acerba ironia profiteatur se ipsum iam praeconibus istis tristem nuntium, tristem praeconem futurum; sive denique versum ad fabulam quam narraturus est poeta rettuleris, leni mutatione *ἀχρυμένην σκυτάλην* scribens: quocumque modo illa sese habent, hoc certe apparet versu ipso per se spectato nuntium tristem id est nuntium rei ingratae et parum iucundae significari.

Neque apud antiquos aliud quid valuerunt verba illa. Quamquam enim locutio ipsa etiam veteribus subobscura, certe commentatione digna visa est, de qua teste Athenaeo III. 85 Aristophanes Byzantius sive commentarium sive singularem libellum scripserat ¹⁾ et quam Apollonius Rhodius in libro de Archilochi attigisse putandus est, tamen versus ipse in proverbium abiisse videtur, quo ingratus quisque nuntius designaretur. Ideo invenitur apud Diogenianum Cent. III 25, ubi explicatur *ἀχρυμένη σκυτάλη ἐπὶ τῶν λυπηρὰς ἀγγελίας ἀγγελλόντων*. Et eodem sensu proverbium illud citatur a Plutarcho in septem sap. convivio 6: *βασιλεὺς Αἰθιοπίων Ἀμασις λέγει Βίαντι σοφωτάτῳ Ἑλλήνων· «βασιλεὺς Αἰθιοπίων ἔχει πρὸς ἐμὲ σοφίας ἄμιλλαν· ἡττώμενος δὲ τοῖς ἄλλοις ἐπὶ πᾶσι συντέθεικεν ἄτοπον ἐπίταγμα καὶ δεινὸν, ἐκπιεῖν με κελεύων τὴν θάλατταν»*. — 8. „ἀλλὰ μὴν” ὁ Νειλόξενος ἔφη „τὴν μὲν τοῦ Αἰθίοπος ἐπίταξιν οὐδὲν ἂν τις ἄλλο πλὴν ἀχρυμένην σκυτάλην προσείποι κατ’ Ἀρχίλοχον”.

Ex locis Archilochi et Pindari comparatis patet priscis temporibus morem exstitisse epistulas in scytala, in clava lignea scribendi, quae vulgo praeconi transferenda committebatur. Quod autem in Pindari loco animadvertimus, poetam scytalam nominando non rem peregrinam et Spartaee tantum usitatam sed unicuique notam et tritam designasse videri, hoc multo etiam magis valet de loco Archilochi. Cui, si inimicum perstringere vellet,

1) Cf. A. Nauck, Aristoph. Byz. fragm. p. 273 sqq.

minime ad verbum inusitatum et parum notum confugiendum erat, cum iocum, quo tritius vocabulum adhibuisset, eo acerbiorum et efficaciorum redditurus esset. Itaque licebit statuere morem illum in scytala scribendi non tantum apud Lacedaemonios viguisse sed olim per plures civitates Graeciae propagatum fuisse. Procedente tempore primum ex vita privata, deinde etiam ex vita publica, in qua talia diutius retineri solent, simplex et rude illud scribendi genus evanuisse credendum est; tantum Sparta, quod nemo mirabitur, servatum esse tamquam pristini temporis reliquiae, more maiorum sanctae et consecratae. Hinc intellegitur quomodo fieri potuerit, ut apud scriptores fere sola Laconica scytala memoraretur, itemque iam melius percipitur unde scytalae venerit illa gravitas et sollemnitas, quam plerisque auctorum locis ei esse deprehendimus et quam non minimam fuisse causam crediderim, cur ephori hoc imprimis literarum genus elegerint et sibi proprium fecerint, quod deinde etiam sua auctoritate auxerunt.

Hoc de origine scytalae; novum autem usum scytalae et quidem in re argentaria nobis tradidit locus Dioscuridis e libris *περὶ νομίμων*, qui apud Photium et Suidam in voce *σκυτάλη* et in scholiis ad Aristoph. *Aves* vs. 1283 ¹⁾ isdem fere his verbis citatur: *Διοσκουρίδης δὲ ἐν τοῖς περὶ νομίμων τοὺς δανείζοντας ἐν Σπάρτῃ διαιρεῖν σκυτάλην δύο παρόντων μαρτύρων καὶ γράφειν τὸ συμβόλαιον ἐν ἑκατέρῳ τμήματι· καὶ τὸ μὲν ἐν τῶν μαρτύρων δίδναι, τὸ δὲ δι' ἑαυτοῦ ἔχειν· ἔχρωντο δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλοι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἰθακησίῳ πολιτείᾳ μβ.*

Quae fuerit illa consuetudo, quam descripsit Dioscurides, satis perspicuum est: aeris summa ligno vel potius utrique dimidio ligni inscribi solebat, cuius altera pars a feneratoro servaretur, altera testibus tribueretur. Cuius rei consilium manifestum est; scilicet utrique feneratorum dabatur dimidium *eiusdem ligni*, coram testibus divisum et summa pecuniae inscriptum, ut si forte dubium vel dissensio orta esset, partes ambae componerentur et tamquam *eiusdem originis* agnoscerentur et negantem

1) A viris doctis pertinaciter etiam Eudocia p. 280 citari solet. Quo loco tamen fragmentum supra laudatum non invenitur, sed longe alia notitia ex Schol. Apoll. Rhod. I. 740 desumpta, quae in Dioscuridis fragmentis VIII numeratur.

vel dubitantem coarguerent. Patet igitur rationem duplicis huius scytalae eandem fuisse ac ceterorum symbolorum et tesserarum hospitalium, fuisse talem scytalam artificium simplicissimum ad fidem probandam; nam si dubitatio vel controversia orta esset, partes tantum comparandae erant ut, si revera eiusdem materiae et structurae essent, semet ipsas et ea quae inscripta gerebant, tamquam genuina et legitima vindicarent.

Hoc autem genus scytalae, quod perinde ac de simplici illa scytala vidimus, non tantum Spartaee sed etiam in aliis Graeciae civitatibus viguisse apparet, ephori Lacedaemonii videntur adhibuisse, quotiescumque occasio data erat, hoc est cum reges vel imperatores a se dimitterent. His igitur proficiscentibus ligni coram dissecti dimidia pars tribuebatur asservanda, ut mox si literae ephorum allatae essent, earum genuinitatem et sinceritatem ad partem clavae sibi traditam exigere possent. Hinc intellegitur quid sit illud *ξύλον διπλοῦν* in versu Achaei supra laudato, patet quid sibi velit *ξύλον εἰς δύο τεμνόμενον*, vel *ξύλον διαπριζόντες* apud Scholiastas Aristophanis et Pindari, de quibus infra, nec non explicatur cur toties legamus alteram scytalam proficiscenti regi vel duci traditam esse, alteram domi apud magistratum servatam, quae omnia supra dictis patefacta esse confido. Unum observandum superest, rem ipsam et rationem scytalae duplicis docere tantum inter homines quodammodo inter se notos, qui quasi pactionem fecissent, illud artificium adhiberi potuisse, neque huic invento locum fuisse nisi antea ambo illi inter quos scytala commearet in unum convenissent et clavae partes, ipsis inspectantibus divisae, dein servandae et in posterum adhibendae traditae essent.

Iam si rationem duplicis scytalae recte per pignus et symbolum explicuimus, eius usus imprimis in re argentaria, in qua summae diligentiae studere solent homines, multifarius esse potuit pro cuiusque ingenio. Sic Lysander quondam callidissime scytalas adhibuit in praeda domum mittenda, quam rem narrat Diodorus XIII. 106: *εὐθύς δὲ τῆ δυνάμει πλεύσας ἐπὶ Σάμον αὐτὸς μὲν ταύτην ἐπολιόρκει, Γύλιππον δὲ τὸν εἰς Σικελίαν τοῖς Συρακοσίοις συμπολεμήσαντα ἀπέστειλεν εἰς Σπάρτην τὰ τε λάφυρα κομίζοντα καὶ μετὰ τούτων ἀργυρίου τάλαντα χίλια καὶ πεντακόσια. ὄντος δὲ τοῦ χρήματος ἐν σακίοις καὶ τούτων ἔχοντος ἐκάστου*

σκυτάλην ἔχουσαν τὴν ἐπιγραφὴν τὸ πλῆθος τοῦ χρήματος δηλοῦσαν, ταύτην ἀγνοήσας ὁ Γυλίππος τὰ μὲν σάκια παρέλυσεν, ἐξελόμενος δὲ τάλαντα τριακόσια καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς γνωσθεὶς ὑπὸ τῶν ἐφόρων ἔφυγε καὶ κατεδικάσθη θανάτῳ. — Quae res etiam plenius a Plutarcho exponitur in lepida narratione Lys. 16: ὁ δὲ Λύσανδρος ἀπὸ τούτων γενόμενος αὐτὸς μὲν ἐπὶ Θερσικῆς ἐξέπλευσε, τῶν δὲ χρημάτων τὰ περιόντα — ἀπέστειλεν εἰς Λακεδαιμόνα διὰ Γυλίππου τοῦ στρατηγήσαντος περὶ Σικελίαν. ὁ δὲ, ὡς λέγεται, τὰς ῥαφὰς τῶν ἀγγείων κάτωθεν ἀναλύσας καὶ ἀφελῶν συχρὸν ἀργύριον ἐξ ἑκάστου πάλιν συνέγραψεν ἀγνοήσας ὅτι γραμματίδιον ἐνῆν ἑκάστῳ τὸν ἀριθμὸν σημαῖνον. ἐλθὼν δὲ εἰς Σπάρτην ἃ μὲν ὑψήρητο κατέκρυψε ὑπὸ τὸν κέραμον τῆς οἰκίας, τὰ δὲ ἀγγεῖα παρέδωκε τοῖς ἐφόροις καὶ τὰς σφραγίδας ἐπέδειξεν. ἐπεὶ δὲ ἀνοιξάντων καὶ ἀριθμούντων διεφάνει πρὸς τὰ γράμματα τὸ πλῆθος τοῦ ἀργυρίου καὶ παρεῖχε τοῖς ἐφόροις ἀπορίαν τὸ πρᾶγμα, φράζει θεράπων τοῦ Γυλίππου πρὸς αὐτοὺς αἰνιξάμενος ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιτάζεσθαι πολλὰς γλαῦκας. ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὸ χάρραγμα τοῦ πλείστου τότε νομίσματος διὰ τοὺς Ἀθηναίους γλαῦκες ¹⁾. Videtur igitur Lysander, cum satis magnam summam pecuniae domum mitteret, ad eam custodiendam novum quid et singulare excogitasse et singulis sacculis singulas scytalas clam inseruisse, in quibus aeris summa inscripta esset, quae unoquoque sacco conlineretur. Quo artificio effecit, ut ephori adveniente Gylippo et sacculis apertis statim pecuniam inventam cum numeris, quos singulae scytalae gerebant, conferre et Gylippi furtum deprehendere possent; ipse autem Lysander, si alteras partes scytalarum isdem summis notatas sibi reservavit, domum redux suas rationes cum ephorum rationibus comparare et si forte uni vel alteri scytalae alia, minore scilicet summa inscripta, substituta esset, fraudem detegere potuit ²⁾.

1) Eandem rem breviter repetit auctor in vita Nicia 25, ubi Gylippum ex mille talentis tantum *triginla* surripuisse tradit.

2) Cum artificio Lysandri porro conferri possunt Hesychius, qui de voce *σκυτάλη* inter alia haec habet: ἢ θύλακοι δερμάτινοι, et Schol. Pind. Ol. VI. 154: ἄλλοι δὲ, ὅτι ἔχρῶντο πλατεῖαις σκυτάλαις οἱ Λάκωνες, ἐγγράφοντες αὐτῶν τὰς ἐπιστολάς καὶ ἐγκλείοντες εἰς σκύτινα ἀγγεῖα καὶ οὕτω σφραγίζοντες. Qui loci manifeste ex narratione aliqua fraudis Gylippi originem traxerunt. Scholiasta autem more suo (de quo infra) res duas diversas confudit, scilicet artificium Lysandri et sollemne literarum commercium ephorum Lacedaemoniorum.

Postremo commemorandus est alius usus scytae, et ille ad prisca tempora referendus. Traditur enim bello cum Messeniis secundo Spartiatas, proelium commissuros, nomina sua in scytais parvulis, in clavulis vel tabellis ligneis inscripsisse, deinde illas ex laeva manu suspendisse quo facilius, si occidissent, a suis agnosci et sepeliri possent. Notitiam, quae ex Ephoro, satis antiquo fonte, defluxisse videtur ¹⁾, narrat Diodor. fr. VIII. 27. 2 (Dindorf): ὅττε μέλλοντες παρατάττεσθαι τὰ ὄνόματα σφῶν αὐτῶν ἐγράψαντο εἰς σκυταλίδα καὶ ἐξήψαν ²⁾ ἐκ τῆς χειρὸς, ἵνα τελευτῶντες μὴ ἀγνοῶνται ὑπὸ τῶν οἰκείων. Cf. Polyæn. I. 17. in Tyrtæo: ἵνα δὲ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναιρέσει γνωρίζοιτο ἕκαστος, ἐπὶ [τὰς] σκυταλίδας τοῦνομα γραψάντων καὶ περὶ τῇ λαίᾳ χειρὶ φερόντων κτέ. Optime rem enarrat Iustinus III. 5: „itaque tantum ardorem militibus iniecit, ut non de salute sed de sepultura solliciti, *tesseræ* insculptis suis et patrum nominibus dextro brachio deligarent, ut, si omnes adversum proelium consumsisset et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent”. Cui explicationi quicquam addere inutile videtur ³⁾.

Iam ut ea, quae hoc capite disputavimus, comprehendamus, haec fere sunt. Antiquis temporibus vulgo in Graecia morem viguisse scribendi in ligno, in baculis, in scytais; eiusmodi autem scytalas adhibitas esse ad omnes scripturae usus, ad literarum commercium quae per praeconem transferrentur, ita ut scytala fere illius ministerii insigne et perpetuum attributum facta sit, ad usus militares, denique in re argentaria ad pactiones consignandas, addito artificio, ut clava in duas partes dissecaretur, quae res unice apta erat ad fraudem detegendam et stipulantibus quam maximam fidem praestare valebat. Porro procedente tempore morem illum paullo molestiorem et inhabilem primo ex vita privata deinde etiam ex vita publica evanuisse videri, sed servatum esse Sparta, in illo antiqui moris et me-

1) Cf. I. Melber. Ueber den Quellen und den Wert der Strategemensammlung Polyæna. Ann. Phil. Suppl. XIV. p. 428.

2) σκυταλίδας ἄς ἐξήψαντο v. Herwerden.

3) Alium etiam usum scytalidos commemorat Aen. Tacit. XXII. 27: χρὴ σκυταλίδα ἔχουσιν σημεῖον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ παραδίδοσθαι τῷ πρώτῳ φύλακι. κτέ. Cum quo loco conferri potest usus tesseræ in re militari Romanorum.

moriam sacrario, ibi autem praecipue ephoros usos esse illo scribendi genere, quod temporum vetustate quasi sanctum et consecratum esset optimeque summi magistratus augustam maiestatem referre posset.

Itaque ephori hanc avorum consuetudinem sibi vindicasse et propriam fecisse putandi sunt ad iussa vel edicta sua regibus vel sociis vel peregrinis communicanda, et duplici quidem illa scytala quoties fieri posset, hoc est, cum aliquem ex suis, magistratum vel regem, a se dimitterent, usi esse videntur, ligni igitur in duas partes divisi alteram partem proficiscenti regi tradentes, qui mox, si ephororum literae allatae essent, partem a se conservatam ad earum fidem explorandam et probandam adhibere posset ¹⁾).

Itaque cave ne per scytaalā genus quoddam occultarum literarum intellegas neve duplicis scytaalae rationem ita explices, quasi partes illae instrumentum effecerint ad arcana et secreta nescio quo modo extricanda. Nam simplicissimum tantum artificium fuisse credendum est in pactionibus et documentis excoGITATUM ad fidem probandam adque praestandam integritatem et sinceritatem, eodem plane modo, quo postea in chartis et codicibus sigilla et subscriptiones in usu fuerunt.

III.

Restat, ut quam brevissime in alteram illam scytaalae explicationem, quam Gellii verbis huic dissertationi praemisimus, inquiramus, unde orta sit, si quidem fieri possit, et quomodo se propagaverit.

In qua investigatione sponte fere deferimur ad Alexandrinorum tempora et propter studia antiquitatis tunc maxime florentia, et quod scytala eiusque usus illa aetate iam satis evanuisse videtur ut viri docti in eam, tamquam in rem antiquam et obsoletam, inquirere potuerint et varias novasque opiniones, ut

1) Patet, postquam scytala semel divisa et distributa esset, eodem modo atque ephoros ad reges, etiam reges ad illos per scytaalā scribere potuisse. Tamen notandum ne semel quidem tales regum literas a scriptoribus commemorari, quo clarius apparet, quantopere ephori ius in scytaalā scribendi suum ipsorum privilegium reddiderint et quam recte Achaëus poeta scytaalās *κύβεις* nominaverit.

de re ignota et coniectura vel ratiocinatione assequenda, excogitare et proponere.

Et revera viri docti Alexandrini, qui primi in Archilocho operam suam et studium collocarunt, Apollonium Rhodium puta et Aristophanem Byzantium, facere non potuerunt quin in commentandis illis versiculis de quibus supra egimus, de scytala brevius vel fusius verba facerent. Quorum alter teste Athenaeo III. 85. (*μνημονεύων δ' αὐτῆς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῷ περὶ τῆς ἀχτυμένης σκυτάλης συγγράμματι*) libello vel commentario illustravit ¹⁾ illam ἀχτυμένην σκυτάλην, et quamquam ex iis, quae affert Athenaeus, nihil de ipsius libelli contextu colligi potest, tamen viro docto de significatione scytae expressis verbis disserendum fuisse, haud temere contenderis.

Paullo explicitius idem Athenaeus X. 451 d agit de libro, quem Apollonius Rhodius scripsit de Archilocho, ex quo haec afferuntur: *ὅτι δὲ λευκῶ ἱμάντι περιειλοῦντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες ἔγραφον ἃ ἠβούλουτο, εἶρηκεν ἰκανῶς Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχου.*

Primus igitur, quantum hodie videre possumus, Apollonius Rhodius novam illam scytae explicationem proposuit, per vocem scytaalā intellegens lorum album, literis inscriptum, clavae circumvolvendum, totum denique illud artificium, quod disertis verbis enarravit Gellius ²⁾.

In qua re hoc vel maxime dolendum est, quod ex rationibus et argumentis, quibus auctor huius opinionis interpretationem superstruxit, omnino nihil ab Athenaeo nobis traditur, ita ut testimoniis plane deficientibus de nostro tantum coniectare nobis supersit.

Susplicari autem licet etymologiam praesertim Apollonium,

1) Cf. A. Nauck. Aristoph. Byz. fragm. p. 273 seqq.

2) Est cur hic etiam Callimachi mentionem faciamus. Exstat enim notitia apud Hesychium in voce *σκ.: πίνακες ἐφ' οἷς ἡ Δίκη γράφει τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀμαρτήματα.* Cum quibus verbis Ruhnk. Ep. Crit. p. 171 contulit Callimach. hymn. Cer. 57: *Νέμεις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.*

Sive autem Callimachus sive alium poetam spectant verba ab Hesychio allata, locus certe notatu dignissimus est, qui evincit poetam Graecum, quisquis ille fuit, scytaalā tribuisse Iustitiae ad hominum delicta consignanda; quae res quam egregie consentiat cum iis quae in primo capite disputavimus et imprimis cum versu Achaei illic laudato, neminem fugere opinor.

vel quisquis hanc explicationem excogitavit, adduxisse ad opinionem suam de loro circumvoluto proponendam. Cuiusvis enim erat voces *σκυτάλην* et *σκῦτος* earumque derivata inter se coniungere, et ne nostris quidem diebus defuerunt qui haec vocabula e communi fonte (verbo *ξύω*) defluxisse putarent ¹⁾. Hinc apparet, qui fieri potuerit, ut res inter se dissimillimae coniungerentur; postquam autem semel explicatio per lorum accepta esse et constare visa est, iam minoris audaciae erat deinde addere illud lorum fuisse album, scilicet in quo literae ipsae facilius inscribi clariusque perlegi possent.

Sane supererat ut explicaretur, quomodo vox quae semper et ubique baculum, bacillum, lignum denique vel aliquid ligni simile significavisset ²⁾, lorum vel corium indicare posset; commode tamen ad hanc difficultatem expediendam praesto erat artificium illud, quod Plutarchus in loco mox tractando ³⁾ verbis *τῷ μετροῦντι τὸ μετρούμενον* designavit. Quae figura tamen vix id, quod vult Plutarchus, probare posse videtur. Etenim si recte rem intellego, illa metonymia hoc efficitur, quod optime Festi verbis (153. 21.) redditur, ut „ab eo quod continet significetur id quod continetur”; in scytala igitur, ut nomen instrumenti, in quo epistula scripta est, adhibeatur ad epistulam ipsam designandam. Quod quin in scytala saepissime acciderit, nemo opinor dubitabit, cum plerisque locis, quibus scytalae mentio fit, ut res ipsa docet, non lignum illud ipsum vel bacillum designetur sed potius epistula in ligno scripta, inque omnium antiquissimo illo versu Archilochi ipsum attributum *ἀχθυμένη* satis declarat non lignum sed nuntium, qui in ligno continetur, tristissimum, deinde accedente nova metaphora eum, qui nuntium tristissimum perfert, a poeta designari. Condonemus igitur Plutarcho inventum suum et figuram male huc arcessitam et iterum statuamus vocem *σκυτάλην* constanter baculum, clavam, lignum designasse

1) Nitzsch l.l. p. 75.

2) Cf. Stephanum. Qui quomodo in explicandis locis, quales sunt Plato Theaet. 209 D et Lucian. Somn. 3, de loro cogitare potuerit, equidem me non intellegere confiteor.

3) Plut. Lys. 19: καλεῖται δὲ δμωνύμως τῷ ξύλω σκυτάλη τὸ βιβλίον, ὡς τῷ μετροῦντι τὸ μετρούμενον.

neque temere credendum esse tale vocabulum in significationem lori vel corii abire potuisse.

Haec erant quae de Alexandrinis disserenda habebamus. Proximis saeculis siletur de scytala; apud Romanos demum scriptores eius mentionem factam invenimus, apud Nepotem scilicet et Ciceronem. Quorum prior in vita Pausaniae 3 haec exhibet: „id postquam Lacedaemonii rescierunt, legatos cum clava 1) ad eum miserunt, in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reverteretur, se capite eum damnaturos”. In quo loco inde ab Aldo usque ad Cobetum fuerunt, qui pro clava ipsam vocem *σκυτάλην* Nepoti reddere cuperent. Sed si lectiones librorum Mss. proxime observantes cum plerisque interpretibus 2) „cum clava” legimus, patet Nepotem non solum locum Thucydidis de revocatione Pausaniae optime et accuratissime vertisse, sed etiam rem ipsam et rationem scytalae rectissime intellexisse; nam verba Latina „clava, in qua erat scriptum” admodum simplicia et diserta neque per lorum explicanda esse quivis concedere debet. Quod cum sentirent interpretes ad vocem Graecam confugerunt, quae duas illas diversas significationes admittere videbatur, cum potius statuendum esset Nepotem recentiorem illam scytalae explicationem aut non habuisse cognitam aut sprevisse, certe sinceram et genuinam rei notitiam, quam ex Thucydide vel Xenophonte vel aliis Graecorum scriptoribus hausisset, integram nobis servasse et tradidisse.

Sequitur Cicero, qui obiter scytalam memorat in epistula ad Att. X. 10: „me caecum, qui hoc non viderim! nisi ad te epistolam Antonii. Ei cum ego saepissime 3) scripsissem nihil me contra Caesaris rationes cogitare, meminisse me generi mei, meminisse amicitiae, potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompeio, me autem, quia cum lictoribus invitus cursarem, abesse velle nec id ipsum certum etiam nunc habere, vide quam ad haec *παροινικῶς*” 4). Exscribitur epistula Antonii, deinde pergit Cicero: „Habes *σκυτάλην Λακωνικήν*. Omnino excipiam hominem”, etq. seq. Ex ultimis verbis, quae eo consilio adduntur, ut per-

1) lava Dan. A. P. lana B. M. R.

2) Cf. e. g. Nipperdey Opusc. p. 22.

3) Acquisissime Madvig.

4) Victorius *τυραννικῶς*, quod probat Boot.

stringatur insolentia et superbia Antonii, manifesto apparet locutionem *σκ. Λ.* a Cicerone tamquam proverbium adhibitam esse, quod iussum vel imperium severum et quasi absolutum designaret. Ceteroquin de Ciceronis opinione de scytala et quomodo sibi illam *σκ. Λ.* finxerit, cum res ipsa tantum summatim tangatur, omnino nihil docemur.

Primus Plutarchus quique post Plutarchum scripserunt, certis et haud ambiguis verbis novam illam scytalae explicationem exposuerunt; itaque iam ad eos pergendum erit et ad locum Plutarchi qui legitur *Lys. 19*, dignus quem totum exscribamus: *ἔστι δὲ ἡ σκυτάλη τοιοῦτον. ἔπᾶν ἐκπέμψασι ναύαρχον ἢ στρατηγὸν οἱ ἔφοροι ξύλα δύο στρογγύλα μῆκος καὶ πάχος ἀκριβῶς ἀπισώσαντες, ὥστε ταῖς τομαῖς ἐφαρμόζειν πρὸς ἄλληλα, τὸ μὲν αὐτοῖ Φυλάττουσι, θάτερον δὲ τῷ πεμπομένῳ διδῶσι. ταῦτα δὲ τὰ ξύλα σκυτάλας καλοῦσιν. ὅταν οὖν ἀπόρρητόν τι καὶ μέγα φράσαι βουληθῶσι, βιβλίον ὥσπερ ἱμάντα μακρὸν καὶ στενὸν ποιῶντες περιελίττουσι τὴν παρ' αὐτοῖς σκυτάλην, οὐδὲν διάλειμμα ποιῶντες, ἀλλὰ πανταχόθεν κύκλῳ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς τῷ βιβλίῳ καταλαμβάνοντες. τοῦτο δὲ ποιήσαντες ἅ βούλονται καταγράφουσιν εἰς τὸ βιβλίον ὥσπερ ἔστι τῇ σκυτάλῃ περικείμενον· ὅταν δὲ γράψωσιν, ἀφελόντες τὸ βιβλίον ἄνευ τοῦ ξύλου πρὸς τὸν στρατηγὸν ἀποστέλλουσι. δεξιόμενος δὲ ἐκεῖνος ἄλλως μὲν οὐδὲν ἀναλέξασθαι δύναται τῶν γραμμάτων συναφῆν οὐκ ἔχοντων, ἀλλὰ διεσπασμένων, τὴν δὲ παρ' αὐτῷ σκυτάλην λαβὼν τὸ τμήμα τοῦ βιβλίου περὶ αὐτὴν περιέτεινεν, ὥστε τῆς ἕλικος εἰς τάξιν ὁμοίως ἀποκαθισταμένης ἐπιβάλλοντα τοῖς πρώτοις τὰ δεύτερα κύκλῳ τὴν ὄψιν ἐπάγειν τὸ συνεχὲς ἀνευρίσκουσιν. καλεῖται δὲ ὁμωνύμως τῷ ξύλῳ σκυτάλη τὸ βιβλίον, ὡς τῷ μετροῦντι τὸ μετρούμενον.*

Vides rem satis perspicue et luculenter enarrari neque facile quicquam in verbis auctoris desideres. Et tamen vel in hac diligentissima descriptione insunt nonnulla, quae lectori moram iniciant, quod vel ex arbitrio auctoris addita vel ab eius proposito aliena videantur; quin videamus an antiquae illius traditionis, quam in oblivionem abisse credebamus, vestigia quaedam et elementa recentiori explicationi interspersa et admixta deprehendere possimus.

Ad quam rem primum velim attendas ad verba *βιβλίον ὥσπερ ἱμάντα*. Ex quibus apparet Plutarchum iam ulterius processisse

quam ipsos auctores novae de scytala opinionis. Nam cum hi etymologia, ut coniecimus, duce scytalam per lorum circum baculum involutum interpretati essent, lorum illud apud Plutarchum iam in comparationem relegatur et substituitur charta velut lorum. Quo facto merae fiunt tenebrae; etenim quamdiu scytala per lorum baculo involutum reddebatur, saltem aliquatenus intellegere poteramus quomodo hic vel ille, fallaci etymologia confisus, vocem quae bacillum designaret, per lorum accepisset; in Plutarchi vero invento etiam illud quamvis tenue filum, quod a pristina vocis significatione ad recentem interpretationem ducebat, omnino deficit nullaque causa apparet, cur eandem vocem baculum et chartam significare potuisse credamus.

Sequentes auctores Plutarchi rationem non secuti, explicationem scytalae per lorum retinuerunt, uno, quoad video, Ausonio excepto, qui pag. 283. vs. 23 (ed. Peiper) haec habet:

Vel Lacedaemoniam scytalen imitare libelli
 Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
 25 Perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus
 Non respondentes sparso dabit ordine formas,
 Donec consimili ligno replicetur in orbem.

Ceteri omnes interpretationem per lorum servaverunt; quid quod fuerunt qui eam augere et amplificare conarentur, ut Hesychius, qui inter varias huius vocis significationes *Φραγέλλια*, *λῶροι* exhibet itemque Photius; quasi vox scytala non semel, in uno hoc verborum connexu et quodammodo metaphorice sed saepius et proprie lorum significaret!

Secundum, quod in loco Plutarchi lectorem monuisse velim, continetur verbis illis: *ξύλα δύο στρογγύλα μῆκος καὶ πάχος ἀκριβῶς ἀπισώσαντες, ὥστε ταῖς τομαῖς ἐφαρμύζειν πρὸς ἄλληλα.*

Ultima lectorem aliquantulum morantur, quae neque cum loci totius tenore neque cum argumentatione auctoris satis conveniunt; haud facile enim dictu esse crediderim, quid in explicatione lori interesset, utrum scytalarum intersectiones apte congruerent, dummodo scytalae ipsae plane eiusdem formae essent, ita ut lorum uni vel alteri involutum eandem semper scripturam bene restitueret.

At aliter res se habet si statuimus unum idemque lignum in duas partes esse divisum, dein cum usus adesset, alteram partem

cum altera esse compositam et agnitum num eiusdem ligni et materiae essent, num „in intersectionibus inter se congruerent”.

Quid multa? Agnoscimus vestigia veteris traditionis, quae Plutarchus in explicatione recentioris de scytala opinionis servavit imprudens, quamquam ibi nihil ad rem faciunt et sententiam aliquatenus perturbant.

Eadem autem inconstantia cum etiam in aliis scriptoribus occurrat, liceat hic iterum observare, in antiqua explicatione opus fuisse duabus clavis *eiusdem originis*, quem ad finem unum lignum in duas partes dissecabatur, quo efficeretur, ut, sectionibus recte congruentibus, partes tamquam genuinae et inter se convenientes agnoscerentur; contra in recentiore opinione requiri duo bacula *eiusdem formae*, quorum utrumque ex quovis ligno fieri poterat, dummodo ambo eiusdem magnitudinis eiusdemque crassitudinis essent, ita ut lorum involutum literas bene redderet.

Quod autem vestigium pristinae traditionis in verbis Plutarchi agnovimus, ubi lignum describitur, quod in duas partes inter se congruentes divideretur, id etiam clarius apparet in senioris aetatis scriptoribus, Scholiastas dico Aristophanis et Pindari. Quorum prior ad Lys. 990 haec exhibet: σκ. Λ. ξύλον ἐστὶν εἰς δύο τεμνόμενον. καὶ τὸ μὲν ἐν δίδοται τῷ στρατηγῷ ἐξερχομένῳ, τὸ δ' ἄλλο κεῖται ἐν πόλει¹⁾, alter ad Ol. VI. 154 annotat: οἱ δὲ ὅτι ξύλον τι στρογγύλον, ὅπερ διαπρίζοντες τὸ μὲν ἡμῖσι κατεῖχον αὐτοῦ, τὸ δὲ ἕτερον εἰδίδουν τῷ ἀρμοστῇ τῷ ἐκπεμπομένῳ. — δεξάμενος ὁ ἀρμοστῆς περιεῖλει ᾧ εἶχεν ἐκεῖνος ἀποκόμματι κτέ. Nota porro Scholiastam Pindari, qui pergit enarrando recentiorem scytalae explicationem, postquam commemoravit lignum unum in duas partes dissecari, quod nihil ad suam rem, plane omisisse addere clavas illas eiusdem formae fuisse, quae res unice opus erat in eius explicatione, ita ut mox alterum adiungatur scholion tamquam plane novam interpretationem afferens: τινὲς δὲ ῥάβδους δύο ἰσοπάχεις καὶ ἰσομήκεις.

1) Frustra Blaydes Lysistr. p. 278 τετμημένον tentavit, ad quam coniecturam refutandam vel loci supra allati sufficiunt. Adde, quod coram testibus fieri solebat illa ligni dissectio, ut res ipsa docet et disertis verbis testatur locus Dioscuridis in praecedentibus citatus διαιρεῖν δύο μαρτύρων παρόντων, ita ut omnino tempus praesens requiri videatur.

Quo autem abire potuerit error, cum semel non intellexeretur ad quem usum et quo consilio lignum illud esset dissectum, optime percipitur ex eodem Scholiasta Pindari ad l. 1., ubi profert: *οἱ δὲ ὅτι ξύλον διαπρίζοντες ἔνδον ἀπέγραφον καὶ οὕτως ἀπέστελλον.*

Locum Plutarchi absolvimus. Proximus aetate A. Gellius est, cuius de scytala notitiam, tamquam omnium luculentissimam et disertissimam, in fronte huius dissertationis exscripsimus. Neque immerito imprimis ille a viris doctis hac in re citari solet, qui licet in re erraverit, tamen in verbis ipsis descriptionis suae ut sibi constaret assecutus est, ita ut nihil desideretur, nihil incongruum vel ineptum occurrat. Quo magis dolendum est textum ipsum corruptela laborare, imprimis in his verbis: „unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur, alterum domi magistratus *cum iure atque cum signo* habebant”. Sub quibus verbis cum nescio quid maioris momenti latere suspiceris, magnopere piget totum locum medicum suum nondum invenisse ¹⁾.

Sequitur Diogenianus, qui l. l. (Cent. III. 25) scytalam sic explicat: *ἐπὶ ξύλου γὰρ ἔθος ἦν εἰλοῦντας τὸ γραφέν, εἴτ' ἀφειλοῦντας οἷς ἐβούλοντο πέμπειν. οἱ δὲ δεχόμενοι ἴση σκυτάλη ἐφειλοῦντες ἀνεγίνωσκον τὸ γραμματεῖον;* itaque et hic recentiorem de scytala opinionem amplexus esse et breviter exposuisse statuendus est.

Contra Clemens Alexandrinus, qui illi succedit, pristinam scytalae explicationem servasse videtur, qui Stromat. II. p. 367 haec habet: *Ἰσασι δὲ Ἑλληνες τὰς τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐφόρων σκυτάλας νόμῳ ἐπὶ ξύλων ἀναγεγραμμένας,* qua brevi notitia tamen fere omnia, quae de scytala disseruimus, continentur.

De Ausonio iam egimus, itaque pergendum ad Hesychium. Qui praeter illam notitiam *Φραγγέλλια, λῶροι,* de qua supra disputavimus, ceteroquin satis accurate rem explicat: *σκ. Α. ἐπὶ τῶν ἀγγελιαφόρων τάσσεται. ἔθος γὰρ ἦν ἀρχαῖον τὸ χρῆσασθαι ταῖς σκυτάλαις ἀντὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι γραμματεῖων καὶ βιβλίων.* Patet iterum hic deprehendi antiquam traditionem sinceram et ab alienis additamentis integram servatam.

1) Götting: cum loro. Madvig, Adv. Crit. II p. 607: cum cura atque cum signo (obsignatum) habebant. Cf. etiam Hertz, Vind. Gell. alterae in Jahrb. f. Class. Phil. Suppl. VII p. 76, cuius satis ampla dissertatione tamen parum proficitur, et Hagen, Bursian's Jahresh. 1873. p. 1416. De obsignatione scytalae, quam innuit Madvig, nihil traditum est.

Ex Hesychio pendet Etymol. Magn. p. 720. 49: *σκυτάλη* δὲ *πίναξ*, *δέλτος*. *ἔθος* δὲ *Λακεδαιμονίοις* χρῆσθαι *σκυτάλη* ἀντὶ τῶν *γραμματείων*, et haec optima est notitia.

Ultimus citandus Photius p. 525. 21. in voce *σκ.*: *ἐπιστολή* *Λακωνική*. ἦν δὲ ἡ *σκυτάλη* *ξύλον* *ἐξεσμένον ἐπίμηκες*. *δύο* δὲ *παρὰ* *Λακεδαιμονίοις* *ὑπῆρχον* *σκυτάλαι*. *καὶ τὴν μὲν μίαν* *κατεῖχον* *οἱ ἔφοροι* *τῶν* *Λακεδαιμονίων*, *τὴν δ' ἑτέραν* *τῷ ἐκπεπομένῳ* *παρ' αὐτῶν* *στρατηγῷ* *παρεῖχον*. *καὶ ὁπότε* *ἰβούλοντό* *τι ἐπιστεῖλαι* *αὐτῷ*, *φέροντες* *ἱμάντα* *λευκὸν* *περιεῖλλον* *τὴν* *σκυτάλην*. *καὶ ἐπὶ* *τοῦ ἱμάντος* *ἔγραφον*. *καὶ ἀνελλίττοντες* *παρεῖχον* *τὸν ἱμάντα* *τῷ ἀποφέροντι*. *τοῦτο δὲ ἐποίουν ἵνα μὴ* *μανθάνωσιν* *οἱ ἀποφέροντες* *τὸ* *δηλούμενον* *ἐν αὐτῷ*. *ὁ δὲ* *στρατηγὸς* *δεχόμενος* *τὸν ἱμάντα* *τῆ* *ἑαυτοῦ* *σκυτάλη* *περιεῖλιπτεν*, *καὶ ἀνεγίνωσκεν* *οὕτως* *τὰ* *γεγραμμένα*. *λέγεται οὖν* *καὶ ἡ ἐπιστολή* *σκυτάλη* *καὶ αὐτὸ* *τὸ* *ξύλον*, *ἀφ' οὗ* *καὶ ἡ ἐπιστολή*. Cetera Photii verba iam supra attigimus.

Ex hoc fonte fluxerunt ea, quae de scytala habent Suidas in voce. *σκ.*, Moeris p. 346 Anecd. Paris. ed. Cramer IV. 175, 8, Scholiastae denique ad Thuc. I. 131 Aristoph. Av. 1283 Pind. Ol. VI. 154. Quos omnes exscribi vix opus est¹⁾, praesertim cum plerique annotationem Photii paene ad verbum repetiverint. Ex uno Scholiasta Pindari libet pauca afferre, quae hominis turbulentum ingenium, quod iam in superioribus arguimus, optime illustrent: *ἡ δὲ* *σκυτάλη* *τοιούτων ἐστὶ*. *Λάκωνες* *κήρυκας* *διαπεμπόμενοι*, *ξύλον* *μελαινοντες* *περιεῖλισσον* *λευκῷ ἱμάντι* *καὶ* *περιέγραφον* *τῷ* *τε ἱμάντι* *καὶ* *τῷ* *ξύλῳ*, *εἶτα* *ὑπέλυον*, *ὥστε* *τὴν ἀκολουθίαν* *τῆς* *γραφῆς* *μὴ* *σῶζεσθαι*, *εἰ* *μὴ* *προστεθεῖη* *πάλιν* *ὁ ἱμάς*, *καὶ* *οὕτω* *διὰ* *μὲν* *ἑτέρου* *τὸν ἱμάντα*, *διὰ* *δὲ* *ἑτέρου* *τὸ* *ξύλον*

1) Antiquae doctrinae reliquias satis mutilas servavit Scholiasta Aristophaneus in primo scholio: *τοῦ* *δὲ* *σκυτάλιον* *τὸ* *α* *ἐκτείνεται*, *ὡς* *ἐν* *Ὀλκάσιν*, *ἔνθα* *καὶ* *τὸ* *Νικοφάντος* [Kock. fr. 2.] *ἐξ* *Ἀφροδίτης* *Γόνων* *παρετέθη*. *οὐκ* *εἰς* *κόρακας* *τῷ* *χεῖρ' ἀποίσεις* *ἐκποδῶν* | *ἀπὸ* *τοῦ* *σκυταλίου* *(τοῦ* *δε* *Meineke)* *καὶ* *τῆς* *διφθέρας*; *οὕτω* *Σύμμαχος*. *ὁ* *δὲ* *Διδύμος* *σκυτάλια* *τὰς* *βακτηρίας*, *αἷς* *τὰ* *σκυτάλα* *τύπτουσιν*, *ὅ* *ἐστὶ* *τοὺς* *τραχήλους* *ἢ* *καῦσει* (L. *καίσει*) *βάκτρῳ* *καλίνῳ* *σκύταλα* *Φρύξ* *ἀνὴρ*. Ad Holcaudum locum cf. Pollux X. 178. Kock. fr. 418. 421. 422. Fallitur autem Schol. in iis, quae de α producta praecipit, cf. Eccles. vs. 76 et 78.

Notitia ex Didymo petita intricatissima est eo quod initium versus allati corruptum est, quod metrum claudicat, denique quod etymologia, quam probare studet auctor, admodum insolita videtur; adde quod nimis incertum est id quod perhiberi illic videtur, voces *σκύταλον* vel *σκύτα* vel *σκύτη* vel *σκύτος* collum vel cervicem vel totum caput significare potuisse.

ἀπίστελλον. — Confusio manifesta est. Tamen vel ex hac faragine effici posse videtur auctorem non tantum recentiorem sed etiam antiquam scytalae explicationem novisse, quas ambas quamvis contrarias et inter se pugnantes conciliare conatus nescio quid portentosi conflat.

Atque his testimonia antiqua absolvimus. Vidimus igitur, cum res ipsa et usus scytalae paullatim in oblivionem abisset, quod Alexandrinorum aetate factum esse coniecimus, viros doctos utpote de re obsoleta et ignota novam explicationem excogitasse et proposuisse; recentem autem illam interpretationem, ut par erat, mox praevaluisse, ita tamen ut antiquam traditionem non plane opprimeret. Cuius vestigia ubique fere lectori diligentiori apparent. Nam ii quoque scriptores, qui novae opinioni toti addicti sunt, elementa antiquioris doctrinae recentioribus interspargunt; antiqua autem traditio postquam intermorta fere in umbra diu latuit, apud hunc vel illum auctorem clare subito apparet seseque in vitam vindicat.

AD ARISTOPH. AV. VS. 1247.

Pithetaerus summa petulantia Iridem deorum nunciam irridens *nihil te moror, ait, et ipse Iuppiter si perget negotia mihi facessere,*

μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ δόμους Ἄμφιονος

καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἰετοῖς,

Aeschyli verbis ex Nioba tragoedia desumptis usus, ut docent nos scholia. Sed minime sufficit haec notitia ad *Amphionis* nomen defendendum, quod a Pithetaeri minis plane alienum esse nemo non videt, et in sinu opinor ridens interpretes Britannus annotavit: „A. has not much to do with it.” Nam ita uti tragicorum verbulis, id non facetum est, non ridiculum, sed ieiunum insulsum absurdum.

Itaque nullus dubitans quin mero errori proprium illud nomen debeatur, confidenter satis rescribo:

μέλαθρα μὲν αὐτοῦ καὶ ἀμφικίονας δόμους

καταιθαλώσω,

commodum autem in mentem venit versus Sophoclis, ubi Polynices *ἀμφικίονας ναοὺς πυρώσων* patriam suam invasisse dicitur (Soph. Ant. 285).

J. v. L.

AD AESCHYLI EUMENIDES.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



Vs. 96. ὦν γὰρ ἔκτανον
ὄνειδος ἐν Φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται.

Suspectus hic verbi passivi usus pro activo fecit ut adolescens proponerem ἐκνίπτεται, quamquam Aeschylus, si hoc verbo usus est, procul dubio scripsit ἐκνίζεται, quae lectio in se-
quiore formam detorta facillime abire potuit in ἐκλείπεται.

Vs. 120. Clytaemnestrae umbra ad Furias:

ἄγαν ὑπνώσσεις καὶ κατοικιτίζῃ πάθος·

Φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται,

quibus verbis repetitur quod modo dixerat: ἀνὴρ δ' οἴχεται
Φεύγων πρόσω, a somnolentis Diris non satis auditum. Quare
fieri potest ut vocula δὲ non sit genuina.

Vs. 217. εὐνή γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μόρσιμος

ἔρκου ἔστι μείζων, τῇ Δίκη Φρουρουμένη.

Pro μόρσιμος in tali quidem sententia expectabam θέσμιος,
i. e. νόμιμος, legitimus, quo adiectivo Aeschylus ter usus est,
substantivo autem θεσμός in hac fabula quinques.

Vs. 258. ὃ δ' αὖτε γ' οὖν ἀλκὰν ἔχων

περὶ βρέτει πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου

ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν (χερῶν Scal., θεῶν Blaydes).

Deleteo οὖν cum Hermanno et Dindorfio, conieci

ὃ δ' αὖτ' ἐς ἀλκὰν βλέπων κτέ.

Vs. 377. πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμα·
τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μέλαν πεπόταται,
καὶ δυοφερὸν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος αὐδᾶται
πολύστονος Φάτις.

Audātai dictum pro αὐδᾶ iam per se valde suspectum est, sed ipsum verbum prorsus inepte cum obiecto ἀχλὺν coniungitur. Procul dubio poeta dicere voluit sermonem sive rumorem multos gemitus cientem atra quasi caligine premere domum, ubi scelus perpetratum sit. Ferrem αἰωρεῖ, *suspendit*, sed certam medelam frustra circumspicio.

Vs. 459 ἀλλὰ νιν κολαινόφρων ἐμὴ
μήτηρ κατέκτα ποικίλοις ἀγρεύμασι
κρύψασα, λουτρῶν ἐξεμαρτύρει Φόνον.

Vulgo e Musgravii coniectura editur
κρύψασ', ἂ λουτρῶν κτέ.

Nonne probabilius est :

κρύψασα, λουτρῶν <δ'> ἐξεμαρτύρει Φόνον?

Vs. 482. ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
Φόνων δικαστὰς ὀρκίους αἰρουμένη
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.

Ex eiusdem Musgravii correctione vulgo scribitur
θεσμὸν τιν' κτέ.

Quoniam vero ipsa Areopagi institutio, quam infra vs. 681 sqq. pluribus describit poeta, his verbis significatur, nescio an minus aptum sit pronomen indefinitum, et transponendum suspicor :

τὸν θεσμὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον,

hoc institutum (τὸ δικαστήριον) *in omne aevum condam.*

Vs. 553. τὸν παντότολμον δὲ Φαμί παρβάταν
ἅπαντα παντόφυρτ' <ἄγοντ'> ἄνευ δίκας
βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν
λαῖφος ὅταν λάβῃ πόνος θραυομένης κεραίας.

Acute Wakefield

λαῖφος ὅταν λάκῃ, πόνοις θραυομένης κεραίας.

Sed etiam praetulerim :

λαῖφος, ὅταν λάκῃ τόνοις (s. τόνῳ) θρ. κ.

aut simili sensu :

ὄταν βᾶ γῆ τ.

Vs. 649. τούτων ἐπωδᾶς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ
οὐμός, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
στέφων τίθησιν οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.

Sententiae quidem bene consulit Rauchensteini coniectura

στέφων τίθησι, κοῦδὲν ἐν ταύτῳ μένει,

sed nullam habent tam violentae mutationes probabilitatem.

Fortasse sufficit

κοῦδὲν ἄρθμιον μένει

sive ἄρμενον, dictum pro ἀρμόδιον, i. e. ἠρμωμένον; et nihil
manet in comparibus suis.

Vs. 992.

Chor. τί οὖν μ' ἄνωγας τῆδ' ἐφυμῆσαι χθονί;

Min. ὀποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
καὶ ταῦτα (?) γῆθεν ἕκ τε ποντίας δρόσου
ἐξ οὐρανοῦ τε, κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα.

Nec quid sit εὐηλίως πνεῖν intelligo nec placet verbum ἐπιστείχειν.

Conieci:

κἀνέμων ἀήματα

εὐηλίον πνέοντ' ἐπιψύχειν χθόνα.

coll. Apoll. Rhod. II 525 γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιοι. Hoc ipsum
est quod *aprica* terra Attica requirit, quodque ei proprium esse
testantur hodieque omnes.

Quod ἀνέμων στίχες Pindarus dixit Pyth. IV 200, nihil ad rem.

Vs. 938. δενδροπήμων δὲ μὴ πνεοὶ βλάβα·

τὰν ἐμὰν χάριν λέγω·

Φλογμός τ' ὀμματοστερῆς φυτῶν, τὸ μὴ περᾶν ὄρον
τόπων,

μηδ' ἄκαρπος αἰανῆς ἐφερπέτω νόσος κτῆ.

Τὸ μὴ περᾶν significare ὥστε μὴ περᾶν nemo ignorat, sed quid
quaeso ea scientia huic loco prodest. Vs. 940 arena est sine calce.

Fortasse φυτῶν, quod propter praegressum δενδροπήμων ab-
undat, est glossema, quo delete, suspicor:

Φλογμός τ' ὀμματοστερής <δύναι>το μὴ περᾶν ὄρον
τόπων, κτέ.

Vs. 1044. σπονδαὶ δ' εἰς τὸ πᾶν ἐνδαΐδες οἴκων
Παλλάδος ἀστοῖς· Ζεὺς δ' πανόπτας
οὔτω Μοῖρὰ τε συγκατίβαν.
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

Ut e stropha apparet tres priores versus dactylici sunt, itaque primum tetrametrum dactylicum fuisse optime monuit Dindorf, sed frustra, critici enim plerique et nuper Blaydes anapaestos restituere conati sunt. Solus Hartung

σπονδαὶ δ' ἔστων ἐνθάδ' ἐνοίκων.

Quae verba quamquam sic ab Aeschylo scribi non potuerunt, hoc tamen bene perspexit agi de foedere Eumenidum cum populo Atheniensi. Non potuit autem poeta melius fabulam finire quam significando aeternum hoc foedus fore, faventibus Iove et Parca. Sed verba penitus depravata sunt. Aut fallor, aut in traditis litteris

ΣΠΟΝΔΑΙΔ' ἘΣΤΟΠΑΝΕΝΔΑΙΔΕΣΟΙΚΩΝ

solae genuinae sunt, quas quadrata scriptura exaravi. Quod si recte statuo, expleverim sic:

σπονδαὶ εἰς <αἰ> ἐν δ' αἶδε <μενοῦσιν>

Παλλάδος ἀστοῖς

traiecta, ut saepe apud tragicos, vocula δέ.

PRAESENSIO VERI.

Varro Rerum Rusticarum I. 12. 2 „Animadvertendum etiam si qua erunt loca palustria èt propter easdem causas (frigus et calorem) èt quod crescunt animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi, et per aera intus in corpus per os ac nares perveniunt atque efficiunt difficilis morbos”.

C. M. F.

AD TITULOS QUOSDAM RHODIOS NUPER REPERTOS.

SCRIPSIT

H. VAN GELDER.



Florent hodie studia epigraphica, dies diem nova edocet. Sic ego, cum ante paucos menses titulos omnes corpore uno comprehendissem dialectum Rhodiam exhibentes (Die Rhodischen Dialektinschriften, Vandenhoeck und Ruprecht 1899), jam ecce adducor, ut iterum de novis titulis Rhodiis exponam. Repertae enim sunt schedae Hedenborgianae quae semper latuerant, deprompsit inde titulos aliquot haud prorsus inutiles Angelus Scrinzi Venetus. Quos publici juris factos retractavit quidem Hiller von Gärtringen (Berl. Ph. W. 20. 16 sqq.); restant tamen etiam post Hillerum quaedam quae proferri possint.

Lectorem benevolum qui de schedis Hedenborgianis fortasse numquam comperit monitum velim, vixisse in insula Rhodo ab anno 1840 usque ad annum 1864 quo mortuus est medicum Suecum doctissimum, nomine Johannem Hedenborgum, ab omnibus qui tunc ex nostris regionibus Rhodios adibant ob singularem rerum Rhodiarum cognitionem summis laudibus elatum, qui materia undique corrassa spissis voluminibus quattuor vel quinque res Rhodias universas scribere sibi destinaverat. Nec tamen propositum exsecutus est: scripto enim cum omnia mandavisset, deerat artium liberalium fautor qui suis impensis opus tam copiosum de insula tam parva prelo submitteret. Perisse deinde per multos annos schedae Hedenborgianae credebantur; donec tandem, nullo jam exspectante in lucem posse eas revo-

cari, Pisis in urbe integrae emeruerunt. Venditatas exeunte anno 1896 emit Guido Marchese di Sommi Picenardi Romanus, vir rerum Rhodiarum Medii Aevi studiosissimus. Qui cui lucro cetera versurus sit adhuc exspectamus; sed titulos Graecos, quos permultos ab Hedenborgo exscriptos in ejus schedis invenit, amico suo edendos dedit Angelo Scrinzio, qui publici juris eos fecit in Actis Instituti Regalis Veneti (Angelo Scrinzi, *Iscrizioni Greche inedite di Rodi, Atti del R. Istituto Veneto di scienze, lettere ed arti*, LVII 1899, p. 251 sqq.). Titulorum quibus Hedenborg operam dederat longe major pars jam sensim innotuerat; quod nemo opinor mirabitur, qui memoria tenet, anno 1864 quo mortuus est ille titulos Rhodios nondum exstitisse centum, nunc suppeditare plus mille ducentos. Supersunt tamen quadraginta quattuor, quos prorsus adhuc ignotos ex ejus schedis nunc demum protulit Scrinzi; quorum duodecim paulo longiores sunt. Nec parva laus Scrinzio danda est, qui publici juris eos fecerit, deinde qui editionem bonam diligentemque procuraverit. Rem perfectam tamen quis homo umquam assecutus est? Condonandus ergo certe videbitur, si quaedam interdum aliis quoque emendanda reliquerit.

Titulus qui apud Scrinzium locum sextum obtinet „Iscrizione inedita” non est; ediderunt enim anno 1866 Foucart (Rev. arch. 13. 363 ann.), qui Smyrnae eum exscripserat apud cauponem, deinde melius anno 1872 Gelzer in Museo Rhenano (Rh. Mus. N. F. 27. 467; ex ejus apographo iterum edidit Foucart Assoc. relig. 236 n°. 59). Caupone Smyrnaeo auctore Trallianum lapidem esse scripserunt Foucart et Gelzer; Rhodium esse nunc asseverat Hedenborg. Cui fidem majorem habeo quam cauponi. Accedit quod Ἀλκιμέδων Ἀλκιστράτου Ὑγασεύς, cujus laudes hoc titulo praedicantur, uti jam vidit Scrinzi, in titulo recurrit G D I n°. 3790₁₃, civisque Rhodius igitur fuit. Versum ultimum sic tradit Hedenborg: „καὶ εὐεργεσίας ἐν (l. ἐς) τὸ κοινόν”; verius utique Foucart et Gelzer: „καὶ εὐεργεσίας τᾶς εἰς τὸ κοινόν.

Haec inscriptio novum argumentum praebet rei a me nuper demonstratae (Geschichte der alten Rhodier 195), Hygassenses, i. e. homines qui Peraeam Rhodiam habitarent, civitate Rhodia gavisos esse.

Titulus qui septimo loco profertur elogium est — ΕΙΑΙΣΤΟΤ

Ἄντιοχέως. Suspiciatur Scrinzi, homini nomen fuisse „[M]ε[γ]ίστου (?)”; ad literarum ductus etiam propius mihi accedere videtur „Ἡδίστου”. Nec nimiae temeritatis fortasse arguar, si, mecum reputans nomina propria graeca paulatim innotuisse Μειδίαν, Μειδύλον, Μειδυλίδην, Μειδύλιον, Μειδωνα, hoc loco novum nomen emergere conjecerim adhuc incognitum „Μειδίσκου”.

Inscriptio quae decima est victorem celebrat „νικάσαντα ΕΤ — — ΝΑ|ΚΑΙΛΑΜΠΑΔΙΔΕΣ — — ΡΙΑ”. Quid literae ΕΤ — — ΝΑ sibi velint, non intellego; conjicit Scrinzi „Ε(λ)[ευσί]ν(ι)α (?)”. Deinde scribit: „καὶ λαμπά(σι Ἐλ)ε(υθέ)ρια (?)”. Hic manifesti erroris facile convincitur; nam nihil mutandum est, λαμπάδι enim ἐνίκων Graeci (cf. Andoc. 4. 42; CIA 2 n^o. 4441₆₁; Michel Recueil n^o. 901₄, et GDI n^o. 4271₁₃, quibus locis ipsa verba occurrunt). Quosnam ludos locus respiciat, nemo pro certo dixerit; crediderim tamen equidem, legendum esse „καὶ λαμπάδι Διοσκούρια”. Memorantur ludi in fratrum geminorum honorem instituti (Διοσκούρια) in titulo GDI n^o. 4271₁₅, qui Cedreis repertus est, i. e. in illa Cariae parte quae Rhodiorum erat.

Titulorum omnium quos Hedenborgo debemus gravissimus est duodecimus. Ἀναγραφή illa est sacerdotum Neptuni Equestris, quam inde ab eo tempore, quo scripsit Guérin (Voyage dans l'île de Rhodes 1856¹, 188; 1880², 214) se vidisse quidem lapidem, sed molestum exscribendi onus detrectavisse, aegerrime desiderabant viri docti. Qua nobis ex improvise restituta nimirum gaudemus; nec tamen omnia laeta sunt. Nam cum catalogus ille nomina centum fere quondam exhiberet, neglectis ceteris duodeseptuaginta exscripsit Hedenborg; deinde illa quae dedit partim desperata, partim mendosa sunt. Rem ita explicat, ut facile excusetur: „Da der Marmor sehr übel zugerichtet und schwer zu lesen war, glaubten wir, in einer brennenden Sonnenhitze, es der Mühe nicht werth zu seijn, alle Priesternamen und Opferdiener zu abschreiben, da die Hauptsache gewonnen war”. Admirationem tamen ne moveat, titulum sicuti hucusque circumfertur amplam emendandi materiem praebere.

Ab tempore quo incisa est inscriptio initium faciam. Scrinzi, cum Δεινίαν Ἀνθαγόρα qui vs. 7 memoratur recurrere vidisset in titulis GDI n^o. 4154₄₃, et n^o. 4157₆, optime inde collegit, catalogum nostrum saeculi tertii a. Chr. n. esse. Indicia tamen

exstant aetatem tituli respicientia plura et certiora. Nam qui sacerdos verbi causa vs. 30 designatur, *Ἀγῆσανδρος Πολυαράτου*, est idem „*Ἀγῆσανδρος Πολυαράτου Ἀργεῖος*”, quem ex titulo G D I n°. 4154₁₀ jamdudum cognitum habebamus. Deinde *Εὐμένης Ἱεροφάνεως*, sacerdos duodequadragesimus (vs. 45), in inscriptione recurrit G D I n°. 4157₅₅. Ansam tamen omnium optimam aetatis hujus tituli definiendae praebet sacerdos undequadragesimus (vs. 46). Hominis nomen sic tradit Hedenborg: ΔΙΟ . . ΕΝΗΣΑΡΙΣΤ —. Supplevit Scrinzi „*Διο[γ]ένης Ἀριστ[ομάχου]*”. Noli tamen de ejus nomine dubitare: *Διογένης Ἀριστῶνδα* fuit. Hic enim vir jam titulis duobus inclaruit, G D I n°. 3749₁₀₁ et n°. 4158₇. Inter eos fuit, qui foederi subscripserunt inter Rhodios et Hierapytnios icto; quod foedus duce Nabero confidenter anno 220 assignare solemus. Constat igitur, annum quo sacerdos undequadragesimus sacerdotium gessit ab anno 220 non multum discrepasse. Haec quoque valent ad aetatem arctius circumscribendam tituli illius, omnium quos Lindus urbs hucusque tulit longissimi, G D I n°. 4157. Literarum ductibus confisi tertio saeculo ineunti titulum adscribebant viri docti (sic etiam nuperrime Hiller von Gärtringen Berl. Ph. W. 20. 21). Verum *Εὐμένης Ἱεροφάνεως*, cujus mentio fit in titulo illo (vide supra), anno eodem, ut nostro catalogo edocemur, sacerdos fuit Neptuni Equestris quo *Διογένης Ἀριστῶνδα*; certe non amplius anno uno ab eo distabat in sacerdotio illo gerendo. Rectius igitur saeculo tertio exeunti assignanda est inscriptio G D I n°. 4157.

Etiam sacerdotes alii sunt, titulo nostro memorati, quos jam antea cognoveramus. Vs. 22 B in mentionem incidimus [*Ἀρ*]χοκράτεως *Ἀρχιπρό[λι]ος καθ' ὑθεσίαν δὲ Λυσιστράτου*. Hominem agnoscimus titulis G D I n°. 4209 et 4210 laudatum. Aetas hinc efficitur titulorum illorum. Haec quoque pertinent ad inscriptionem alteram emendandam. Sic enim circumfertur G D I n°. 4210, elogium hominis nostri: [*Ἀρ*]χοκράτε[υς] *Ἀρχιπρόλιος Λινδοπολίτα, καθ' ὑθεσίαν [δὲ — — |Καττ]αβίου*. Cujus lacunae nunc medicina reperta est. Vs. 12 B deinde catalogi Hedenborgiani sacerdotem offendimus *Ἀριστοκράτη Στράταν[ος] καθ' ὑθεσίαν δὲ ΕΠΕΙΣΙ . . .* Qui homo sane aliunde notus non est; at filium ejus jamdudum tenemus. Inscriptio Delphica est (omnium postremus edidit Michel Recueil n°. 655), qua *πρόξενοι* enumerantur

Delphorum quotquot fuerunt ab anno 197 ad annum 170. Inter eos vs. 218 *Στράτων Ἀριστοκράτης* occurrit Rhodius. Qui πρόξενος anno 180₇₉ fuit. Neque ulla est causa, quin filium illum fuisse accipiamus hominis nostri. Conjecit denique jam Hiller von Gärtringen, sacerdotem qui vs. 30 B laudatur, *Παναίτιον Νικαγόρα καθ' ὕθεσίαν δὲ [Εὐφ]ρανορίδ[α]*, clarissimum philosophum esse, Scipionis et Laelii familiarem.

Ad emendationem jam transeamus nominum traditorum. Sacerdotes quattuor enumerantur *στατοί*. Quorum primus *Χαρίδαμος* appellatur *ΚΟΡΚΥΡΑΙΟΤ*. Quod nomen lateat, haud facile quispiam dixerit; ab literarum ductibus minime recedere videtur „*Δορκυλαίου*”. Sed obstat, quod nominis illius ne singulare quidem invenitur exemplum. *Δορκεύς* exstat, *Δόρκις*, *Δορκίνας*, *Δόρκος*, *Δορκίων*, *Δόρκων*, *Δορκίλλεις*, *Δορκύλος*; deest adhuc *Δορκυλαῖος*. Nil tamen refragatur, quin ab nomine „*Δορκύλος*” recte derivatum esse „*Δορκυλαῖος*” sumamus. Sacerdos quartus *ΠΑΣΤΩΡΙΔΑΣ Ἄ[κ]εστορίδα* est. Apud Scrinzium *Παστορίδας* est, quod nomen proprium Graecum neque est neque esse potest; levissima mutatione „*Καστορίδας*” nomen assequimur. Cum tamen pater Ἄκεστορίδας appellaretur, ad veritatem proxime accedere mihi videor, si filio quoque illud nomen fuisse conjecerim.

Inter sacerdotes plus sexaginta qui annui fuerunt secundus *Πυριλάμπης* est *Ξένωνος*, non (*Ζήνωνος*, uti scribit Scrinzi; exemplar Hedenborgianum rem liquido demonstrat. Sacerdoti sexto (vs. 12) non nomen est *Εὐρυκράτει Πανκρέωντ[ος]*, uti est apud Scrinzium et Hedenborgum, sed *Πανκρέωντ[ος]*. Sacerdos octavus (vs. 14) sic traditur: .. *ΟΛΤΚΛΗΣΡ* .. *ΚΡΑΤΕΤΣΙΠΠΟΑ*. Restitutio incerta est; locum certe non expedit Scrinzi, coniciens „*Πολυκλῆς Πολυκράτης Ἴπποα*”. Nam, ut de ceteris taceam, quid sibi vult Ἴπποα? Patris nomen ultro sese offert *Κρατήσιππος* (cf. CIG 2 n^o. 2479); filio fortasse nomen fuit *Πολυμνήστω*, *Πολυκλείδα* vel *Πολυκλείτω*. Omnium tamen verisimillima haec suspicio mihi esse videtur. Notissimum nomen Graecum *Εὐκλῆς* est; a quo derivatur nomen *Εὐκλήσιος*, cuius unicum exemplum, atque hoc quidem Rhodium, invenitur (G DI n^o. 4157₉). Sic, nisi fallor, *Πολυκλῆς* nomen nullo negotio in „*Πολυκλήσιος*” abiit; *Πολυκλήσιος* autem cum loco nostro optime quadrat.

Sequitur sacerdos (vs. 15), cui nomen indidit Hedenborg

„ . . ΡΗΣΙΔΑΜΜΟΣ . . . ΚΡΑΤΕΤΣ”. Scrinzi „Σωκράτεις” supplevit; rectius fortasse Σωικράτεις scripsisset, quae nominis forma re vera apud Rhodios exstitisse videtur (cf. G D I n^o. 3790₄₁). Filii nominis non ita difficilis restitutio est: in suspicionem statim incidimus, ei nomen fuisse Ἀγησιδάμω. Sacerdos duodecimus [Θε]δδ(ω)ρος est ΚΛΕΙΤ . ΠΟΤΟΤ (vs. 18). Veram conjecturam fortasse Scrinzi protulit „Κλει(σ)[ιμβ]ρότου; etiam magis tamen arridet Κλε(υμ)[β]ρότου. Sacerdos quartus decimus (vs. 20) sic traditur: . . . ΣΓΟΡ . . . ΟΙΝΕΤΣ. Nihil supplevit Scrinzi; nulla tamen dubitatio esse potest, quin patris nomen „Γοργοσθένης” fuerit. In titulo G D I n^o. 4157, cui saepius cum nostro homines idem communes sunt, filii quattuor memorantur Γοργοσθένης cujusdam, quorum nomina omnia in ς desinunt (G D I n^o. 4157₁₀₃). Sequuntur sacerdotum nomina multa, quorum vestigia nulla vel fere nulla sunt.

Sacerdos tricesimus quintus (vs. 41) non [Ἀν]δρό[τι]μος Ἀντιστεῦς fuit, uti scribit Scrinzi; nam quid est Ἀντιστεῦς? Ἀντισθένης fuit vel tale quid. Qui sequitur sacerdos (vs. 42) Ἀνδρωνιδας fuit Φιλίνου, non Ἀνδρονιδας. Excipit alius (vs. 43), cui nomen fuit Ἀρατίδᾱ ΑΓΕ . . ΟΣ. Suspiciatur Scrinzi legendum esse „Πέλοπος”. Verum praecedit litera A; quam quae est causa, cur eliminemus? Deinde Πέλοψ nomen est heroum, non mortalium. A vero non longe abesse mihi videor, cum suppleendum esse conjecerim „Ἀγε[πλόι]ος”. Ἀγέπολις nomen est, iis qui rebus Rhodiis student notissimum: Ἀγέπολις legatus Rhodiorum saepius fuit apud Romanos bello Macedonico tertio; Rhodius alius innotuit, hoc nomine praeditus (Journ. Hell. Stud. 9. 89 n^o. 2).

Sacerdos quadragesimus quintus . . . ΑΡΦΙΤΙΜΟΤ est (vs. B 9). „Ἀρχιτίμου” Scrinzi proposuit; possis nihilominus de „Ἀμφιτίμου” dubitare. Sequitur sacerdos (vs. B 10), qui Hedenborgo et Scrinzio Ἀμμόνικος est. Vix tamen quemquam fugere potest, hic „Δαμόνικος” nomen latere. Vs. B 14 sacerdotem offendimus [Ἀ]γήσανδ(ρο)ν . ΚΙΩΝ — . De quo conjecturam proferre liceat admodum incertam. Titulus G D I n^o. 3819₁₆ Rhodium quendam laudat Ἀγήσανδρον Παιωνίου. Hic quidem saeculo primo floruit; sed nescio an loco nostro proavus ejus respiciatur, ita ut suppleendum sit „Παιωνίου”. Sacerdos quinquagesimus tertius . . ὄννος Παισιμάχου est (B 18). De loco sanando dubitari nequit: Δίοννος

nomen Graecum est, apud solos Rhodios hucusque repertum (G D I n^o. 3791₁₃₃). Sequitur vs. B 19 .. ΡΟΦΤΛΟΣ Μνασαγόρ[α] sacerdos. .. ρόφ(ι)λος Scrinzi proposuit; quidni [Χω]ρόφ(ι)λος (cf. I G S I n^o. 2718₄)? Ab literarum ductibus tamen qui traduntur non magis abhorret nomen Κριτόφυλος. Deinde sacerdos memoratur (vs. B 20), qui Hedenborgo . ΣΤΟΝΟ . ΟΣΠΟΛΕΜΑΧΟΤ, Scrinzio . . στονος Πολεμάχου, mihi autem [Ἄρι]στόνο[μ]ος Πολεμά(ρ)χου est. Vs. B 25 in mentionem incidimus ΔΑΜΟΣΤΡ . . ΝΑΤΚΑΝΑΡ . . sacerdotis. Medicamen certum loci non exstat; verisimile tamen videtur, hic nomina latere „Δαμόστρ[ατο](ς) Λυ(σ)άνδρ[ου].

Titulum quintum decimum sic excipit Hedenborg: ΑΡΙΣΤΟΒΟΤΛΙΑΣ|ΕΙΣΡΟΔΟ. | ΛΑΔΡ[Ι]ΜΙΟΣ. Elogium titulum esse, et versu tertio legendum esse „Λαδάρμιος”, iam vidit Scrinzi. Nec minus certa ratione versui secundo succurri potest. Neque enim latet εἰς Ῥόδον, uti Hedenborgo, neque „Ἡροδότου ο simile”, uti Scrinzio persuasum erat; latet nomen rarissimum, sed Rhodium, [Π]εῖσ(ι)ρόδο[υ]. Pisirrhodus unus innotuit, Diagorae nepos, qui certamine Olympiaco vixisse traditur (Paus. 6. 7. 2 et 3). Patri Pisirrhodi nostri nomen fuisse videtur Ἄριστοβούλω.

Titulus sextus decimus elogium est: [Ἐρ]μοκύδης Ἐρμοκρέοντος Βρυκουντίας. Incognitum hucusque nomen muliebre Ἐρμοκύδη est. Apud Rhodios Ἐρμορόδη quaedam memoratur (G D I n^o. 3838₁₂); quod nomen num loco nostro accommodatius sit, quis pro certo effecerit?

Elogium titulus quoque vicesimus primus est. Λακράτης, si fidem Hedenborgo Scrinzioque habemus, ibi laudatur Ἱεροφάνους Τλώιος. Lapis interiit; sed dubito, num re vera Λακράτης in eo fuerit. Nam civem Rhodium novimus Φιλοκράτη Ἱεροφάνους (G D I n^o. 3761₂₉). Neque absurda suspicio est, non nomen rarissimum Λακράτη hoc elogio exhiberi, sed civis Rhodii memoriam servari jam aliunde cogniti.

Elogium aliud in titulo exstat vicesimo quarto. Στράτος Ἐπικράτ(ε)υς ibi celebratur Βυβάσσιος. Iterum anceps haereo, num recte sese habeat versus primus, crediderimque fere, mutilum esse, legendum esse „Πολύστρατος”. Cum enim Στράτος nomen proprium sit paene ignotum, ducis Rhodii fama ad nos pervenit Ἐπικράτους Πολυστράτου (cf. B C H 10. 112 sqq. n^o. 2; unde

desumpsit Michel Recueil n^o. 391). Anno 200 rem contra Philippum Macedonem gessit navalem. Hujus Epicratis sive patris sive filii elogium nobis servasse videtur Hedenborg.

Inscriptio duodetricesima elogium est *Ἀγχιστράτου Ἀγχιστράτου καθ' ὑποθεσίαν δὲ ΦΙΧΗΡΑΤΤΝΤΟΤ*. Conjecit Scrinzi „[Κ]ρατ(ίππ)ου ο qualche cosa di simile”; coniecero ego „Φιληράτου”. Philierati multi in terra Rhodiorum fuerunt (IG I 1 n^o. 964 Add.; GDI n^o. 4135₁₉; 4136₁₈; 4322₂₂; Ath. Mitt. 21. 45 n^o. 16); literas tres postremas in apographo suo imprudens iterasse videtur Hedenborg.

Titulus tricesimus tertius mulierem laudat *ΗΑΣΤΩ Ἐφεσίαν*. Annotat Scrinzi: „Il nome va corretto in *Ἀγχισώ* o simili”. Haec emendatio violentior fortasse cuipiam videbitur. Violentiam paulo minorem mihi assecutus esse videor substituendo „*Χαριτώ*”. *Χαριτώ* nomen muliebre apud Rhodios occurrit in titulo GDI n^o. 4346.

In honorem scriptus est *Τελεωνος ΑΓΓΗΣΙΟΣ* titulus tricesimus sextus. *Ἀγγήσιος*, quod nomen Scrinzi commendat, nihili est; confidenter repono „*Ἀγχισίος*”. *Ἀγχις* nomen Rhodi in insula occurrit GDI n^o. 4016; 4121_; 4198₁₇; 4245, 75.

Titulus quadragesimus alter hic est: *ΦΙΛΟΤΑΧΡΗΣΤΕ*. Elogia talia qui bene novit, non duce Scrinzi in lapide quondam fuisse asseverabit „*Φιλότα χρηστὲ*”, sed „*Φιλώτα χρηστὲ [χαῖρε]*”. Idem valet de titulo quadragesimo quinto: „*Δόξα χρηστὰ [χαῖρε]*”.

ADDENDUM.

Titulum nobilissimum, foedus Rhodiorum et Hierapytniorum exhibentem (cf. supra p. 399), de quo praeter ceteros optime meruerunt Cobet et Naber, non perisse accipio, uti vulgarem hominum opinionem secutus annotavi GDI n^o. 3749 p. 411; meliora me docuit Angelo Scrinzi, Musei Civici praefectus apud Venetos, qui titulum, diu foedissime neglectum, in lucem denuo protractum Venetiis in Museo Archaeologico reponendum curavit, deinde edidit novoque commentario instruxit (La guerra di Lyttos e i trattati internazionali Cretesi, Atti del R. Istituto Veneto IX, Ser. VII. Venezia 1898, Ferrari).

Tituli, quem edidi GDI n^o. 3799, lectionem emendatiorem praebuisse Wescherum (Rev. Arch. 12. 1865 p. 223) monuit me Hiller von Gärtringen.

AD GEOPONICA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici de re
rustica Eclogae. Recensuit Henricus Beckh.
Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri MDCCLXV.

Lib. I p. 3, 8. *συνείλεται* (sc. *τουτὶ τὸ βιβλίον*) *ἐκ τῶν Φλωρεντίνου καὶ Οὐϊνδανιανίου — καὶ τῶν Κυντιλίων*. Desiderantur in hoc indice nomina ARATI (tit. I 2—4), ARISTOTELIS (tit. XV 26, sed *Ἀριστοτέλους* om. codd. L(aurentianus 28, 23) et M(arcianus 25), DIONYSII (tit. I 11), PTOLEMAEI (tit. I 13), unde apparet eclogas ita inscriptas non ex ipsis horum operibus a Cassiano Basso descriptas esse, sed sumtas ex uno alterove scriptore eorum, quibus se usum esse affirmat.

I 5 § 5. *κατ' ἐκείνας γὰρ τὰς ἡμέρας οἱ μ' ἰμάρτυρες τοῖς πάγοις παραδοθέντες ἐμαρτύρησαν*. Procul dubio corruptum est *πάγοις*, sed ignorans quinam Martyres significantur et quo supplicio perierint, quid lateat (*σταυροῖς* aliudve) reperire non potui.

I 11 § 9. *ἀστέρες διαπίπτοντες κτέ*. Hoc verbum de stellis transcurrentibus nusquam vidi adhibitum. Contra in vulgus noti sunt οἱ ΔΙΑΙΤΤΟΝΤΕΣ (*διὰπττοντες*) *ἀστέρες*. Etiam *διατρέχειν* dicuntur.

I 12 § 36. *τῷ Φθινοπῶρῳ γίνεται πνεύματα ὑδατώδη κτέ*. Legitur hoc praesens in mediis futuris *ἔσται — ἔσονται — ἔσονται — ἔσται — ἔσται — ἔσται — ἔσται — τελευτήσει*, ita ut in probro

scriptore de restituendo *γενήσεται* nullus dubitarem, in Casiano vero, qui perpetuo ambo tempora confundit, codices sequi praestiterit.

I 14 § 12. καὶ ἵππου ποταμίου τῆς δορᾶς ἀποτμήματα, καθ' ἑκάστου τῶν τερμῶνων τεθέντα, τὴν τῆς χαλαζῆς ἴσθησιν ἀπειλὴν. Perinepte haec observatio seorsum a reliquis tempestatis remediis in fine capituli posita est, nisi forte Africanus voluit significare hoc remedium sibi, non antiquis, deberi. Praecedat enim § 11 ταῦτα μὲν εἴρηται τοῖς ἀρχαιοῖς — αὐτὰ συνέγραψα, ἵνα μὴ δόξω τι παραλιμπάνειν τῶν τοῖς ἀρχαιοῖς εἰρημένων.

1, 15. ξύλα δαφνήσας παρθένου κνήμας ἀλληωρῆσαι· cum v. l. ἀλλιόρισαν. Verba funditus corrupta.

II 3, 1. οἱ παραθαλάσσιοι τόποι εἰσὶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὑγιεινότεροι καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀνακεκλιμένοις τόποις πρὸς βορρᾶν νεύοντες. Quia πρὸς βορρᾶν pendet ab ἀνακεκλιμένοις, locus non est participio νεύοντες. Nec tamen deleverim, quia pauca verba post βορρᾶν excidisse arguunt quae statim subsequencia his opponuntur: οἱ δὲ πλησίον ἐλῶν καὶ λιμνῶν ἢ ἐν κοίλοις τόποις ἢ πρὸς νότον ἄνεμον ἢ πρὸς δυσμᾶς κεκλιμένοι νοσώδεις. Quare vide an splendendum sit: οἱ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ οἱ ἐν τοῖς ἀνακεκλιμένοις τόποις πρὸς βορρᾶν <καὶ οἱ πρὸς ἀνατολὴν (-s. λᾶς)> νεύοντες.

II 4, 1. ἐνθα πεφύκασι λύγοι — ἢ κόνυζα, ἢ ὄθλεις, ἢ κάλαμοι. Pro ignoto vocabulo ὄθλεις Schneider proposuit ὀφλεώς, quod notare neglexit editor. At articulo saltem locus non est.

§ 2. ἐν ᾧ ἂν βούληται τις τόπω, ὄρυξάτω βόθρον βάθει πηχῶν τριῶν καὶ ποιησάτω ἄγγειον μολιβοῦν. Ne forte requiras πορισάσθω aut προχειρισάσθω, cf. II 6, 42 κατεσκευασμένον ἔχειν μολιβοῦν ἄγγειον. Sed mendum manifestum est in verbis sequentibus hisce καὶ δύνοντος ἡλίου, ἐλαίῳ διαχρισάτω ἐν τῶν εἰρημένων, καὶ λαβῶν ἔριον πεπλυμένον, ξηρὸν καθαρὸν, ὡς παλαιστιαῖον, δησάτω κατὰ μέσον τοῦ ἔριου μικρὸν λιθάριον καὶ προσκολλησάτω ἔσω τοῦ ἄγγείου [τὸ ἔριον dele] κηρῷ, ὥστε μὴ ἐκπεσεῖν κτέ. Corrigendum esse λι(κ)ᾶριον apparebit cum ipsam rem consideranti

tum comparanti eiusdem rei descriptionem Π 6 § 42 — καὶ λαβόντα ἔριου μαλλοῦς δύο ἢ τρεῖς πεπλυμένους διαξάναντα καλῶς, δῆσαι μέσους λίνω, τὸ δὲ λίνον προσκολλῆσαι κηρῶ πρὸς τὸν πυθμένα ξισῶθεν τοῦ ἀγγείου κτέ. Postquam e λινάριον factum est λιθάριον, necessario addendum erat quod delevi τὸ ξριον, quo restituta genuina lectione facile, opinor, carebimus.

Π 5, 12. συντήρει δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἡλίου λάμπει κωνώπια ἀναπετόμενα εἰς ὄρθρον ἄνω καὶ συντρεφόμενα ὡς περ δοκίδα. Verba εἰς ὄρθρον male coeunt cum praegressis. Corrigatur εἰς ὄρθρον. — Sequentia § 13 sic expleantur: δέον δὲ ἐξ ὑψηλοτέρου τόπου σκοπεῖν <σκοπεῖ> τῷ μὲν θέρει ἐν ταῖς μεσημβρίαις, ὅτε <ὁ?> ἀὴρ καθαρὸς καὶ ἡ γῆ ξηροτάτη εἴη· κτέ.

Π 6. Hoc caput inscriptum ὑδροσκοπικὸν Δημοκρίτου non clario illi physico deberi nuper idoneis argumentis demonstravit EUGENIUS ODER in docta commentatione *de aquilegibus antiquis* (*Quellen-sucher im Alterthum*) edita in Philologi Suppl. VII 2 a. 1898, e Posidonio Rhodio ea fluxisse suspicatus. Democriti illius non esse eo facilius mihi persuasit, quod omnino nihil eorum quae Democriti nomine a Basso afferuntur magnum philosophum auctorem habere planissime constat, minus propter vitia sermonis, quae Byzantinis excerptoribus imputari possint, quam propter ridiculas superstitiones, quae si ipsius essent, immerito Abderitas suos risisset, omnium quippe Abderitarum ineptissimus. Fueritne autem Democritus scriptoris a Basso excerpti verum nomen an de industria fictum ignoro, nec multum refert scire; certum puto eum fuisse auctorem recentem, ut reliquos, quorum nomina affert I p. 3, 8 sqq. Compluribus locis hoc caput feliciter emendavit ODER, qui § 2 ἔδαφῶν corrigit pro ὑδάτων, § 4 init. κατὰ pro τὰ, § 27 extr. εοικέναι pro εἶναι, alia quae apud ipsum legantur l. l. p. 369 sqq. Locus § 4 nondum persanatus videtur. Scripserim: <κα>τὰ μὲν οὖν πεδία δι' ὅλης ἐπέχοντα τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον ἐξαμέλγειν τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξατμίζειν, ὅθεν τὰ μὲν τελείως ἄνυδρα ὑπάρχει, ἐν οἷς δὲ καταλείπεται τινα τῶν ὑδάτων, ἀλμυρὰ εὐρίσκεται πάντως, τοῦ ἐλαφροῦ καὶ γλυκεῖος ἐξ αὐτῶν ἀναλίσκομένου, καθάπερ καὶ <κατὰ> τὴν θάλατταν συμβέβηκε. — Nec § 8: τινὰ δὲ τῶν ὑδάτων παρὰ τὰ ὑδάτα μὲν τὰς ὑπὸ ὑψείας μὴ ἐκφανῆ γίνεσθαι,

ποιησάμενα δὲ ἕως τινὸς ὑποφορὰν κατὰ γῆς οὕτως εἰς τὸ Φανερόν ἐκθλίβονται. τὸ δὲ σύνολον διὰ τὸν ἀνάγοντα τόπον ἕως θαλάσσης Φανέντα ἐξωθεῖσθαι, ubi ἀτμὸν et ἀχθέντα pro τόπον et Φανέντα coniecit Oder, illud coll. Aristot. de plant. II 1 p. 822 b, 25 Vitruv. VIII 3, 2 Lucr. VI 883. Ita tamen verbo composito ἀνάγοντα locus non est, sed requiritur ἄγοντα; nec sanum arbitror initio ταύτας, pro quo αὐτὰς scribendum suspicor.

II 8, 1. καλὸν μὲν αὐτομάτου ὄρους ἀμφιλάφειαν ἔχειν ἐν τῷ ἀγρῷ, εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει τοῦτό σοι, οὐ δυσχερὲς καὶ ὄρη ὑλώδη καταφυτεῦσαι. Manifestum est αὐτόματον ὄρος significare non posse quod sententia postulat *montem natura consilium arboribus*. Intellexerem αὐτομάτως ὑλώδους (s. δασέος) ὄρους, sed nescio an multo facilior correctio in promptu sit αὐτόματον ὄρους ἀμφιλάφειαν. Quia enim ἀμφιλαφής saepe usurpatur de arboribus *patulis*, potuit scriptor substantivo ἀμφιλάφεια tribuere notionem *sive late patentis*. De forma communi αὐτόματος = αὐτομάτη vid. Thesaur. Gr. s. v.

II 13, 3. τοὺς δὲ κυάμους καὶ τὸν πιστόν (l. πίσον cl. XIV 1, 5 XVIII 19, 8. In cod. Laur. est πίστον) σπαρτέον πηλώδους οὔσης τῆς γῆς, εἰς γὰρ κατάξηρον γῆν κόπτονται πρὶν φῦναι, καὶ διαφθείρονται. Manifeste post γῆν excidit participium σπαρέντες sive ἐσπαρμένοι.

II 14, 3 σπεῖρειν προσῆκον ἀπὸ ἰσημερίας Φθινοπωρινῆς, ἣτις ἐστὶ πρὸ δύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων. Male haec concinunt cum I 1 § 7 ἢ δὲ μετοπωρινῇ (sc. ἰσημερία ἐστὶ) τῇ πρὸ δεκτῶ καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἥτοι πρὸ ἕξ. Cf. I 1 § 9. Antiquiori traditioni dies *octavus*, recentiori *sextus* convenit, sed procul dubio δύο corruptum est.

II 15, 1. πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν τῆς ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἐν τινι τόπῳ ἀπὸ ἐκάστου σπέρματος [πρὸς] ὀλίγον μέρος δοκιμασίας ἔνεκεν σπεύρουσιν. Deleatur importuna praepositio nata fortasse e cauda vocabuli praegressi.

II 18, 3. εἰ δὲ καρκίνους ποταμίους, τουτέστι πα-

γούρους, εἰς ὕδωρ βαλὼν ἐάσεις ἡμέρας οκτώ, καὶ ἐκ τούτου τοῦ ὕδατος ἐξωθεν τὸν σπόριμον καταρρανεῖς, οὐκ ἀδικηθήσεται τὰ σπέρματα οὐδὲ τὰ φυτὰ ὑπὸ πτηνῶν. Apud veteres πάγουροι semper sunt cancri marini et sic infra V 50 § 1: καρκίλους ποταμίους πλείστους ἢ παγούρους θαλασσίους — εἰς ἀγγεῖον — μεθ' ὕδατος ἔμβαλε κτέ., quod praeceptum X 89, 1 ita sonat καρκίλους, τουτέστι παγούρους, ποταμίους ἢ θαλαττίους, — εἰς ὕδωρ βαλὼν κτέ.; unde fere nescio an locus, quem nunc tractamus, corrigendus et explendus sit. Cf. etiam X 87, 2 ἐὰν καρκίος (l. καρκίος. Vid. Arcad. p. 65, 16), τουτέστι πάγουρος, αὐτῇ περιαφθῆ. Contra loco nostro melius legitur ἐκ τούτου τοῦ ὕδατος quam X 89, 1 ἐκ τοῦ ὕδατος.

II 21, 11. αὕτη γὰρ ὠφελεῖ μὲν οὐδέν, πρὸς οἷς δὲ καὶ βλάπτει. Necessarium videtur πρὸς δὲ καὶ βλάπτει. Vocola οἷς dittographema videtur. Deinde legitur: ἐν γὰρ τῷ κλείονι χρόνῳ πᾶν ὄπερ ἂν δυσῶδες ἦν (ἤ?) διέπνευσε, καὶ εἴ τι δὲ σκληρόν, ἐμαλακύνθη. Aut καὶ abiciendum, aut δὲ in δὴ mutandum puto.

II 22, 3. τοῦτο γὰρ τὸ ὕδωρ ἰλυῶδες ὄν καὶ θολερὸν αὖξει [εἰς] τὴν ἐγκειμένην κόπρον καὶ συσσήψει πολλῇ καλοποιήσει. Deleta absurda praepositione recipienda fuerat Needhami correctio, ne commemorata quidem a Beckhio, καλλίω ποιήσει (cod. Η καλοποιήσει).

II 26, 6. Τὰ δὲ τιθέμενα ἐπὶ τῆς ἄλλω γενήματα (fruges) τὴν τομὴν ἐχέτω πρὸς μεσημβρίαν. ἔσται γὰρ πληρέστερα, καὶ εὐμαρέστερον ἀλοηθήσεται. Quid hoc praeceptum facere potuerit ad maiorem plenitudinem, non exputo. Vix aliud auctor scripsit quam σκληρότερα, utpote siccata solis calore.

II 36, 4. Ἴνα δὲ ἀκμάζοντας (τοὺς ἐρεβίνθους sc.) μηδεὶς δύνηται φαγεῖν, σικύου ἀγρίου καὶ ἀψινθίου σπέρμασι λειωθεῖσι μεθ' ὕδατος, κατὰ πέντε ἡμέρας ὄρθρου ἐπίρραινε. Procul dubio hoc remedio cavebatur, ne quod animalculum ciceres comederet. Sed non potuit ita dici μηδεὶς. Ferrem μηδέν, sed fortasse peritit aliquod substantivum. Aptissima correctio fuerit μὴ κίς δύνηται φαγεῖν.

II 39, 8. τοῖς δμφαλοῖς λειωθέντες [καὶ] ἐπιτιθέμενοι (θέρμοι sc.)

τοὺς ἔλμινθας ἐκβάλλουσι. Quia dativus pendet a participio ἐπιτιθέμενοι, voculae quam delevi locus non est.

II 40, 3. καὶ λίνος δὲ ὁμοίως τοῖς ἰλυώδεσι χαίρει τόποις. Imo λίνος, quod pro λίνον legitur etiam in papyris Aeg. Cf. Papiers du Louvre n^o. 22, 28 (Philometorum aetate): ὥστε κομίσασθαι ἡμᾶς τὸν λίνον τὸν κατ' ἐνιαυτὸν κτέ. Plura autem in Geoponicis reperiuntur Aegyptiacae Graecitatis vestigia. Bassum natione Phoenicem fuisse crediderim ob locum II 14 § 5.

II 42, 2. λαβὼν πέντε ὄστρακα ζωγράφησον ἐν αὐτοῖς ἀπὸ κριταρίου ἢ ἀπὸ ἄλλου τινὸς λευκοῦ τὸν Ἡρακλέα πνίγοντα λέοντα. Intellige κρηταρίου, vocabulum Latino-Graecum a *creta* derivatum, quo caret Thesaurus. Similiter passim in Geoponicis a Beckhio editur τ/λις (sic), licet multi codd. meliorem scripturam τῆλις exhibeant. Eiusdem farinae sunt γλιχωνίτης, γλίχωνα VII 7 et alibi pro γληχ.

II 44, 3. Hiant verba sic corrigenda et explenda codicum ope: ἀλλοτρῖους πόνους (cum P pro λόγους) μὴ μισθούσθω (sc. ὁ οἰκονόμος), μηδὲ ἐργασίαν γῆς <πλὴν τῆς> δεσποτικῆς ἀναδέχεσθαι cum Laurentiano, nisi quod hic cod. πλὴν τοὺς τῆς exhibet. Possis etiam γῆς <ἄλλης ἢ> δ.

II 45, 4. κάλλιστον μὲν οὖν, ἐὰν πολλοὶ ὦσιν, εἰς δεκάδας τάσειν τοὺς ἐργαζομένους, ἐὰν δὲ ὀλίγοι εἰς ἐξάδας, καὶ οὐ πεντάδας. Ambigo corrigamne ἢ καὶ πεντάδας an καὶ οὐ <μείους ἢ> πεντάδας. Tum § 5 requiro ἰσαριθμῶν γὰρ σκαπτόντων, ἢ ἀκολουθία ὑπὸ αὐτῆς τῆς (pro τῆς αὐτῆς) ἰσότητος διασωθήσεται.

II 46, 3. Lege πλέον δὲ τῶν ἀμπέλων εὐκολώτερον <ἢ> ἀμίνιος ἐργάζεται, ἢ δὲ Συρεντίνος τούναντιον. Haec vitis similiter vocatur IV 1, 14 V 17, 8; 27, 2 XVII 9, sed ἀμίννατος IV 1, 3. VIII 2.

§ 5. κλαδεύεσθαι δὲ τὸ πλεθρον ὑπὸ τεσσάρων δύνασθαι παραπεφύλακται· βλαστολογεῖσθαι δὲ τὴν πρώτην βλαστολογίαν ὑπὸ ἐνὸς ἐργάτου, καὶ πολλῶν ἑλαττον τὴν δευτέραν. Utrum corrigendum est ἑλάττον(α οὖσαν), an ἑλαφρότερον?

Π 47, 4. ἐπειδὴ δὲ τῶν ἐν ἡλίῳ ἐργαζομένων Φλέγων ὁ ἥλιος βλάπτει τὰ σώματα καὶ τὰς Φλέβας, μὴ ἀντέχοντα πρὸς τὴν τοσαύτην καῦσιν, δεῖ τὰς τροφὰς αὐτῶν αἰρεῖν, ἵνα μὴ ἄπαξ, μηδὲ δεῦτερον, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ πολλάκις ἐσθίωσιν. Vix credibile est editorem non vidisse pro absurdo ΔΙΠΕΙΝ sententiam postulare ΔΙΑΠΕΙΝ, *dividere, dīaireĩn*.

In § 12 vitiose *μυγάλαι* editur pro *μυγαλαῖ*.

Π 48, 1. συμβουλευούσι τινες μὴ ἐξ ὑγιεινῶν τόπων εἰς τοὺς νοσώδεις μεταφέρειν τὰ φυτά, καὶ τοὺς γεωργούς, ἀλλὰ μάλλον ἐκ χειρόνων εἰς τοὺς κρείττους, ἢ ὁμοίους, ἢ εἰς τοὺς μὴ πολλῶν ἐλάττους. Nota *ἐλάττους* usurpatum pro *χείρους*, de quo usu frustra consului Thesaurum.

ΠΙ 2, 2. Legerim τούτῳ τῷ μηνὶ φυτεύ(σ)ομεν τοὺς καλάμους, cl. § 1 μεταθήσομεν, § 3, 1 ληψόμεθα, § 3, 3 θεραπεύσομεν, ib. 4 ἐπιθήσομεν, 5 φυτεύσομεν, etc.

§ 9. pro *ἀπίων* recte Laur. habet *ἀπίων*, quae forma et alibi quamvis in vitis libris restituenda videtur.

ΠΙΙ 5, 9. Haec paragraphus loco suo mota videtur. Propter argumentum enim expectatur statim post § 2.

ΠΙΙ 6, 7. τῷ αὐτῷ δὲ μηνὶ τὴν καλουμένην βικίαν τέμνειν χόρτον τε χλωρὸν ὄντα καὶ ξηραίνειν τερσάνη αὐτὸν ἐν σκιᾷ, οὕτως γὰρ ἂν γλυκὺς ἔσται. Editor adnotans tantummodo „τερσάνη om. P” incogitanter textum sanum esse putavit. Ceterum non simpliciter male sanum vocabulum cum Palatino textui eximendum, sed *τερσάνη* leviter depravatam e genuina lectione *τερσαίνειν* existimo, qua restituta expellendum esse eius glossema *ξηραίνειν*.

ΠΙV 1, 2. σφένδαμος forma nihili pro σφένδαμνος, quod legitur X 3, 3 XVIII 16, 1, nec melior quam σφένδανος, quod ex aliis codd. attulit editor in var. lect.

ΠΙV 3, 1. ἐπειδὴν τὰς μεγάλας ἀμπέλους ἄπαξ καὶ δεῦτερον γυροῦν τουτέστι περισκάπτειν ἀρξώμεθα, κτέ. Scatent Geo-

ponica huiuscemodi interpretamentis Graece scientibus prorsus inutilibus, quae quin non ipsis scriptoribus, qui a Basso excerpti sunt, debeantur dubitari nequit. Utrum vero Bassus an librarii addiderint difficiliter dictum est.

§ 6. δεῖ τοίνυν τοῦτο φυλαττομένους ἀφαιρεῖν τῷ ὄνυχι οὕτω τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς μὴ συγχωρεῖν βλαστάνειν, καὶ εἰ νεόποδες εἶεν ἐκφύοντες, καὶ τούτους καθαιρεῖν χρῆ. Evidenter etiam posteriore loco requiritur idem verbum ἀφαιρεῖν.

§ 9. ἰσχυρότεροι δὲ αἱ ῥίζαι γίνονται, δευτέρῳ ἔτει ἀποτεμενομένου τοῦ κλήματος [δηλονότι ἀπὸ τῆς ἀμπέλου], ἵνα μὴ βλάβῃ τὴν μητέρα ἐπὶ πολὺ προσκειμένον τὸ φυτόν. Ne Bassus quidem ista addere potuit. Ceterum hinc corrige § 1 ἄνευ τοῦ <τῆ> μητρὶ ἐνοχλῆσαι. Cf. etiam § 10, ubi bis recte scriptum est τῆς μητρὸς et τῆ μητρί.

IV 12, 4. Corrigo: εἰ δὲ ἀνάγκη γένοιτο ἐν τῷ ὕψει ἐγκεντριζεῖν (sc. τὴν ἀμπέλον) διὰ τὸ ἐν βάθει <μῆ> εἶναι λειότητα, προπαρασκευάσας χάρακα, πρόσδησον τούτῳ τὸ ἐν ὕψει ἐγκεντριζόμενον διὰ τοὺς ἀνέμους· τινὲς δὲ καὶ τοὺς ὄμους αὐτῆς (sc. τῆς ἀμπέλου) ἐγκεντριζουσιν. Vulgo abest negatio et legitur αὐτοῦ, pro quo utrum αὐτῆς legendum sit an αὐτῶν ambigens illud tamen praetulerim. *Humerus* (ὄμος), teste Columella III 10 § 4, est *id sarmentum, quod media vite situm est*. Negationem a me insertam, si opus, confirmabit locus § 13: δεῖ δὲ τὰ ἐν ὕψει ἐγκεντριζόμενα εἶναι λεῖα καὶ ὀμαλὰ κτέ.

V 2, 5. χρῆ γὰρ τὰς μὲν φύσει ὑγροτέρας (sc. ἀμπέλους) ἐν τοῖς αὐχμώδεσι καὶ ξηροτέροις τόποις φυτεῦν, τὰς δὲ ξηροτέρας ἐν τοῖς ψυχροῖς καὶ ὑγροῖς. Verba ultima sensu cassa sunt; nam ut vitibus natura siccis terra humida utilis esse facile intellegitur, ita obscurissimum est cur iisdem prosit terra *frigida*. Turbatum vero hic esse a librariis confirmat magna lectionum varietas, quam vide apud Beckhium. Scribendum suspicor ἐν τοῖς λιπαροῖς, apta enim est oppositio inter λιπαροὺς et αὐχμώδεις, ut apud Xenophontem Comm. II 1 § 31 ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος φερόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρας περῶντες. Cf. etiam in vicinia § 6 et 7.

V 2, 10. καὶ ὄλων, ὄπου δ' ἂν φυτευθῆ τὸ τούτου τοῦ οἴνου φυτόν, τῶν ἄλλων πολὺ καλλίονα οἴσει τὸν καρπὸν. Imo vero ὄπου δ' ἂν, i. e. ὄπου δὴ ἂν. — Sequitur: οὕτω γὰρ καὶ ἡ σταφυλὴ αὐτῆς πρὸς βρῶσιν ἡδίστη καὶ νεκταρώδης ἐστίν, ὡς καὶ τὰς μελίσσας ἐπινέμεσθαι πρὸς τὴν ταύτης τροφήν. Nemo non sentit praesertim monitus ineptissime haec dicta esse et aut verba πρὸς τὴν ταύτης τροφήν expungenda esse, aut ἐπινέμεσθαι mutandum esse in ἐπιπέτεσθαι.

Obiter e § 11 (τοὺς δὲ κρεμαστήρας τοὺς μετεωρίζοντας τὸν βότρυ) Thesaurο Graeco s. v. κρεμαστήρ addatur huius vocabuli notio qua caret. Omnino Geoponica a Thesauri conditoribus minus diligenter excerpta sunt.

§ 19. Requiro: εἰς ἡδυοινίαν δὲ πασῶν ἀδηρίτως καλλίων ἢ θηριακῆ (sc. ἄμπελος) ἤς (pro ἤ) Δημόκριτος καὶ τῷ ὑγιεινῷ καὶ τῇ καλλιοινίᾳ μαρτυρεῖ.

V 3, 1. Φοτύριον καλεῖται, ἐν ᾧ τὰ φυτὰ <τὰ adde> μεταφυτεύεσθαι μέλλοντα κατατίθεται. Recte articulus non repeteretur, si esset ἐν ᾧ τὰ φυτὰ μεταφυτεύμενα κατατίθεται.

V 9, 8. Corrupta sunt verba οἱ δὲ λίθοι κωλύουσιν ἐμπεσεῖν τὴν εὐρυχωρίαν, sed quomodo corrigenda sint non video.

V 17, 3. ἡδὺν δὲ ὁμοίως τὸν οἶνον φέρει καὶ ἡ παραπλησία αὐτῇ τῇ ἀμιννίᾳ ἄμπελος, ἢ — δρόσαλλις. Aut αὐτῇ delendum, utpote dittographia natum ex παραπλησίΑΤΗΙ ἀμιννίᾳ, aut τῇ ἀμιννίᾳ, ut pronominis interpretamentum, sufficientis, quia in praegressis ἡ ἀμιννία commemoratur. Absurdum est quod vulgatur.

V 19, 2. πάντες γὰρ οἱ λίθοι ὄντες ἄνωθεν καὶ διὰ τοῦ θέρου τὰ στελέχη προσκαίουσι, θερμαινόμενοι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, διὰ τὸ ἐμμένειν ἐν στερεῷ σώματι τὴν θερμότητα καὶ πάλιν διὰ τοῦ χειμῶνος ψυχροὶ οἱ λίθοι γινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ μικροί, παρεστηκότες τοῖς στελέχεσι βλάπτουσιν, ὥσπερ τούναντιον <ᾠφελούσιν> οἱ ἐν βάθει ὄντες· καύματος γὰρ ὄρα οὗτοι τὰς ρίζας ἀναψύχουσι.

De meo inserui necessarium verbum ὠφελούσιν, sed praeterea haud dubie depravatam est μικροί, pro quo ipsa rei natura flagitat contrariam notionem οἱ μείζους, ut in praegressa sententia § 1 recte legitur ἀλλὰ καὶ τοὺς λίθους ἐκφοροῦνται, καὶ μάλιστα τοὺς μείζους. Superfuisse videtur MI = MEI, et perperam expletum.

V 21, 2. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς γυρωτέον, δεύτερον, εἴθε δὲ καὶ τρίτον. Quis haec intelligit? Quantilli negotii fuisset reponere εἰ δὲ δεῖ, καὶ τρίτον.

V 30, 1. ἀρκείω (= ἀρκτεῖω) στέατι τὸν Φλοῖον ἐπίχριε, καὶ οὐ ποιήσει Φθειρας ἢ ἄμπελος, ἢ ἀρκείω στέατι τὰ δρέπανα χρίε μηθενὸς εἰδότης (quod alibi quoque saepe additur; aliorum enim, praesertim malevolorum, conscientia magicorum praeceptorum vim frangere credebatur), ἐν οἷς (= οἷς) τὰς ἀμπέλους τέμνοισ· ἢ γὰρ τοῦ ἀλείμματος γνώσις καταλύει τὴν ὠφέλειαν· καὶ οὔτε Φθειρες οὔτε παγετὸς ἀδικήσει τὴν ἄμπελον· ἢ χρίε τὰ δρέπανα σκοροῶν τετριμμένω μετὰ ἐλαίου. Huius sectionis ope sic redintegrandam est § 2: ἐὰν δὲ τὰς ἐν τοῖς ῥόδοις εὕρισκομένας κάμπας ἐν ἐλαίῳ ἐψήσας ἀλείψῃς τὰ δρέπανα, (οὔτε ἀπὸ) τούτου οὔτε ἀπ' ἄλλου ζώου ἢ πάχνης (= οὔτ' ἀπὸ πάχνης?) ἀδικηθήσεται ἢ ἄμπελος.

V 34, 1. ὅταν ἢ ῥάξ τοῦ βότρου ὀροβιαία γενομένη ξηραίνεσθαι ἄρχηται, τότε πᾶν τὸ ξηραϊνόμενον τοῦ βότρου μέρος — ἀφαιρεῖς, ἔπειτα κατάχριε τὴν τομὴν τέφρα μεμιγμένην ὄξει δριμυτάτῳ. Imo ἀφαιρεῖ aut ἀφαιρήσεις, ut v. c. cap. 41, 1 θεραπεύσεις et passim alibi sic adhibetur futurum. E libris HP affertur ἀφαιρεῖν, sed infinitivus pro imperativo ab his scriptis alienus videtur.

V 44, 5. ἔνιοι δὲ τοῖς μώροις, τουτέστι τοῖς καρποῖς τῆς βάρου, πεπανθεῖσι παρατρίβουσι ταῖς χερσὶ σχοινίον, κτέ. Sic interpungendum ante, non post πεπανθεῖσι, ut fecit editor, qui saepe verba male distinxit. Eodem errore X 29, 2 dedit: ἐὰν λυγίσῃς τοὺς κλάδους αὐτῶν, τουτέστι περιστρέψῃς (adde virgulam) ἄπαξ ἢ δις.

V 52, 2. Φύλλων ἀμπελίνων ἐψυγμένων ὑπὸ ἡλίου. Saepe in hoc libro ψύχειν ponitur pro ξηραίνειν. Vid. Beckhii Ind. verb. s. v. ψύγω, quae pessima forma bis male edita est IX 33, 2 et XI 26, 3, nam priore loco cod. H recte habet ψύχουσιν, posteriore autem M ψύχειν. Cf. II 27, 2 VIII 6, 3. Contra sequiorum usu teritur Aor. Pass. ἐψύγην = Att. ἐψύχην.

VI 2, 2. τοὺς δὲ πίθους ἐδραστέον μὴ ψαύοντας ἀλλήλων — καὶ ἴνα, ἐὰν εἰς πίθος τράπη, μὴ συνεπισπάσῃται τοὺς πλησίον. Hoc loco optime illustratur notissimus versus Aristophanis Pac. 613: καὶ πίθος πληγείς ὑπ' ὄργῃς ἀντελάκτισεν πίθῳ.

Haereo in § 10, ubi editur e libris ἐὰν δὲ ἀγρίους (ἀγρείους L) οἰκῶμεν τόπους, τὸ ἔδαφος (τῆς οἰνοθήκης scil.) πλίνθοις καταστρωτέον εἰς ὕψος ἀνάγοντας, καὶ ἐπὶ τοῦ καταστρώματος τοὺς πίθους ἐδραστέον ὑποβάλλοντας τῆς ἄμμου. Corrigendum arbitror ὕγρους.

VI 3, 9. Supple: ἔστωσαν δὲ οἱ πίθοι μὴ μεγάλοι· οὐκ ἐπὶ πλέον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις <τὸ γλεῦκος> ἀναζει, ἄτε μὴ στενωχωρούμενον, πλεονάζον δὲ αὐτὸ ἐαυτῶ ἐπανίσταται, καὶ οὐ μόνον τὴν ὄσμην ἀλλὰ καὶ τὸ ἄνθος ἀποπτύει. Cf. cap. 12, 2 et cap. 16, 2.

VI 4, 2. ὅταν ἡ ὄξυνος γένηται. Forma nihili pro ὄξινης, ut recte scriptum est cap. V 10, ubi HP exhibent ὄξυνην. Loco nostro partim subveniunt FH, in quibus est ὄξινος.

VI 17. ἀχράδας, τούτεστιν ἀππίδια (ἀπίδια recte LM) τὰ ἀμότατα, βάλε εἰς τὸ γλεῦκος, καὶ ἐὰν ἔχη ὕδωρ βολίζονται· ἐὰν δὲ μὴ ἔχη, ἐπιπλεύουσιν. Corrigendi viam monstrant quae leguntur XX 46, 5 ἄλμης στακτῆς δεδοκιμασμένης, οὕτως ὡς ὠν ἐμβληθὲν ἐπιπλεῖν (ἐὰν δὲ βυθίζηται, οὐπω ἔχει ἄλας τὸ ἀρκῶν) κτέ. Si sanum sit, quod dubito, βολίζονται, vertendum *bolidis instar fundum petunt*.

VII 7, 8. δεῖ δὲ τὸν γεωργὸν πολλάκις γεύεσθαι τοῦ οἴνου, τοῦ τε νέου καὶ τοῦ παλαιοῦ, ὡς ἂν μὴ λάθοι αὐτὸν ὃ Φεύγειν μέλων. Notabilis verbi Φεύγειν vis, qua ponitur pro δξίζειν sive τρέπεσθαι. Cf. vernaculum verbum *verfliegen*, Germanicum *sich verflüchtigen*.

IX 1, 1. Ἀθηνᾶ τε καὶ Ποσειδῶν ἐρασθέντες τοῦ τόπου ἄμιλλαν εἶχον πόλιν κτίσαι ἐπὶ τῷ τούτων ὀνόματι. Male editor sprevit optimam Laurentiani lectionem ἑαυτῶν.

IX 19, 8. τὸ γὰρ ἐξ ἐλαφρᾶς τῆς θλίψεως πρόρρυτον ἥδιστον καὶ λεπτότατόν ἐστιν. Vox procul dubio corrupta. Beckh ne commemorat quidem aptam Nicolai coniecturam πρόχυμα. Cf. VI 16, 1. Laurentiani lectio πρόρρυτον coniecturae deberi videtur minus felici.

IX 22, 1. κηρὸν λευκὸν μετὰ ἐλαίου καλοῦ ἔψησον, καὶ ὡς ἐστὶν ὑγρὸν ἔμβαλε· καὶ ἄλλας Φρύξας ζεστοὺς ὄντας ἔμβαλε. Suspicor καί, ἕως ἐστὶν ὑγρὸν, ἄλλας Φρύξας ζεστοὺς ὄντας ἔμβαλε. Prius ἔμβαλε cum sequenti copula est insititium.

IX 23, 2. τινὲς δὲ καὶ ἀμφότερα (sc. ἐλαίας χλωρὰς et ἀπαλοὺς κλάδους τῆς ἐλαίας) ἐμβάλλουσιν (sc. εἰς ἀγγεῖον); ὀθονίῳ δηλονότι ἐνδήσαντες καὶ ἄλῶν κεκομμένων συμμίξαντες. (3) χρὴ δὲ μετὰ τρεῖς λαμβάνειν τὴν ὀθόνην, κτέ. Haplographema pro τρεῖς <ἐκ>λαμβάνειν, estimere.

IX 26, 1. ἐλαίῳ καθαρῷ ἀπὸ πάσης ἀμόργης ἄγαν ὑπερζέοντι τριπλάσιον ὕδατος μὴ ἄγαν ὑπερζέοντος καὶ ἄλλας ὀλίγους κεκομμένους καὶ λελειωμένους πάνυ ἐπίβαλε (ἔμβαλε?), καὶ κινήσας καὶ συνταράξας ὡς διὰ παντὸς τὴν μίξιν γίγνεσθαι, ἕασον διάστημα ἐφ' ἡσυχίας ἕως ἂν εἰς τρόπον ἀμόργης ὑφίζηση τὸ συμβληθὲν ὕδωρ. Satin certum putas reponendum esse διαστήναι?

IX 27, 2. τοῦτό ἐστι τὸ καλούμενον Λιβυρνικόν, καὶ αὐτοὶ Ἰστριανοί. Suspicor καὶ <χρῶνται> αὐτῷ Ἰστριανοί.

X 1, 3. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν δένδρων πᾶν πληρούσθω ῥόδων καὶ κρίνων καὶ ἴων καὶ κρόκου. Vix recte pro κρόκων.

X 3, 1. διάφοροί εἰσιν αἱ τῶν δένδρων φυτεῖαι. Φανερὰ γὰρ δένδρα ἀπὸ σπέρματος χρήσιμα πρὸς φυτείαν· ἕτερα δὲ ἀπὸ παρασπάδων — τινὰ δὲ ἀπὸ πασσάκου· ἔνια δὲ ἀπὸ κλάδων. Pro Φανερὰ exspectamus ἕτερα. Num forte Φανερώς γὰρ <ἕτερα>

δένδρα κτέ.? Plura autem esse in hoc capite quae offendant diversos arborum catalogos inter se comparantibus facile apparebit.

X 4, 4. ἕως ἂν αὐτὴν ὁ ἐρώμενος παραμυθήσεται. Imo παραμυθήσεται.

X 14, 1. ἐπίγραφον ἐν τῷ ταύτης (sc. τῆς ἀμυγδάλης) Φλοιῷ χαλκῷ γραφείω εἴ τι ἂν βούλει μὴ βαθέως, κτέ. Lege ὅ τι ἂν βούλη (βούλη cod. F).

X 64, 6. φλώμου ρίζαν. Imo φλόμου, ut recte habet Laurentianus. Idem scripturae vitium, licet pars codicum praebeat genuinam vocabuli formam, editor vitiorum studiosissimus admisit etiam X 87, 2 XVI 16.

X 78, 3. οὕτω δὲ σχηματίζεται τὸ φυτὸν ἐφ' ἄπαλον ὄν. Vocabulum nihili manifesto corruptum ex ἕθ' ἄπαλον.

XI 3, 1. οὐα forma suspecta pro ὄα.

XI 5, 2. μετὰ δὲ τοῦ σπόρου ταῦν κυπαρίσσων σύσπειρον κριθὰς ἀραιάς, καὶ πολλαίς αὐτῶ τῶ ἐνιαυτῶ ἀνδρόμηκες αὖξει ἢ κυπαρίσσω. Lege τῶ αὐτῶ et idem vitium corrige XIV 7, 24 κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν et 8, 1, ubi eadem verba recurrunt.

Mox § 4 pro θριγγοῦ in cod. F exstat melior forma θριγκοῦ.

XI 20, 3. ἐντιθέασιν εἰς ἀγγεῖα κεράμεια νέα ἀκούνιστα, τουτέστιν ἀπίσσωτα κτέ. Alia corruptela cod. L habet ἀκονίστα. Ex interpretamento ἀπίσσωτα liquet corrigendum esse ἀκόνιστα.

XII 11, 4. μηνὶ Ἀπριλλίῳ σπείρεται εἰς τὸ λῆγος σευτλομόλυχον. Imo εἰς τὸ λῆγον, nam substantivi λῆγος nusquam, quod sciam, reperitur vestigium. An λῆγος est unum ex permultis vitiis typographicis, quibus scatet haec editio? De dicendi ratione cf. § 10 Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ εἰς τὸ νέον ἔτος.

XII 17, 14. μυγάλης δῆγματα κυνοδέκτους καὶ λυσοδέκτους τὸ σπέρμα αὐτῆς (sc. τῆς κράμβης) ἢ τὰ φύλλα ἐᾶται

τετρεμμένα. Dicuntur λυσσόδηκτοι morsi canibus rabidis, ut infra cap. 30, 1 τὰ σπόρδα — λυσοδόηκτοις βοηθεῖ, itaque fortasse κυνοδόηκτους non est genuinum; sin est, ut intelligendi sint morsi canibus *non rabidis*, corrigendum: μυάλης δήγματα <καί> κυνοδόηκτους καὶ λυσοδόηκτους. Concinnius quidem foret μυαλοδόηκτους καὶ κυνοδόηκτους. κτέ., sed concinnitatem hi scriptores non curant. Posterior autem correctio ideo praeferenda, quod λυσσόδηκτοι dici potuerunt etiam ii qui aliarum bestiarum rabi-darum, velut luporum, morsu vulnerati essent.

XII 19, 18. ἀσκαμωνία = σκαμωνία addatur Thesaurο.

XII 29, 6. τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ἑρπετῶν καὶ Φαλαγγίων πληγὰς, εἴαν πράσα λελειωμένα ἐπιθήσεις, τάχιον ἐτέρου Φαρμάκου θεραπείσεις. Si secunda persona genuina est, necessario requiritur τάχιον <ἢ δι'> ἐτέρου Φαρμάκου θεραπείσεις, sin minus, θεραπείσει, scil. τὰ πράσα.

XII 39, 6. δαφνάτους ποιήσεις κινάρας. Imo vero δαφναίους.

XII 41, 2. ἐπιμελοῦ καὶ καῦσον αὐτά, ὅπως ὁ ὄμβρος ἔλθῃ καὶ ἀνάψῃ τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς κτέ. Hic aliquid suboluit editori, sed parum feliciter temptat σβεννύῃ. Debuerat ἀποσβέσῃ.

XIII 4, 4. τιθύμαλον perversa scriptura pro τιθύμαλλον, sed ut ex Indice apparet, vitium est typographicum.

XIII 8, 9. Sic exple: τοὺς ἐχιοδόηκτους προπότιζε χυλῶ φύλλον μιλίας ἐν οἴνῳ μὲν <ἀκράτῳ> ἀπυρίκτους, πυρέττοντας δὲ εὐκράτῳ.

XIV 2, 2. οὐ Φεύγουσι δὲ περιστεραί, εἴαν κύμινον καὶ Φακῆν εἰς μελίκρατον βρέξας παραβάλης. καὶ μελίκρατον δὲ ποτιζῶν, ἢ εἰ Φακῆν καθ' ἑαυτὴν γλυκεῖ ἐψήσας δώσεις Φαγεῖν, Φιλοστοργεῖν αὐτὰς ποιήσεις. Sententia aperte postulat Φιλοχωρεῖν.

XIV 7, 1. τὰς κατοικιδίους ὄρνεις ἐν θερμότεροις οἴκοις καὶ

στεγνοτέροις θρεπτέον, ἐν οἷς καπνὸς παραφύεται. Non intelligo, nec lucem affert cap. 9, 1 τὰ νεόττια — ὑπὲρ ὀλίγου καπνοῦ αἰωρεῖται. Et qui καπνὸς dici potuit παραφύεσθαι? Quid latet sub ΚΑΠΝΟΣ? Cogitavi de scribendo [ἐν] οἷς κῆπος παραφύεται, sed aliud latere videtur.

§ 3 et saepe alibi male editur κύτισσος pro κύτισος, quod sine vitio legitur III 1, 8 et 3, 13.

XIV 7, 20. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο τεταγμένος δι' ἡμερῶν μεταστρεψάτω τὰ ὠά, ἵνα πάντοθεν ὁμαλῶς θάλλωνται. Nihil significat δι' ἡμερῶν, nisi addito dierum numero, qui procul dubio excidit. Facillima correctio fuerit δι' ἡ ἡμερῶν, sed an vera, ignoro. Fortasse opem ferent scriptores *de re rustica* Latini.

§ 24. δεῖ δὲ κατ' αὐτὴν τὴν (1. κατὰ τὴν αὐτὴν) ἡμέραν μὴ μίαν μόνην ἐπικαθίζειν ὄρνιν, ἀλλὰ γ' ἢ δ'. (25) τὰ δὲ ἐκκολαπτόμενα (= ἐκλεπόμενα) νεόττια εὐθὺς ὑποσπαστέον ἐξ ἐκάστης ὄρνιθος καὶ ὑποβλητέον τῇ ὀλιγαρχούσῃ. τὰ δὲ παρ' αὐτῇ μὴ κολαφθέντα ὠὰ καταμεριστέον εἰς τὰς ἑτι θαλπεύσας, ἵνα μετ' ἐκείνων θαλπόμενα ζωογονῆται. τῇ δὲ ὀλιγαρχούσῃ τριάκοντα (?) μόνον νεοττούς, μὴ πλέον, ὑποβλητέον. Incredibili acrisia editor ne verbo quidem in adn. crit. monuit de manifesta ridiculae lectionis corruptela. Citat Dindorf in *Thes. Gr.* ex h. l. ὀλιγαρκέω, ut minus proprie usurpatum de *gallina raucos pullos habenti*, sed neque alibi usquam apparet verbum ὀλιγαρκεῖν, nec figuratum hunc eius usum de bruto animali expectamus. Quare vix dubito quin sub ΟΛΙΓΑΡΧΟΤΧΙ nihil aliud lateat quam ΟΛΙΓΑΕΧΟΤΣΗΙ, ὀλίγα ἐχούσῃ (sc. νεόττια). Etiam numerus τριάκοντα laborare videtur.

§ 28 supplendum: ἰστέον ὅτι τὰ ὠά τοῦ Φασιανοῦ ὁμοίως τοῖς οἰκείοις διὰ κα' <ἡμερῶν> ἐκγλύφει. Nihil enim est in praegressis, quo substantivi omissio excusetur, quod non valet de simili omissione § 30 ὡς ἐπωάξειν τὴν ὄρνιν μβ' ἢ εγ', licet ibi quoque additum malim.

In § 29 expectatur: ὅπως δύο ἢ τρισὶν ἡμέραις <πρότερον> τῆς

πεμπταίας ἢ τοσαύταις ὕστερον ἐκγλύφῃ, quamquam multum abest ut vel sic universa sententia satis expedita sit, etiamsi expleamus τῆς πεμπταίας <καὶ εἰκόστης πρότερον> κτέ. Videant alii.

XIV 13. ὄρνιθας σκοτῶσαι. Βηρυτίου.

Λάσαρ μέλιτι μίξας βρέχε τὸν σίτον καὶ παράβαλε.

Procul dubio remedium contra caecitatem, qua gallinas saepe laborare notum est. Cf. cap. 17, 1. Corrigendum igitur ὄρνιθας <μῆ> σκοτοῦσθαι, ut cap. 12 titulus est ὄρνιν μῆ κορυζᾶν, cap. 14 ὥστε ὄρνιθας μῆ ἀμβλῶσαι, ne plura afferam.

20, 1 et 2 πυγμῆ improprie usurpatur pro μάχη, de *perdicibus*, quem usum non tetigit Thes. Gr.

XIV 24, 6. καὶ μύρτα δὲ καὶ [ἡ] σχῖνος καὶ κισσοῦ κάρπος κτέ. Dele articulum.

XV 1, 5. ἵππος ὑπὸ λύκου βρωθεὶς ἀγαθὸς ἔσται καὶ ποδώκης. Absurda lectio. Recte δηχθεὶς est in Laurentiano.

§ 10. ὕαινα Φυσικῶ τινι λόγῳ, τῇ ἀπὸ σελήνης νυκτερινῇ σκιᾷ τοῦ (του?) κυνὸς ἐπιβᾶσα, ὥσπερ διὰ σχολίου ἀπὸ ὕψους κατὰ γει ἐαυτήν. Imo κατὰ γει αὐτήν, scil. τὴν σελήνην, ut faciebant magae.

XV 4, 3. μέλισσαι οὐ Φεύξονται, εἰάν ἀγρίας καὶ ἡμέρου ἐλαίας Φύλλα ἡμοῦ τρίψας τὰ σμήνη κατὰ ἑσπέραν ἐπιχρίσῃς ἢ μελικράτῳ τοὺς τοίχους καὶ τὰς κυψέλας καταχρίσῃς. Ut καταχρίσῃς optime dictum est, ita prorsus ridiculum est ἐπιχρίσῃς τὰ σμήνη, quod qui fieri potuerit nemo facile dixerit. Auctor dederat ἐπιχράνῃς, quod labem traxit e sequenti καταχρίσῃς.

XVI 1, 6. ὅταν δὲ συλλάβωσι, Φροντιστέον ὅπως μὴ μοχθῶσι πλεόν τοῦ δέοντος, μὴ δὲ ψυχροῖς διαναπαύωνται τόποις. Imo vero μὴ δ' ἐν. Cf. I 14, 8 X 10, 9; 49, 3 XII, 5, 5.

XVI 21, 10. τοὺς δὲ χλωαίνοντας ὄνους θεραπεύσεις ὕδατι θερμῷ κτέ. Haec sectio fortasse primitus fuit novum caput, cuius ti-

tulus periiit. Argumentum enim, *claudicantium asinorum cura*, diversum est a praegressis, quae agunt *de asinis ad procreandum idoneis*.

XVII 12, 2. *καὶ εἰ χειμῶνος μὲν περὶ ἀλεκτρούνοιο ὄραν τρέφοις, τὸ δεύτερον δὲ περὶ τὸν ὄρβρον, καὶ ποτὸν δίδωσι, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς τροφῆς περὶ τὴν ἐσπέραν παρέξεισι· θέρουο δὲ ἂν τὸ πρῶτον ὑπὸ τὸν ὄρβρον, τὸ δὲ δεύτερον περὶ ὄραν τρίτην, εἶτα ποτιεῖ καὶ οὕτω τὴν τρίτην τροφήν προσφέρειοις περὶ ἐνάτην ὄραν, καὶ πάλιν ποτιεῖσι· δίδου δὲ αὐτοῖοις χειμῶνοιο μὲν θερμότεροιο ὕδατοιο, θέρουο δὲ χλιαροῦ. Apodosis petenda est ex primis huius capitio verboιο λιπαροῦο ποίηοιοιο τοῦο βίουοιο. Suspectae sunt vel in hoc scriptore mirae temporum modorumque enallagae. Partim subveniunt codices FM, qui inutile παρέξειοιο et soloecum ἂν omittunt, sed praeterea requiro διδοίοιο pro δίδωοιο et infra pro δίδου, initio vero legendum: καὶ εἰ χειμῶνοιο <τὸ πρῶτον> μὲν περὶ ἀλεκτρούνοιο ὦ δάοιο, circa gallicinium. Codicum lectionem ὄραοιο infeliciter editor in ὄραν refinxit.*

XVIII 2, 4. *πρὸο δὲ τὸ μὴ ἔρπειν ἐκεῖοιο τὰ θηρία τὰ λυμαινόμεινα θυμιατέον ἐν τοῖοις σηκοῖοις τρίχαοιο γυναικῶν ἢ χαλβάνην ἢ κέραοιο ἐλάφειοιο ἢ αἰγῶν ὄπλαοιο ἢ τρίχαοιο καὶ ἄοφαλοιο καὶ κασσίαν ἢ κόνυζαν ἢ τι ἄλλο τῶν βαρυόομοιοιο κτέ. Pro καὶ bis reponendum ἢ, quocum passim confunditur. Cf. § 5 sq.*

XVIII 3, 6. *ἐὰν δὲ ἄρρεινα πλείω τοιο βούληται τίκτεοιοιο, καταντικρῶ τῶν ἀρκτώων ἀνέμοιοιο νεμομένηοιο τῆο ἀγέληοιο, ἡμέραοιο εὐδίου τοῦο κριοῦοιο ἐναφιέτω. Corrige ἐπαφιέτω, coll. XI 24, 3 XII 17, 17 XVIII 3, 1 τοῦο κριοῦοιο — ταῖοις θηλείοιοιο ἐπαφετέον.*

XVIII 12, 1. *ἢ δίκταμον ἐν ταῖοις γαστέρεοιοιο αὐτῶν περιάψειοιο. Forma vix Graeca librariioιο potius quam Africano imputanda videtur.*

XVIII 17, 8. *λύκοιο δὲ θρέμμαοιοιο οὐκ ἐπελεύοιοιοιο, εἰ σκίλλοιοιο τῶ ὄδαγῶ καλομὲνῶ περιάψειοιοιο, i. e. duci gregioιο. Notionem hanc neglexit s. v. Thesaurus. De vocabulo, quod cessit in sermonem communem, cf. Schweizer, Gr. der Pergam. Inschr. p. 49.*

XIX 2, 2. ἐγκρίνουσι δὲ καὶ (sc. τοὺς κύνας) τοὺς μέγα χάσμα ἔχοντας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς πολυαύχενας καὶ πλατυτραχήλους. Non agitur de Cerbero, itaque absurdum est πολυαύχενας, sub quo vocabulo delitescit aliud vocis αὐχὴν compositum, velut δολιχαύχενας.

§ 3 μάθε δὲ ὅτι ἡ προσηγορία τοῦ τραχήλου ὄλη κύκλω τὴν περιοχὴν τοῦ τραχήλου δηλοῖ κτέ. — τὸ ὑποκάτω μέρος τοῦ τραχήλου. Haec verba procul dubio non sunt Frontonis, sed aut Bassi excerptoris aut etiam recentioris grammatici scholium.

§ 16. εἰ δὲ θέλεις κύνα μὴ Φεύγειν, χρίσον ἄρτον βούτυρον καὶ δὸς αὐτῷ λείχειν. In cod. Palatino est ἄρτωβούτυρον, unde conieci ἄρτοβούτυρον, coll. vocabulo ἀρτότυρον. De verbo χρίειν sic adhibito cp. Beckii Index. Nisi forte praestat ἔγχρισον ἄρτω βούτυρον, quod suggerit mihi vLeeuwen, sed vix commendat usus Bassianus. Cf. V 49, 1. XVI 6, 1.

XIX 6, 3. κόλλοπα δὲ καλοῦμεν τὸ ἐν τῇ χρήσει λεγόμενον καλωσόν. Vocabulo caret Thesaurus.

XX 46, 2. ὅταν δὲ ταριχευθῇ (sc. τὰ λεπτὰ ὀψιδία) τῇ θερέφ, ἐξ αὐτῶν γάρως οὕτως αἴρεται. Quid sit θερέφ, ignoro. Vix latet τῇ θερείφ, aestivo tempore, nam cur hoc adderetur? Abest a cod. M 294, sed unde natum?

§ 3. Βιθυνοὶ δὲ κατασκευάζουσι οὕτως· λαμβάνεις κάλλιον μὲν εἰ μαινίδας μικρὰς ἢ μεγάλας, εἰ δὲ μὴ, λυκοστόμους ἢ σαύρους ἢ σκόμβρους ἢ καὶ ἄλικά καὶ πάντων μίγμα, καὶ βαλεῖς (βάλλεις?) αὐτὰ εἰς μαγίδα ἀρτοκοπικὴν κτέ. Permira verborum compositio; expectatur enim aut κάλλιον μὲν εἰ λαμβάνεις, aut λαμβάνεις κάλλιον (adverbialiter) μὲν omissa coniunctione εἰ.

VARRONIANA.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.

(Continuantur ex pag. 297).



III.

Hymnum pro Italia, qui usque ad Goethium perthonuit tanquam regione prodigiosae beatitatis, praecinuit brevem sed efficacem Sophocles Ant. 1115:

πολυώνυμε Καδμείας νύμφας ἄγαλμα

— — — κλυτὰν ὅς ἀμφέπεις

Ἴταλίαν, μέδεις δέ κτέ.

Fusius patriam suam celebravit Vergilius Georg. II. 135 sqq.:

Hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas,

Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos

et paulo post

Adde tot egregias urbes operumque laborem,

Tot congesta manu praeuptis oppida saxis

Fluminaque antiquos subterlabentia muros,

atque alia praeclara, qualia conveniunt carmini, laudes fabulis permixtae. At Lucanus I. 24:

At nunc semirutis pendent quod moenia tectis

Urbibus Italiae, lapsisque ingentia muris

Saxa iacent, nulloque domus custode tenentur,

Rarus et antiquis habitator in urbibus errat,

Horrida quod dumis multosque inarata per annos

Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis

— — — — —

— alta sedent civilis volnera dextrae.

Hi loci toto coelo diversi num satis temporum intervallo observato, quo scripti sunt, conciliari possint valde dubium est. Vergilius aequae ac Lucanus post bella civilia scripsit, quibus Lucanus labem Italiae imputat; nulla his compositis intestina bella ante Galbam Italiam devastarunt. Verba Lucani omnes numeros habent veri (cf. praesertim versum „*rarus et antiquis habitator in urbibus errat*”, in quo cum delectu segnis quies et desolata solitudo urbium illarum verbis depingitur); Vergilius nihil admiscuit quod venustatem descriptionis turbare posset. Non defendo quod Lucanus omnem culpam in bella civilia conicit, de causa ut erraverit ex parte fieri potest, sed factum ab eo memoratum constare debet. Sed Vergilius floruit felici illo tempore, quo sopitis odiis intestinis nihil antiquius habebant cives quam auctorem praesentis quietis grato animo celebrare, qui videbatur vastitatem Italiae deductis coloniis sustulisse aut sublaturus esse (cf. Mon. Anc. 5. 37, 6. 28, Mommsen p. 84). Non dubitabant grati aequales de efficacitate remedii, et ex animi persuasione Vergilius urbes tanquam documentum prosperitatis publicae celebrat; nunc quaeritur quae tandem sint illae 28 urbes, quas civibus se frequentasse Augustus gloriatur. Notum est multos novos incolas, sive cives sive milites, in coloniis non stabilem sedem habuisse sed agros vendidisse et alio migrasse (Marquardt I² p. 111). In Vergilii pictura phantasia suas partes habet non in fingendo sed in augendo et exaggerando.

Non primus Vergilius descriptionem agriculturae ab Italiae laudibus auspicandam esse putavit: Varro I. 2. 3 ei praeierat, sed ut fructus potissimum agriculturae exponit, sic de fabulosa historia nihil, de fertilitate multa.

Nullam esse regionem „*quae tam sit tota culta*” quam Italia l.l. contendit; quod verum est, ut aiunt, exceptis excipiendis. Nam primum saltus et pascua non pauca sunt in Italia, quae Apennino „*alte tumet*”; quare armenta II. 4. 5 et pecora, greges ovium et caprae non eisdem locis hieme et aestate pascuntur sed longe abiguntur ex Apulia in Samnium et montes Sabinos aestivatum¹⁾, idque non semel sed de more, ut apparet

1) II. 1. 16, IV. 17. 9. Alia exempla eius migrationis gregum ex Apulia in Samnium posteriora vid. ap. Mommsen., *Decret des Commodus*, Hermes XV p. 395.

ex sequentibus: „ad publicanum profitentur, ne si inscriptum (= non scriptum) pecus paverint, lege censoria committant”. *Scriptura* solvebatur pro singulis pecudibus publico, quod qui neglegebat at nihilominus in callibus publicis pecus agebat, censorium opus committebat ¹⁾; nemora autem, in quibus virgultis et propaginibus arborum nutriebantur pecora et in quibus dies noctesque per menses aestivos errabant pastores servi, multa quoque erant in Italia Inferiore Lucania et Calabria. Haec vero nemora non sunt *culta*, sed interrumpunt agros et arva. Strabo, Augusti aequalis, narrat VI. 281 C, in Calabria tellurem nemoribus quidem aptam fuisse, sed parum cultam; in Lucania *λυπρότητα γῆς* memorat VI. 252 C. Idem omnes tredecim urbes praeter Brundisium et Tarentum in peninsula illa Iapygia olim nobiles ad oppidula, *πολισμάτια*, narrat descendisse VI. 281 C. Tarenti territorium *λεπτόγειων* ib. 682; tota Iapygia *παραδόξως ἐστὶν ἀστεια· ἐπιπολῆς γὰρ φαινομένη τραχεῖα εὐρίσκεται βαθύγειος σχιζομένη* l.l. 281 C, qualis „urbanitas” agri sub prava specie virtutem celantis minus tamen mira est quam id quod Varro narrat semen in Sybaritano „cum centesimo redire solitum” (I. 44. 2), cum praesertim pascuis et nemoribus abundaret.

Non magis *culta* haberi possunt *leporaria*, quae nonnumquam iugera *quadraginta* (hectar. 10) complectebantur et amplius, cf. III. 12. 1, nec *piscinae*, ib. 11. 1, nisi vero *culti* nomine omnia significavit Varro quae manus humana attigit. Et omnino illud effatum *tota culta* pronuntians longinqua ille in Italia Inferiore, pro Media Italia, quam quotidie ob oculos habebat, neglexit. Eiusdem fortasse generis est quod Italiam arboribus sic consitam dicit „ut tota pomarium videatur” ib. 7. Nam etsi omnes villae suum pomarium habuisse videntur, agri tamen et oliveta et vineta longe spatio vincebant. Reliqua prodigiosae fertilitatis exempla admodum apta produnt agricolam exercitatum et peritum; ex quibus nunc nihil referam quam quod frumenti proventus memoratur: far ex Campania, triticum ex Apulia. Etruriae „loca aliquot” inter frumenti feracia recensentur I. 44. 21. Scilicet

1) *Publicani* mentio apud Varronem non convenit cum *quaestore* apud Tacitum Ann. IV. 27, ubi Med. *Cales*; videtur igitur temporis intervallo aliquid in administratione mutatum. *Silvae callesque* provincia apud Suet. Caes. 19 proverbii more dictum = provincia minimi negotii.

transmarina annona tam largiter advehebatur et tantopere Urbi necessaria erat, ut quaereres num Italia suis incolis frumenti quidquam suffecerit. Si turbida tempestas naves retinebat, inopia Urbi minabatur. Nec tantum sub Imperatoribus: cum S. Pompeius mare tenebat, fames populum urgebat; vita populi Romani perpetuo in fluctibus iactabatur. Graviter dolet Varro II. praef. 3 „quod nunc intra murum fere patres familiae (acerbum hoc) conrepserunt relictis falce et aratro et manus movere maluerunt in theatro ac circo (egregie, nempe plaudendo) quam in segetibus ac vinetis, ac frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturi fiamus ex Africa et Sardinia, et navibus vindemiam condimus ex insula Coa et Chia”. Augustus seposuit (reservavit sibi) Aegyptum ne *fame urgeret Italiam* quisquis eam provinciam insedisset, Tac. Ann. II. 59.

Quaeri potest utrum advectio peregrini frumenti agriculturam Romanam corruerit, an contra neglectus agriculturæ portus Romanos peregrino frumento impleverit, ut Varro l.l. putat: arcessitur externum frumentum illo auctore, nimirum defectu vernaculi. Prior tamen sententia aliquanto probabilior est. Nam cum transmarinae regiones fertiles in provinciae formam redigebantur, fieri non poterat quin commerciis promptioribus navi-
cularii externi ad lucrum captandum uterentur ¹⁾. Sane ad inopiam frumenti levandam, ad ludos et distributiones frumenti saepe necessaria arcessebantur; *emto* aut *imperato* frumento subveniebatur egestati; sed longe maior pars affluebat quotannis non arcessita ex decumis, quas provinciae tanquam tributum „in natura” solvebant ²⁾. Primum suffecerat Sicilia a. 241, iam decennio post accedebat Sardinia: prior tam divite vena alebat Italiam, ut Cato Maior illam cellam penariam reipublicae nominaret, Cic. Verr. 2. 2. 5. Nihilo minus paucis post Catonis mortem annis copia augebatur rursus Africa devicta e regione potissimum Byzacena ³⁾. Improbi praesides agere et rapere; pu-

1) Contentionem inter aemulos frumenti mercatorii in mercatu Delio exponit Cic. Off. III. 50.

2) Columella, Praep. 20: „nunc ad hastam locamus ut nobis ex transmarinis „provinciis advehatur frumentum” respicit ad publicanos, qui tributa percipienda emebant.

3) Fertilitas Africae antiquitus nascebatur ex aqua pluviali in cisternis conservata

blicanorum, negotiatorum, totius cohortis praetoriae intererat ut quam plurimum frumentum Ostiam adveheretur: ipsi aratores in provincia semel negotio ordinato, quamvis exiguo cum lucro, reapse coacti erant in statione vitae et agri cultura permanere. Si interdum inopia premebat, explicandum id est ex pretio frumenti ab aedile constituto et in civium commodum depresso; per frumentationes rarius olim (Plin. XVIII. 15), frequentius inde a tempore Gracchorum pessimo publico institutas tam mercatorum quam cultorum opera eludebatur. Lucro quod ex cultura frumenti redibat agricolae spoliari et incitamentum duro labori agresti detrahi coeptum: Urbs ludis et donationibus rusticos alliciebat, cum pastores agricolis succederent (II. praef. 4, v. i.). Iam Cato Maior interrogatus quis esset certissimus quaestus, respondit „bene *pascere*, quid secundum, *sat bene pascere*, quid tertium, *male pascere*, quid quartum, *arare*” Cic. Off. II. fin., cf. Plin. XVIII. 29. In pretiis agrorum campus frumentarius sextus pretio ex novem generibus l. 7. 9.

Varro in agricultura contracta non frumenti detrimenta diserte incusat, sed indicat tamen dum narrat II praef. 4 „in qua terra culturam agri docuerunt pastores (sc. Numitores et Amulii et antiquiores) progeniem suam, qui condiderunt urbem, ibi contra progenies eorum propter avaritiam contra leges (?) ex segetibus fecit prata”. Segetum cultura desiit esse compendiosa. Magnum lucrum ex agri cultura non memoratur, contra ex villatica pastione divitiae parari poterant, III. 2. 16, 17. „L. Albucius”, inquit Varro III. 2. 17, „dicebat in Albano fundum suum pastionibus (i. e. per pastiones villaticas) semper vinci a villa, agrum enim minus decem milia reddere, villam plus vicena”. Fundus Reatinus ducentum iugerum triginta milia quotannis reddebat (l. l. 15), i. e. in iugerum 150 HS, quod non est exiguum¹⁾, sed ex annona reditus minime certus erat; nam si publica liberalitate, quod saepius est factum, civitas frumentum suum

et montium clivis arte retenta, de quo argumento nuper A. Schulten das Röm. Afrika. Leipz. 1899, p. 55 sq.

1) Immo permultum: 15% si iugerum, ut Columella III. 3. 8 („ipsum solum septem iugerum totidem millibus numerum partum”) indicat, constiterit 1000 nummis. Pretia agrorum videntur tempore imminuta. — Cum 150 HS proventus ex fundo non convenit quod Columella, ib. p. 93, pascuis et silvis statuit 100 HS in iugerum.

minimo vendebat (cf. Marquardt, Staatsv. II, p. 111), pretium deprimebatur, ita ut frumenti cultura amitteret id quapropter mercaturae praeponitur, stabile lucrum. Subinde modius asse dabatur.

Condonandum igitur id quod Varroni paene probrum est, quod nobiles Romani ruricolae esse desierunt: plerique agros vilico tradebant colendos et in urbe vivebant. Namque ipse neminem agrum colere sine lucro alibi, I. 2. 8, fatetur. Verum alia quoque accedebant cur agriculturam neglegerent: potius luxuriae studebant quam fructibus percipiendis (I. 13. 6); etiam tunc pudebat desciscere a more maiorum, et amicos ad cenam in villam invitantes fructus in urbe coemptos offerebant quos convivis viderentur ipsi coluisse¹⁾. Antiqua villa desideriiis cultioris aevi non satisfaciebat. Vide quomodo Varro antiquam villam describat I. 13. 6, in qua descriptione culina praecipuum locum habet, nihil erat quod ingenium et studia liberalia aleret. Metellos et Lucullos villas pessimo publico aedificantes reprehendit (I. 13. 7); miror tamen quod Varro in tempore non meminit, quanto sumtu ipse Casinatem adornasset (III. 5. 8 sqq.), quam luculenter M. Antonius ibi necessaria ad convivium opiparum instruendum invenisset²⁾; non unus quisque poterat amplam bibliothecam parare, qua otium hibernum falleret ne copias Urbanas ad ingenii fructum desideraret; non video cur *non* sit reprehendendus qui ornithona instituit et turdos ingenti cum lucro Romam mittit (Varro), at reprehendendus cum maxime qui ex piscinis bene pisces vendat (III. 17. 9, 3. 17). Lucullos castigat laudator temporis acti, nam „morbis antiquis stat res Romana virisque”, sed Casinates villas non habebant maiores; nesciens ipse degenerat Varro a more prisco. Nolo Lucullos defendere, sed ostendere Varronis exemplo rusticationem temporis lapsu necessario mutatam esse. Desidere in agris elegantior vita et studium humanitatis non amplius permittebant. Qui sua rura curabant etiam tunc, rationem colendi mutabant, dum pastioni villaticae, aviariis, piscinis, fructibus, apibus operam dabant

1) Hor. Sat. II. 2, 121: „Non piscibus urbe petitis”. Varro I. 59. 3. Colum. XI. 3, 1. Verg. Ge. IV. 133.

2) Cic. Phil. 103 sqq.

et ex agris pascua faciebant, quorum in vicinia magnae urbis lucra magna. Villa magis in honore erat quam adiectus fundus, maiori culturae destinatus, in quo olea et vitis melius emolumentum promittebant quam frumentum. Quod si e Varronis exemplo villarum constitutionem in universum licet efficere, opulentia urbana saepe rus emigrabat, rusticam amoenitatem ars in urbem transferre studebat; cf. Hor. Epist. I. 10. 22 ibique Ritter. Laudat Varro III. 5. 9, sqq. in sua villa quod habet marginibus lapideis inclusum flumen; circum cuius ripas ambulatio erat pedes lata denos; porro maceris altis conclusum ornithona et silvam, rursus saeptam maceris altis, et museum; omnino vastae substructiones et maceriae et tanquam monteseducta aedificia tam nihil discrepare ab amoenitate ruris Romanis videbantur, ut potius in describenda villa primum locum tenerent. Cf. Cic. Pis. 48, pro Mil. 53, Hor. Carm. II. 15, al.

Artis topiariae, quae ad hortos ornandos peregrinas arbores et picturam adhibebat — Cic. ad Q. fratrem III. 2. 5, Plinius XVIII. 265 — nulla apud Varronem mentio, nec viridariorum (vid. Becker, Gallus, III. Exc. de Villis).

Sed non erat propositum hoc latius persequi. Tantum apparet tam advectione peregrini frumenti quam munditiae cultus factum esse ut studia rustica languerent.

Latifundia perdidisse Italiam tralaticia opinio est iam inde a Plinio XVIII. 6. 35. Marquardt, Staatsv. I² p. 103. Aliquid in hoc exaggerati esse dudum docuit Mommsen. die Italische Bodentheilung, Hermes XIX S. 414, sq. Sed si proxima causa sit ea quam Plinius dicit interitus Italiae (i. e. culturae in Italia), non utique est ultima. In aliis hodieque regionibus quamvis tenuioribus noxia non tamen pessumdat et vastat agros inaequalis divisio. Sed accedebat ad latifundium servitutis institutum. Nusquam diserte Varro dicit per servos potissimum agri culturam exerceri solitam, sed noverant lectores subditos et parentes in fundis esse servos; iam Cato I. 18 de *familia rustica et mancipiis* praescribit; vilicus ipse servus erat verna aut ingenti pretio paratus¹⁾, cui qui parent liberi esse non possunt. Ex

1) Pro vinitore 8000 HS non nimium putat Columella III. 3. 8.

computo Catonis, quem Varro I. 18 etsi reprehendit, tamen in summa rei sequitur, duodenis iugeribus oliveti et vineti promiscuis ¹⁾ unum mancipium requirebatur; Saserna scribebat l.l. „ad iugera VIII satis esse hominem unum: ea debere eum con-
„fodere diebus XLV, tametsi quaternis operis (dagwerk) singula
„iugera possit ($8 \times 4 = 32$ operae), sed relinquere se operas XIII
„($32 + 13 = 45$) valetudini, tempestati, inertiae, indiligentiae”.
Quam liberaliter! Nos miramur potius post primum iugerum hominem non statim defecisse. Hic *homo* non magis liber est quam *operarii* Varronis, qui vinearum iugeribus XV postulat *mancipia*, nempe „vilicum, vilicam, operarios X, bubulcum, „asinarium, subulcum”, i. e. X mancipia operam praestantia (operarios), V operae adiutores. Iam intellegere facile est quantus grex mancipiorum per Italiam sparsus fuerit et unde Spartacus legiones suas compleverit; simul per verbera et compedes gregem in opera detinendum fuisse non mirandum est, quamquam apud Varronem nihil de hoc, sed cf. Columella ²⁾. Servos rusticos plerosque vernas fuisse inde efficitur quod ex praecepto Columellae vilicus melius a puero ad opus instituitur quam emitur (Col. XI. 1. 7), quod ancillae quae ter peperit libertas promittitur, quod ad liberos parandos datur opera ut servi conservas coniunctas habeant (Varr. I. 17. 5), denique ex loco Tibulli, II. 1. 23 „Turbaque vernarum saturi bona signa coloni Ludet et ex virgis extruet ante casas”. Ex verbis tamen ipsis effici potest vernas servos venditione domicilium saepe mutasse, et colonum inde lucrum sperare.

Quae ratio fuerit inter ingenuorum et servorum in agris numeros non magis effici potest ³⁾ quam quae inter ambitum latifundiorum et tenuium possessionum, eo minus quod nusquam

1) Nempe 240 iugera oliveti + 100 vineae = 340 iugera requirunt mancipia $13 + 15 = 28$.

2) Ex iis quae Columella de officio vilici XI. 1. 21 praescribit apparet „ferramentorum” usum tunc quidem satis vulgarem fuisse; Tibullus I. 7. 42 „crura licet dura compede pulsa sonent”; cf. Herod. I. 66. Colum. l.l. „ferramenta bis debet vilicus singulis mensibus recensere; nam frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum praebet”. Paulo ante § 17 „ferramentum” est i. q. pala. Sed vide *alligatos* in vinea I. 9. 4. Ergastulum et custodiam vide XI. 1. 22.

3) Tantummodo I. 29. 2 narrat Apuliam segetes non tam latas habuisse.

diligenter definitum est vocabulum *latifundium* ¹⁾). Apud Varronem nomen nusquam invenitur, neque apud aequales, etsi rem tunc maxime receptam esse et viguisse puto. Plurimum certo ei profuit designatio agrorum ab Augusto veteranis concessa. Notum est antea sortes iugerum civibus attributas septenarium numerum non excessisse; triumviri veteranis dena iugera aut amplius impertiverunt, quae cum magna pars ab ingratis beneficiariis venderentur, pulcra opportunitas fuit vicinis agrorum dominis *iungendi*, continuos agros parandi sive *continuandi*. Neutrum vocabulum in hac re sollemne invenitur apud Varronem, ex quo de modo agrorum nihil audimus nisi fuisse fundum 200 iugerum (III. 2. 15), qui numerus si confertur cum duobus (Varro I. 10) quatuorve (Colum. praef. 13, 14) quae familiae civium alendae sufficere videbantur, aut cum 70 iugeribus quibus splendebat Mamurra ²⁾, tam fundus ille latifundium dici potest quam praedia illa continua quae in tabulis alimentariis 210 aut 110 millibus nummorum ³⁾ aestimantur — 5 inter 137 — (Mommsen. l. l. p. 406; tabulae sunt etiam pro maiore parte apud Wilmanns. N. 2844, sq.). Omnino etsi Varro scribebat

1) Im ursprünglichen und technischen Gebrauch ist *latus fundus* ein an Umfang das in dem Bezirk übliche Einheitsmass der Bauernhufe übersteigende Ackergrundstück; es werden also dafür, eben wie für den gewöhnlichen *fundus*, geschlossene Grenzen gefordert. Mommsen. Hermes XIX. 414. Posterius illud prohibet quominus agri non iuncti ab uno domino culti in tabulis alimentariis hoc nomine dicantur (Mommsen: Ländercomplexe); prius (übliche Einheitsmass) natura sua vagum et incertum est.

2) Catullus, vid. infra p. 434. Quingenta iugera in lege Licinia tam enormem pro ambitu imperii eo tempore constituunt summam, ut non sine causa suspicionem moveriat; cf. tamen E. O. Schmidt N. Jahrb. 1900. Fortasse unus aut alter fuit qui amplius 500 iugera teneret, ut reapse lex privilegium esset. *Quinquaginta* pro quingentis apud Colum. I. 3. 11 mendosum est.

3) Tot vulgo computantur iugera quot milia nummorum; nititur hoc loco Columellae III. 3. 9, ubi de pretio agrorum hoc comperimus: „ipsum solum septem iugerum totidem milibus nummorum partum“. Sed solum, de quo agitur macrum erat aut neglectum, nam duobus annis primis non promittit lucrum. Itaque culti agri pretium superabat sine dubio mille sestertios in iugerum, quae res non fugit Mommsenem. De pretio arborum diserte Columella l. l. refert; sed locus mihi suspectus; vid. infra p. 434. Pretia agrorum pro portione proventus constitui possunt. Determinum genus vinearum fert 300 nummos in annum et iugerum (l. l.); „pascua et prata et silvae si centenos sestertios in singula iugera efficiunt, optime domino consulere videntur“ (init. cap.). Pascua vulgo plus ferebant quam aratio (I. 7. 9, 10). Inde effici potest HS 150 in iugerum fundi Reatini (supra p. 426) abnormem proventum esse.

quo tempore Vergilius ex paterna villa a veteranis pulsus erat (vid Lange Alterth. III. 549), ipse ad tempus Casino suo erat spoliatus, licet XXvir agro Campano dividendo creatus perspicere potuisset quae incommoda ex imperitia plebis urbanae in agros translatae agriculturae nascerentur, quamvis denique solum Italiae sanguine civium humectatum magno cum detrimento rei rusticae novisset, tamen nihil apud eum legimus, quod ullam suspicionem terrae ante paucos annos vastatae moveat. Tantum valuit sensus praesentis securitatis et fides prosperitatis perpetuae. Nec cum his pugnat quod in eligendo fundo spectandum dicit num regio vicina sit infesta I. 16. 1: „multos enim agros egregios colere non expedit propter latrocinia vicinorum” (ib. 2), nam statim sequitur: „ut in Sardinia quosdam, qui sunt prope *Oelium (Iolium C. Popma) et ut in Hispania prope Lusitaniam”. Ibi Varro legatus fuerat.

„Veteres” ut ignorarunt omnino liberos praefecto operis parentes, sed architecto subiecti tignarii, lapicidae, ferrarii, omnes denique qui in dies manuum operam praestant servi sunt, sic etiam administros liberos certo manupretio in domini contubernio morantes et agrum colentes frustra quaeres. Contra qui domi suae habitant, tenuis cultores agelli, non parent domino fundi. Inde quaestio illa num multi ingenui in agris fuerint concidit fere cum altera: num multi fuerint tenues agri possessores. Servi non possident rura, et domini fundi non alunt liberos domi suae. Disceptatio de colonis eo ipso quod ad antiquum orbem disputatio pertinet multo gravior est quam prima specie videtur; continet enim omnino rusticorum ingenuorum statum. Aliquid certe quod huc conducit Varro habet.

Liberi opera non praestatur alteri nisi ad certum et circumscriptum laborem. Varro I, 17 „omnes agri” inquit „coluntur hominibus servis aut liberis aut *utrisque*”, nempe quatenus fundorum domini locant certo quodam anni tempore liberis opus certum faciendum; id ex proximis apparet, pergit enim: „(coluntur agri) liberis, aut cum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercennariis, <utuntur> *quom* conducticiis liberorum operis res maiores, ut vindemias ac faenisicia administrant”. Haec de liberis; quorum alterum genus *operarios* dicit

(quod vocabulum alibi, vid. supra p. 429, de servis usurpatur), tum de his aliquid praescribitur, post quod § 3 sub f. ad *mancipia* transit.

De conducticiis quae scribit Cassius (§ 3): „operarios parandos esse — ne minores annorum XXII et ad agri culturam dociles; eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis et in eo eorum e noviciis requisitione, ad priorem dominum quid factitarint” graviter corrupta non nimis urgenda puto, nam Cassius Dionysius Uticensis, cuius sunt, haec e punica lingua in Graecam vertit et manifesto alieno loco a Varrone inserta, nam secundum paulo ante dicta agitur h. l. de liberis, sed Cassius de *domino* et *noviciis* (servis).

Vulgo homines docti statuunt veteres operam mancipiorum praetulisse; nihil verum sine exceptione; Varro l.l. § 2: „hoc dico, *gravia* loca utilius esse mercennariis colere quam servis et in salubribus quoque locis opera rustica maiora, ut sunt in condendis fructibus vindemiae aut messis”. Mirum dictum: loca minus salubria — nam hoc est *gravia* ut ex opposito apparet — esse liberis committenda, nisi vero servi peius nutriti contagioni minus resistere potuerunt. Impiam aliam interpretationem abominor. Apparet quasdam ad res pluris factos liberos. Columella I. 7. 6: „omne genus agri tolerabilius [est] sub liberis colonis quam sub vilicis servis habere”, nempe in longinquis fundis.

Colonia ut dicatur de loco quem quis tenet aut colit, tam rarum est quam frequens *colonus* pro cultore; idem (sing. num.) de cive deductae coloniae rarius. *Colonus* tenet conductum *agellum* in villa fundove ab eius domino ei locatum. In Horatii villa non maxima habitabant quinque coloni Epist. I. 14: „(agellum) tu (vilica) fastidis habitatum quinque focis et Quinque bonos solitum Variam demittere patres”¹⁾. *Colonus* liber est et sibi *agellum* conductum colit; si quid praeter *mercedem annuam*²⁾

1) Cum irrisione quadam Plautus (quasi plebeius apud nos: woonderrij, bouwerij) „mutare coloniam” i. q. expelli loco in quo quis habitat, ut colono accidere potest. Cf. me ad Plauti Aul. v. 572 (pag. 57). Columella semel XI, 1. 23 „(vilicus non) coloniae suae terminos egredi debet” i. e. agrum sibi ad culturam commissum.

2) Ofellus rusticus pulsus agello suo ab Umbreno nunc „mercede colonus” est Hor. Sat. II 2. 115 (nam sic iungendum).

debet, descriptum id est pacto, „lege colonica”. Varro I. 2. 17 „Tu (Varro) etiam leges colonicas tollis” (nempe abigendo pecus s. pastionem a villa) „in quibus scribimus: *colonus in agro surculario ne capra natum pascat*” — et (hoc reticet) propterea alias pecudes admittunt. Locus hic et sqq. intempestiva sapientia et facetiis contortus est, sed quod ad leges colonicas pertinet satis perspicuus. *Scribimus* dicit quia in transigendo formulam quandam vulgo sequebantur, quemadmodum in vendendo pecore (II. 2. 6, al.). Legem colonicam infra II. 3. 7 legem locationis fundi dicit: „in lege locationis fundi excipi solet ne colonus capra natum in fundo pascat”. Num tempus locationis fuerit praefinitum lege colonica et ecquae operae (dagwerken) certo tempore anni domino praestandae fuerint exceptae nihil audimus (de posteriore tempore cf. Mommsen. Hermes XV. 388, 40). Clarum exemplum operarum est in lege Coloniae Iuliae Genetivae (de qua olim pauca dedi Versl. en Meded. Kon. Akad. 1881 X p. 145) c. 98 „eam munitionem fieri liceto, dum ne amplius in annos sing(ulos) inque homines singulos puberes operas quinas et in iumenta plaustraria iuga singula operas ternas decernant”. Catonis locus R. R. 4 „si aedificabis operis, iumentis, materie adiuuabunt” ostendit quomodo *opera* pro homine (apud Cic. al.) dici potuerit; cf. Cato 4 „operas facilius locatis”, 145. 1 „si operarii conducti erunt”. Apud Varronem I. 18. 2: tametsi (homo unus) quaternis operis singula iugera possit (confodere)” ex Saserna. Sic ib. 6, 38. 3, 50. 3.

Mercennarios et operarios tanquam diversos iuxta ponit Cato 5. 4; crederes operarium esse qui rem conficiendam suscipit nulla temporis definitione, mercennarium qui tempus suum alteri commodat sine operis conficiendi mentione, sed hoc in l.l. non quadrat, ubi legitur „operarium, mercennarium, politorem ditius eundem ne habeat die”. Paulo maioris momenti est quod cap. 4 domino praescribitur „vicinis bonus esto — facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces”; unde apparet dominos fundorum lucelli causa interdum suos servos vicinis locasse. Hinc effici potest, quod aliunde e Varrone probabile, *mercennarios* non definitam hominum classem fuisse; neque erant *operarii*, quos a Varrone vulgares servos quoque dici agrum colentes supra vidimus. Denique quoniam de ordinibus hominum

agitur, addendum *obaeratos*, ad quos inopes coloni facile descendunt, in Italia tunc non fuisse teste Varrone I. 17. 2: „iique (colunt) quos obaeratos nostri vocitarunt et *etiannunc* sunt in Asia atque Aegypto et in Illyrico complures”. Pelli poterant coloni conductum agrum colentes (Hor. C. II. 18. 25 sqq.), sed, tum quidem, non detrudi ad statum servili non multo meliorem.

Si quaeritur quid factum sit innumeris illis servis rusticis, num turbidis temporibus quae medium aevum praegressa sunt, per absentiam et fugam dominorum ipsi possessores agrorum exstiterint et cum colonis coaluerint, an tanquam milites exercitus proculcati siue vestigio dilapsi sint, quid colonis, „mascula prole” rusticorum, — gravissimae sane quaestiones! — non potest Varro docere, sed pauca quae de statu incolarum Italiae sub initium imperii in libris de Re Rustica forte audimus sufficiunt ad imaginem quandam rusticorum animo informandam.

CATULLUS DE MAMURRA ad p. 430.

Carm. 115: Mentula habet instar (i. e. speciem): triginta iugera prati, Quadraginta arvi (i. e. segetis; aruum = aratum), cetera sunt *varia*”. Sic lego pro *maria*, coll. 114 „Formiano saltu non falso Mentula dives Fertur, qui quot res in se habet egregias Aucupia omne genus, pisces, prata arva ferasque”. Septuaginta iugera possidere cum saltu Caesaris tempore magnum erat.

COLUMELLA III. 3. 10 ad p. 430.

„Quippe ut deterrimi generis sint vineae, tamen si cultae, singulos utique culleos vini singula eorum iugera peraequabunt; utque trecentis nummis quadragenae urnae (i. e. culleus) veneant, quod minimum pretium est annonae, consummant tamen septem cullei (ex septenis iugeribus de quibus agitur) HS duo milia et centum nummos (7×300); ea porro summa excedit usuram semissium”. Nempe sors (kapitaal) in vineta impensa erat HS 32480, huius semisses (6%) 1948, fere 1950 (§ 9); proventus autem est 2100. Hoc igitur dicit: iniuria homines queruntur

de malo proventu vinetorum; nam vel deterrimum genus vinearum, una computatis pretio emtionis aliisque impensis, plus fert quam 6%, quae vulgaris usura est (§ 8). Nihil in hac ratiocinatione facit *annonae*, imo conturbat rationem. Si tamen annonam commemorare placebat, aliter mentionem eius inici expectarem; sic: vineae maius lucrum ferunt quam annona, nam deterrimum genus fert centenos, id autem est *maximum* lucrum ex annona; itaque semper vineae vincunt. Nunc dicit: vincunt: vincit vinea annonam, nam interdum annona minus fert (debebat: nam numquam plus fert). *Annonae* spurium credo, falsum interpretamentum pro *vinearum*, quo tamen minime opus erat.

AD XENOPH. DE VENAT. VIII I.

(χρῆ) ἰχνεύεσθαι τοὺς λαγῶς ὅταν νίφη ὁ θεός, ὥστε ἠφανίσθαι τὴν γῆν . . . ἔστι δέ, ὅταν μὲν ἐπινίφη καὶ ἡ βόρειον, τὰ ἴχνη ἔξω πολὺν χρόνον δῆλα, οὐ γὰρ ταχὺ συντήκεται· ἐὰν δὲ νότιόν τε ἢ καὶ ἥλιος ἐπιλάμπῃ, ὀλίγον χρόνον, ταχὺ γὰρ διαχεῖται. ὅταν δ' ἐπινίφη συνεχῶς, οὐδὲν δεῖ· ἐπικαλύπτει γάρ.

Si quis non sponte sentiat quam absurdum sit huius sententiae initium, ex ultimis verbis discere id possit. Scilicet cum *ἐπινίφει*, cito abduntur animalium vestigia, itaque nihil tunc attinet domo exire venatum; prorsus autem contraria cum dicantur verbis: ὅταν ἐπινίφη . . . τὰ ἴχνη ἔξω πολὺν χρόνον δῆλα, dubitari nequit quin lateat vitium; quod quale sit, ipse textus ostendit. Sunt enim inter se opposita verba *νότιον* et *βόρειον*, ventus calidior frigidiori, itemque *ἥλιος ἐπιλάμπων* τῷ . . . cuinam rei? Opaco opinor coelo, denso atque nubilo, per quod radii solis non transmittuntur; graece igitur τῷ ἐπινεφεῖν. Quod ne pravo accentu ἐπινεφεῖν scriberemus monuit nos Cobet Var. Lect.² p. 135. Alexis in Attlide:

ἐπινέφει τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῆ,
ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον.

J. v. L.

OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(Continuantur ex huius Vol. pag. 84).



LXXXV.

QUOMODO FIAT LITIS CONTESTATIO.

Iure novo quomodo lis inchoetur, docet Tribonianus c. un. C. 3. 9 his verbis: *lis tunc videtur contestata, cum iudex per narrationem negotii causam audire coeperit; inchoatur igitur per narrationem negotii, vel, ut alibi ¹⁾ habetur, post narrationem propositam et contradictionem obiectam.* Neque enim statim post litigatorum praesentiam causam audit iudex, quia *in principio quaestionis* requirendum est *mandatum* ²⁾, exigenda denuntiatio ³⁾, antequam scilicet eam Iustinianus sustulit anno, ut videtur, 530, qua de re quaesivimus cap. LVII. Nam his omissis nullum est iudicium, quod aperte statuitur in causa mandati, sed idem iuris fuisse circa denuntiationem colligere est ex c. un. C. Th. 5. 10, ubi remittitur litis denuntiatio originarios suos repetenti ⁴⁾, atque simul cavetur nequis repetat post tricennium mares, post

1) c. 14 § 4 (1) C. 3. 1 cf. c. 2 pr. C. 2. 58 (59).

2) c. 3 C. Th. 2. 12 = Consult. III 13 = c. 24 C. 2. 12 (13).

3) c. 4 C. Th. 2. 4.

4) His verbis: (§ 1) *inbemus sine dilatione restitui; (§ 2) celeri iubemus executione revocari.* Intelligitur *dilatatio* quadrimestris, quae sequitur denuntiationem; *celeris executio*, quae citra denuntiationem celebretur: c. 5, c. 7 C. Th. 2. 4; c. 4 C. Th. 4. 22; c. 1 C. Th. 4. 23.

vicennium feminas, salvis litibus iam contestatis, *si tamen adversarius docebitur solemniter fuisse conventus*, id est, si solemniter denuntiatum sit ¹⁾. Est igitur litis denuntiatio ex iis quae non suppleantur litis contestatione ²⁾, unde fit, ut *erig(at)* eam ³⁾ iudex atque, si compererit defuisse, differat rem *ad denuntiationem* ⁴⁾. Post denuntiationem abrogatam similiter oportuit *ἔρωτᾶσθαι τὸν Φεύγοντα, εἰ διεκλύθασιν (αἱ) ἡμέραι αἱ τῆς διασκέψεως, εἰ δὲ ταῦτα μὴ παραφυλαχθεῖη, κἄν δόξειέ τις γ(ε)νόσθαι προκαταρξίς, ἀντὶ μηδένοσ κῦτῆν εἶναι* ⁵⁾. Sed nec, si constiterit de mandato, constiterit de denuntiatione aut de tempore quod reo ad deliberandum datur servato, tunc statim causa auditur, sed proponendae sunt fori praescriptiones ⁶⁾, recusandus iudex ⁷⁾, quae post litem inchoatam non admittuntur. Quae contestata tunc videbitur, quum sit *inter partes de negotio principali conflictu(s) (habitus)*, quemadmodum definivit Theodosius ⁸⁾, i. e. post narrationem negotii et contradictionem, ut superius definivimus. — Quaesiverunt ⁹⁾ nuper Wlassak ¹⁰⁾, Lenel ¹¹⁾, Kübler ¹²⁾, quomodo perageretur litis contestatio eo tempore quo per formulas litigaretur eoque quo per legis actiones. Et invenire sibi visus est Wlassak ¹³⁾: post legem Aebutiam fieri solitam per naturalem dationem formulae, quam dederit actor, reus acceperit, aut sufficere si ille huic verba dictaverit. In re incerta illud certum est: litis contestationem in iure fieri

1) Cf. c. 1 pr. C. Th. 2. 4; c. 1 C. Th. 4. 23.

2) Simile ius est de *inscription(e)* (l. 3 § 1 D. 48. 2. Cf. Symm. Rel. 49 § 3 coll. rel. 32 § 3).

3) Cf. c. 3 C. Th. 2. 4.

4) Symm. Rel. 16 § 1 (cf. Kipp, *Erörterungen* (1889) p. 73, p. 95).

5) Nov. 53 c. 3 § 2.

6) e. 65 C. Th. 11. 30 = c. 13 C. 8. 35 (36); cf. l. 52 pr. D. 5. 1. — Ceterae quoque dilatoriae exceptiones proponendae sunt initio (c. 12 C. 8. 35 s. 36) sed non ante probandae, quam suam intentionem impleverit actor (c. 19 C. 4. 19).

7) c. 16 C. 8. 1 (cf. Nov. 53 c. 3 pr.).

8) c. un. § 1 C. Th. 4. 14.

9) Quaerendum fuisse negat Trampedach, *Ztschr. der Sav.-St.* XVIII (1897) p. 114-145 (e. g. p. 124: *die Annahme eines Schlussactes (des Verfahrens in iure ist) in hohem Maasse unwahrscheinlich.*)

10) *Die Litiskontestation im Formularprozess* (1889).

11) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 391 sq.

12) *Ztschr. der Sav.-St.* XVI (1895) p. 178-181.

13) Op. cit. p. 52 sq.

ipsis litigatoribus praesentibus¹⁾; itaque restat, quomodo res acta sit. Et videtur acta esse non per traditionem, ut ille autumat, sed per subscriptionem formulae, cuius rei testem habeo Plinium epist. V 1 § 6: *post hoc ille cum ceteris subscripsit centumvirale iudicium, non subscripsit mecum*. Neve quis obiiciat Plinii testimonium ad lites formularias non pertinere, sed ad scripturam, quae legis actionem exhibeat²⁾, ideo quia, ubi centumvirale iudicium futurum est, *ante lege agitur* (Gai. IV § 31), reputato, quam veri sit dissimile, quum in legis actionibus placuerit scripturam fieri cui subscriberetur, idem hoc in formulis, quae scripto continentur³⁾, omissum esse, quum videri possit a formula id ipsum mutuata esse legis actio, indidem denegationem per praetorem⁴⁾. Antea credibile est testes⁵⁾ intervenisse⁶⁾ eo modo, qui vulgo putatur, scilicet ut audirent actorem reumque lege agentes⁷⁾, neque enim apud Romanos sicut apud quosdam veteris Graeciae populos per *μνήμονας*, id est per publicos testes, gestorum memoria servabatur⁸⁾. Itaque post verba solemnia⁹⁾ sic uterque cum testibus loquebatur *testes estote*¹⁰⁾, et erat ea prisca litis contestatio, recentior iudicii subscriptio. — Interest inter *litem contestatam* et *conven-*

1) L. 10 § 2 (i. f.) D. 2. 11; cf. l. 1 § 2 D. 2. 12.

2) Ex vate scepticus (in *Pauly's Realencyclopaedie* v. Centumviri VII A i. f.) ita scribit: *auf welches Schriftstück die Parteien im Centumviralprozess die subscriptio setzten, steht dahin. Man könnte etwa an die kaum entbehrliche Aufzeichnung der legis actio denken, doch ist anderes eben so gut möglich.*

3) Cf. Trampedach, *Ztschr. der Sav.-St.* XVIII (1897) p. 140^a. — Utrum formulae ab initio scribendae fuerint, quaeritur (Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XVII (1896) p. 335; Trampedach, l. l. (not. 2); Mommsen, *Strafrecht* (1899) p. 512).

4) Videbimus infra (cap. XCVI).

5) Rogatos utique, non, quod putat Wlassak, op. cit. p. 77, fortuito adstantes („die Umstehenden“). Cf. Cic. pro Mur. 12 § 26 *suis utri(us)que superstilibus praesentibus*.

6) Solemnitatis causa (Puchta, *Cursus* § 172) ut in testamentis.

7) Interveniebant praeterea ex iure manum consortum vocatis (Cic. pro Mur. 12 § 26).

8) Cf. *Inscript. jurid. graecques* I § 3 (ὅ τι δ' ἂν οἱ μνήμονες εἰδῶσιν, τοῦτο κερτερὸν ἔναι); Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 49 (p. 178): „(von) einem gerichtlichen Protokoll (war) in dieser Zeit noch keine Rede.“

9) Festus (v. contestari): *ordinato iudicio*. Cf. pr. Inst. IV. 18: *iudicia per actiones ordinantur*.

10) Eodem modo fit in testamentis (Gai. II § 104), neque id est absurdum (Wlassak, op. cit. p. 72: „eine unsinnige Einrichtung“) in testibus rogatis utique.

tionem ¹⁾, licet nonnumquam confundantur ²⁾, sicut *conventus* cum eo qui iudicium subscripsit ³⁾, sed accurate loquentibus separantur, velut apud Paulum l. 33 D. 44. 7: *placuit, si virus conventus fuerat, etiam poenae persecutionem transmissam videri quasi lite contestata cum mortuo*, et item apud Ulpianum l. 45 D. 6. 1: *si homo sit qui post conventionem restituitur, si quidem a bonae fidei possessore, puto cavendum esse de dolo solo, debere ceteros etiam de culpa sua: inter quos erit et bonae fidei possessor post litem contestatam*. Docet Ulpianus bonae fidei possessorem post litem contestatam, ceteros post conventionem culpa nomine teneri; proinde non potest verum esse, quod ad eum locum notat Bethmann-Hollweg ⁴⁾ esse eadem („*identisch*”). Sed quid proprie conventio? Conicio *conventum* eum proprie esse intelligendum, adversus quem formula impetrata sit necdum subscripta, itaque eadem ope sano l. 10 § 2 D. 2. 11, ubi, postquam demonstravit solvi morte eius cum quo agitur, quae ante litem contestatam accidat, èt ipsam iniuriarum èt ex stipulatu, si vadimonium ei factum sit, actionem ⁵⁾, ita iurisconsultus concludit: *si non post conventionem ⁶⁾ decesserit, quia, si ad (vadimonium) venisset, litem cum eo actor contestari potuisset*. Alio modo conveniri dicitur, cui scribitur denuntiatio ⁷⁾, quive in ius vocatur ⁸⁾, quod Theodosio subiecit Tribonianus c. 3 § 1 C. 7. 39 (= c. un. § 1 C. Th. 4. 14) inserto *per exsecutorem*,

1) L. 45 D. 6. 1.

2) L. 32 § 1 D. 15. 1 (io. l. 30 pr. eod. ia. l. 27 § 1 D. 6. 1), vitio quidem Triboniani (cf. Lusignani, *Consumazione dell' actio de peculio* (1899) p. 35 not. 33). — c. un. § 1 C. Th. 4. 14 (cf. Kipp., *die Litisdenuntiation* (1887) p. 207 not. 42); c. 1 C. Th. 4. 18.

3) L. 8 D. 9. 4 (Savigny, *System* VI § 257 (p. 20) not. u); l. 20 § 5 D. 5. 3: l. 26 § 4 D. 9. 4; Tribon. l. 32 § 1 D. 15. 1; id. l. 1 § 3 D. 26. 7 (cf. c. 2 C. 3. 6). — Similiter in postulatione illustris feminae Gundihild (Marini, pap. 59 = Spangenberg., tab. 20) lin. 45, quae habita est anno 557, coniux eius *per [a]editionem narrationum*, quae tunc erat litis contestatio, *conventus* perhibetur.

4) *Civilproz.* § 122¹¹⁴.

5) Ex vadimonio enim actio *propter rem ipsam* datur, quod illustravimus cap. harum observat. II.

6) Substituit Tribonianus *longum tempus*, quod nullam admittit interpretationem. *Rerum actum* vel „*tale quid*” postulat Lenel (in Palingenesia).

7) c. 1 § 5 C. Th. 5. 10.

8) L. 24 D. 4. 6; l. 47 § 1 D. 42. 1.

Paulo autem in l. 33 cit. tam Graecus interpres ¹⁾ dum vertit *ὑπόμνησιν*, quam Occidentales plerique ²⁾. — Contendit Eisele ³⁾ in iudiciis extraordinariis nullam esse litis contestationem, quem èt Paulus (l. 35 § 1 D. 34. 2) èt multis locis refellit Tribonianus tum vero maxime c. un. C. 3. 9. Rectius autumat Savigny ⁴⁾ in his iudiciis talem non esse litis contestationem, qualem in ordinariis („*keine eigentliche Litiscontestatio*”), sed tunc videri contestatum, quum reiectis vel omissis fori praescriptionibus *aliis defensionibus reus usus sit* ⁵⁾, id est, ut postea definierunt, quum *de negotio principali* conflictus habitus sit (cf. supra). Ne intra fines quidem iudiciorum privatorum constitit litis contestatio, quam agnoscunt in publicis iudiciis èt Iustinianus (c. 3 C. 9. 44) èt fortasse Constantinus ⁶⁾ èt Modestinus (l. 20 D. 48. 2) èt Macer (l. 15 § 5 D. 48. 16), Macer quidem his verbis: *qui post inscriptionem ante litem contestatam (destiterit, senatusconsulto Turpiliano non tenetur)*. Nam sic omnino explenda est sententia ⁷⁾, ne videatur propter inferiora post litem contestatam aut impunita esse desertio ⁸⁾, aut necessitas inexcusata, quorum illud *ante litem contestatam* defendi utique potuit atque placere Macro, quamquam Papiniano placere non sum nescius *post interpositam denuntiationem* ⁹⁾, statim rationem habendam esse senatusconsulti ¹⁰⁾. Apud Macrum continuandum est sic: (*qui*) *anno vel biennio agere non potuerint variis [praesidium] oc-*

1) Basil. 52. 1. 32.

2) Veluti Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 122¹¹⁾. — Vidit Savigny, *System* VI § 257 (p. 19-21), quid huic sententiae obstaret, sed expedire se non potuit.

3) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 273.

4) *System* VI § 257 (p. 19 lin. ult.).

5) L. 52 pr. D. 5 1.

6) c. 2 § 2 C. Th. 9. 19, ubi non potest intelligi (posse putat Mommsen *Strafr.* p. 392 not. 3) inscriptio, quia, quod observavit Gothofredus, praecedit (§ 1): *volumus itaque, ut primum cesset inscriptio*, sed potest intelligi litis denuntiatio (cf. c. 2 C. Th. 2. 4; c. 9 C. Th. 15. 14), quae quidem alias (*in civilibus causis* (c. 6 C. Th. 2. 4) exigitur, sed potuit eam Constantinus *ces(sante)* inscriptione in causa falsi exigere.

7) Etiam ex mente Triboniani, ne currat annus vel biennium *ante* litem contestatam, quod recte observat Lenel (in *Palingenesia*) legi a Iustiniano latae repugnare.

8) Contrarium demonstrat Marcianus l. 1 § 14 D. 48. 16.

9) Cf. Kipp, *Litidenuntiation* (1887) p. 79¹²⁾; Mommsen, *Strafr.* p. 389¹³⁾.

10) L. 4 pr. D. 48. 16; cf. l. 1 § 10 D. eod.; l. 40 (39) § 6 D. 48. 5.

cupationibus vel etiam civilium officiorum necessitatibus districti ¹⁾, *in senatusconsultum non incident*, modo teneamus de anno vel biennio Macrum nihil expressisse, sed haec deberi Triboniano, postquam Iustinianus *criminales causas omnimodo intra duos annos a contestatione litis connumerandos finire* censuerat (c. 3 C. 9. 44) vel intra annum, si ex vinculis causa dicenda sit ²⁾, privato accusante ³⁾. Genuino iure publica iudicia perpetua erant ⁴⁾, idque manebat Macri, quin etiam Modestini ⁵⁾ et Constantini Magni ⁶⁾ temporibus, itaque sicuti solemnibus implendis ⁷⁾, ita certa *perferendae accusationi tempora iudex competens praest(are)* solebat ⁸⁾. Et credebat quidem Cuiacius ⁹⁾ annum generaliter praestitutum esse, idque demonstrari posse adhibita l. 7 pr. D. 50. 4, ubi docet Macer *reu(m) delatu(m) honores petere principalibus constitutionibus prohibe(ri), sed post annum* ¹⁰⁾, *quam reus delatus est, petere non prohibe(ri)*, sed non docet Macer per anni decursum ipsum iudicium dissolvi. Quod statuit primus in causa falsi dumtaxat Magnus Constantinus ¹¹⁾, ita ut eius anni *exordium testatae apud iudicem competentem actionis* ¹²⁾ *nasce(re)tur auspiciu(m)* ¹³⁾, generaliter deinde Honorius et Theodosius ¹⁴⁾ *a die inscriptionis intra anni curricula criminalis causas limitandas*. Ergo aut cum Theodoro Mommsen ¹⁵⁾ di-

1) Cf. l. 25 D. 4. 6; l. 1 D. 13. 4.

2) c. 6 § 5 C. 9. 4. Cf. Matth. de crim. 43. 19 c. 6 § 5 (et Cuiac. Observ. XX 13).

3) Sin accusatur *ὑπὸ τῶν δημοσιευόντων*, intra sex menses peragendum est.

4) L. repet. inser. lin. 27 (*eisdem iudices unius rei in perpetuum sient*) ia. lin. 72 = 79 (*iudex deinceps faciat principe cessante*). Cf. Mommsen, *Strafrecht* p. 207*.

5) L. 25 pr. D. 49. 18 (*si diutino tempore aliquis in reatu fuerit*). Cf. Sueton. II 32 (*diuturnorum reorum nomina abolevit*).

6) c. 2 pr. C. Th. 9. 19 (vv. *imminens accusatio nullis clausa temporibus*, quae (propter § 2) rectissime dicit Gothofredus de instituta accusatione intelligenda esse).

7) L. 18 D. 48. 2.

8) c. 7 C. 9. 1; l. 6 § 2 D. 48. 16.

9) Observ. I 8. In eadem sententia nunc esse video Ottonem Lenel, Paling. I p. 1224*.

10) Ergo rectissime l. 21 § 5 D. 50. 1 Paulo *annum* in Palingenesia Lenel restituit.

11) c. 2 § 2 C. Th. 9. 19.

12) *Testata actio* sitne intelligenda litis contestatio in superiore adnotatione quaesivimus.

13) *Auspicio* emendat Tribonianus c. 22 C. 9. 22.

14) c. 2 C. Th. 9. 36.

15) *Strafrecht* p. 488 lin. 3/4.

cendum est, ubi praeses accusationi tempus praefiniat, ibi semper aut annum aut biennium praefiniri, aut liberandus est Macer toto anno vel biennio nec sufficit ¹⁾ interpolatori solum vel biennio adsignavisse. Observat Mommsen ²⁾ apud iuriconsultos qui fuerint ante Severum Alexandrum litis contestationis nomen, quod ad publica iudicia attineat, non inveniri neque id fortuito factum putat, sed quia publica iudicia litis contestationem olim nec habuerint nec habere potuerint, quia nominis delatio ³⁾ solo actoris facto reum teneat ⁴⁾. Qua in re, quod tanti viri pace dixerim, errare videtur neque ex sola nominis delatione reus quisquam fieri; alioquin absens quoque reus fieret, quod ne in provinciis quidem iure fit ⁵⁾, licet per abusum nonnumquam, etiam Romae, factitatum sit, quamobrem lata est lex Memmia, quae eorum saltem qui rei publicae causa abessent, recipi nomina vetabat ⁶⁾ salva ceteris post condemnationem in integrum restitutione, quum absentes essent in reos relati ⁷⁾. Ergo nihil novi statuit Gordianus quum rescribit ⁸⁾: *absentem capitali crimine accusari non posse* ⁹⁾ sed requirendum tantummodo adnotari solere, si desit, vetus ius est. Quod tamen ita obtinet,

1) Sufficere putant Cuiacius, Wissenbach, Lenel (in Palingenesia).

2) *Strafrecht* p. 392 sq.

3) Quid proprie sit nominis delatio, ubi exprimendum erat, non exprimit Mommsen (*Strafrecht* I p. 382), nam „*Einbringung der Klage*“ quam nihil significet, demonstrat ipse (p. 381).

4) „*Bei der einseitigen nominis delatio ist die Einlassung ausgeschlossen.*“ Cf. ibid. p. 388-390.

5) Cic. in Verr. II. 2. 39 § 95; 41 § 101. Pro se quidem hoc testimonio uti studet Mommsen, *Strafr.* p. 334². Confundit scilicet, ut multi, legem et ius, quod constat etiam moribus. Ceterum quod condemnari potest absens eo non demonstratur inter reos recipi posse absentem, quod observandum fuit, quia ea quoque confundit Mommsen.

6) Valer. Max. III 7 § 9. Similes fuerunt clausulae in iudiciorum publicorum legibus (l. 12 pr. D. 48. 2; l. 16 (15) § 1 D. 48. 5). Ceterum ne hoc quidem interdictum certi auxilii fuit (Suet. I 23). Cf. Mommsen, *Strafr.* p. 353².

7) Cic. Philipp. II 23 § 56 (Mommsen, *Strafr.* p. 335 not. 3). Posterioribus temporibus citra appellationem (errat Karlowa, *Rechtsgesch.* I (1885) p. 548 not. 6) sententia *reformab(atur)* (c. 6 § 1 C. 9. 2) quasi *contra sacras constitutiones* lata (cf. l. 1 § 2 D. 49. 8).

8) c. 6 pr. C. 9. 2 (Mommsen, *Strafr.* p. 335 not. 5); c. 15 pr. C. 9. 9 (id. ibid p. 353 not. 2).

9) Hactenus concurret c. 15 pr. C. 9. 9.

si nondum sit iudicium inchoatum ¹⁾, ergo adultera, si postea quam crimen contra eam inchoatum est provincia excessit, etiam absentem inter reos recipi posse explorati iuris est ²⁾. Apparet praesentibus adversariis iudicium etiam capitale inchoandum esse actu quodam interposito, quo (s)e reum fac(iat) is cuius nomen defertur, nam hoc demonstratur testimonio imperatoris Alexandri (c. 2 C. 4. 21), sed neglecto. Fateor equidem privatorum iudiciorum exemplo id receptum esse, quia ita docet Mommsen ³⁾, sed nego sub Severis; actum utique in publicis iudiciis se reum faciendi prorsus respondere solemnitati privati iudicii accipiendi, nemo opinor, diffitebitur. Quem actum quia praecedere debet accusati(o) fundata ⁴⁾ praescriptionibus discussis, ipsum proxime sequitur in reos receptio ⁵⁾, ideo praescriptiones omnes ante solent tractari quam quis inter reos recipiatur; ceterum posteaquam semel receptus est, non potest praescriptionem obicere ⁶⁾. Verum quis actus fuerit, videndum est. Et quidem iure Iustiniano hac parte nihil interfuisse videtur inter iudicia publica et privata, ergo litis contestatio intelligenda esse, quum iudex per narrationem negotii causam audire coeperit ⁷⁾; sed iure genuino, quia publica iudicia n(on) per actiones, id est per formulas, ordinantur (pr. Inst. IV. 18) interfuerit oportet, neque enim potuit in illis per mutuam formulae subscriptionem contestari lis ⁸⁾, atqui per mutuam aliquam subscriptionem èt est probabile èt nunc audacter adfirmari potest propter nuper inventam papyraceam ad Senatum orationem ⁹⁾, qua demonstratur accusatorem cum reo iudicium sub-

1) *Inchoat(um) iudici(um)* habet P. Berol. (*BGU*) 611 II 6; *crimen* c. 14 (13) C. 9. 9; *inchoata(m) delatione(m)* l. 5 § 2 D. 48. 1. Eodem, ut videtur, sensu *accusatio mota* dicitur (l. 20 D. 48. 2; c. 1 C. 9. 42) et *instituta* (l. 31 § 2 D. 34. 4; l. 4 § 2 D. 48. 5; c. 16 pr. C. 9. 9; c. 2 C. 9. 43), diverso *fundata* (c. 7 C. Th. 9. 7).

2) c. 14 (13) C. 9. 9. Cf. Cuiac. ad l. 12 (11) § 2 D. 48. 5 (Paris. IV (2) p. 697 B, C).
3) *Strafr.* p. 67^a: „aus dem Privatprozess übertragen.“

4) c. 7 C. Th. 9. 7.

5) c. 14 (13) C. 9. 9; Cuiac. l. l.

6) L. 16 (15) § 7 D. 48. 5.

7) Cf. Mommsen, *Strafr.* p. 392^a, qui tamen confundit Septimium Severum et Tribonianum.

8) Ergo rectissime docet Mommsen, *Strafr.* p. 67^a iudiciis publicis nullam fuisse „eigentliche Litiscontestatio.“

9) P. Berol. (*BGU*) 611 I 10 (*accusatorum artes qui subscripto iudicio cum*).

scripsisse, non tantum adversus reum ¹⁾, quod putabat Wlassak ²⁾. Est igitur haec subscriptio valde remota ab ea quam ponit actor in inscriptionis libello testandi causa *se professum esse* ³⁾, quae subscriptio *in crimen* dicitur ⁴⁾, nam ista quidem non mutua sed *μονομερής* est, nisi quis dicat hoc modo iudicium publicum subscribi ut reus in ipso inscriptionis libello post actoris subscriptionem *subnotet sua manu quod volet* (cf. Vat. fr. 163). Apud Ciceronem quoque (de Invent. II 19 § 58) *parricidii causa(m)* ⁵⁾ *subscripta(m)*, quam sequitur *nomen acceptum* ⁶⁾, mutuo subscriptam intelligimus, multo vero magis mutuam subscriptionem pro Cluent. 31 § 36: *haerebat*, id est: subscripserat, *in tabulis publicis reus et accusator* (20 § 55: *ex lege illa Cornelia quae tum erat*); nec, quod suspicati sumus ponendam fuisse in inscriptionis libello, est contrarium: fuerit enim inscriptio, ex quo tempore inscriptio in usum venerit, sicuti formula ⁷⁾ pars tabularum publicarum ⁸⁾, neve interfuerit, utrum apud magistratum deponatur scripta an scribatur accusatio, nam utroque modo fieri permittitur ⁹⁾. Quamquam disputant viri

1) L. 8 D. 48. 2.

2) In: *Pauly's Realencyclopaedie* v. Centumviri VII A (i. f.). Quae ex Cicerone affert, ea pertinent non ad accusatoriam sed ad censoriam subscriptionem (Bruns, *Kl. Schr.* II p. 54). Eadem confusio est apud Mommsen, *Strafr.* p. 385 not. 6 (i. f.).

3) L. 3 § 2 D. 48. 2.

4) L. 3 D. 47 1; l. 93 (92) D. 47. 2; l. 24 D. 48. 10; c. 3 C. 9. 20; Gell. II 4 § 1 (*in reum*). Apud Senecam libellus inscriptionis habens subscriptionem dicitur *subscriptio* (de benef. III 26: *subscriptionem compon(ere)*; apocoloc. 14: *ed(ere) subscriptionem*); similiter apud Asconium p. 49 (55). Alioquin *subscriptio* intelligenda videtur libelli subscriptio (l. 7 pr. D. 48. 2; c. 12 C. 9. 1; c. 5 C. Th. 9. 1) proinde *subscriptionis* et *inscriptionis vinculum* idem est (cf. Mommsen. *Strafr.* p. 386 not. 1 i. f.).

5) Ideo *causa* subscribenda est, ut constet quid in iudicium veniat neve id iudicatio excedat (Geib, *Gesch. des röm. Criminalproz.* (1842) p. 283), quod negare videtur Mommsen, *Strafr.* p. 385 not. 4 (ubi pro „*Kläger*“ bis legendum est „*Richter*“).

6) Perinde ut c. 14 (13) C. 9. 9 accusationem inchoatam inter reos receptio.

7) De formula testis est Cicero pro Q. Roscio 4 § 13: *tabularum fide arbitrum sumpsit*. Ergo et § 12 cancellandum est *tuarum* et resolvitur Mommseni (*Strafr.* p. 517 ia. p. 512) dubitatio, utrum formulae tabularum publicarum fuerint, quod propius est ut neget.

8) De tabulis publicis iudiciorum publicorum cf. Mommsen, *Strafr.* p. 517 sq.

9) Ergo *aut libellos offer(t)* accusator *aut querelas suas apud acta depon(it)* (c. 8 C. 9. 2) *in codice publico solemnia inscriptionis implet(urus)* (c. 4 C. Th. 9. 3);

docti utro modo fiat ¹⁾. Docent èt Geib ²⁾ èt Mommsen ³⁾, inscriptionem fieri apud magistratum, proinde libellos, inscriptionis qui vocentur, inscriptionis esse praeparatorios („eine vorläufige Eingabe”), quum demonstret Paulus l. 3 pr. D. 48. 2 esse libellos ipsam inscriptionem continentes. Neque id Theodorum Mommsen latuit, quamquam dissimulat ⁴⁾, nam Geib ⁵⁾ facinus admittit ⁶⁾. Ex diverso negat Zumpt ⁷⁾ apud magistratum accusationem scribi, quod negare non debuerat. Nam potest vel hoc modo. De eo quidem dubitari potest, utrum inscriptionis libellos Ciceronis aetas viderit. Videntur enim Carolo Georgio Bruns ⁸⁾ ab Augusto demum introducti esse, neque admittit sententiam Zumptii ⁹⁾ nominis delationem idem esse, quod nec probari potest nec refelli ¹⁰⁾, alioquin, si probaretur, sufficeret ad rem obtinendam. Atqui docet Asconius p. 49 (55) anno ante Chr. 52 Saufeium petitem *subscriptione* ¹¹⁾ ea quod loca publica occupasset, docet praeterea Imperator Gratianus c. 4 § 1 C. Th. 9. 19 (p. Chr. 376): leges Cornelias, deinde Julias, *ita promulgat(a)s ut poss(e)t etiam sine inscriptione cognosci, poena tamen accusatorem etiam sine solemnibus occuparet*. Erat igitur inscriptio legibus Corneliis cognita, potestque etiam apud Ciceronem et in libris de Inventione ¹²⁾ intelligi *causa subscripta*, quum mutua vice

magistratus *accusationem vel admitt(unt) (depositam vel) scribi concedunt* (c. 2 § 2 (i. f.) C. 2. 15 (16), ubi hucusque editur *vel depositam*). Ceterum illic (c. 8 C. 9. 2) sermo deponitur, hic (c. 2 § 2 C. 2. 15) libellus (ut l. 2 § 8 D. 48. 5; c. 1 C. 9. 45; c. 1, c. 19 C. 9. 1).

1) Rectam sententiam habet, cuius cathedram occupo, Ant. Matth. 48. 13 c. 6 § 2.
2) *Gesch. des röm. Criminalproz.* p. 281, p. 552 (sed cf. p. 563 not. 35).

3) *Strafrecht* p. 384 sq.

4) *Strafr.* p. 385²: „(die Einzeichnung) ist gemeint, obwohl es heisst: libellorum conceptio talis est.”

5) *Gesch. des röm. Criminalproz.* p. 281^o, p. 554^o.

6) Tacite supprimit apud Paulum libellorum.

7) *Criminalproz.* (1871) p. 147. Alteram inscriptionem (p. 157: „(durch welche) die Annahme der Klage geschah”), unde habeat nescio.

8) *Kl. Schr.* II p. 52.

9) Ergo nominis delationem illustrat is adhibita (op. cit. p. 143 not. 3) l. 3 D. 48. 2.

10) Quia, ut verbis utar Brunsianis (*Kl. Schr.* II p. 51): „in welcher Form die nominis delatio vollzogen wurde, wissen wir nicht.” Miror igitur Brunsium (p. 52) Zumptium refutare volentem.

11) I. e. inscriptione.

12) De inventione libros scriptos esse post (priorem utique) legem Corneliam, auditus docebit Velsen, *die exceptiones praecjudiciales* (1896) p. 24—26.

reus in libello inscriptionis subscripserit. Quamquam imperatoris Gratiani testimonium amoliri studet Gothofredus sic interpretando ¹⁾, quasi legibus Corneliis et Juliis ipsa inscriptio incognita fuerit ²⁾; sed est interpretandum: ex praedictis legibus non semper fuisse inscriptionem necessariam; ubi necessaria non esset, attamen poenis iisdem accusatores fuisse obstrictos. Sed an obstat Imperatoris Gratiani testimonio testimonium Pauli l. 3 pr. D. 48. 2: *hoc enim lege Julia publicorum generaliter praecipitur omnibus qui reum aliquem deferunt?* Non obstat: praecipitur enim apud Paulum non inscriptio, sed loci et temporis, ubi sit delictum, designatio. Illud autem, quod proxime subiungit (§ 1): *quodsi libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur* etc., id non ad omnes omnino causas pertinet, sed ad eas in quibus est inscriptio necessaria. Magis obstare videtur imperatoris Gratiani testimonio Ulpiani testimonium (l. 7 pr. D. 48. 2): in crimen subscriptionem *ad id inventa(m) es(se), ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem (l. calumniam) non futuram*, docet enim imperator Gratianus legibus Corneliis et Juliis perinde esse ad poenam accusatoris agaturne cum subscriptione an sine subscriptione. Sed videndum est, sitne Ulpiani testimonium integrum, et crediderim scripsisse non, quod nunc legitur: *si cui crimen obiciatur praecedere debet crimen subscriptio*, sed: *praecedere debet (poenae sponsio) ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi (calumniam) non futuram* ³⁾, auctore Symmacho, Rel. 49 § 1: *quid habeat condicionis inscriptio, praeceteris notis — Imperatoribus p. Chr. 384(5) haec dicit — provisum est enim, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, ut se idem prius poenae sponsione vinciret*. Itaque genuino iure accusatoris poena non ex inscriptione descendebat ⁴⁾, sed ex *poenae sponsione* ⁵⁾,

1) Not. q.

2) Sententiam ipse extenuat addendo: *quo illarum legum capite iudex quaestionis constituitur*, credo, ne committat l. 3 pr. (i. f.) D. 48. 2, vano metu.

3) Quae proxime sequuntur (§ 1) Oltoni Lenel (in Palingenesia) merito suspecta sic restituo: *cauent itaque singuli (poenam) et praeterea perseveraturos se in crimine usque ad sententiam*.

4) Itaque veridicus invenitur imperator Gratianus

5) Haec diversa esse quodammodo fatetur Mommsen, *Strafr.* p. 496: *„bei der*

quam exigit sub idem tempus (p. Chr. 381) non tantum synodus Constantinopolitana (can. 6 (i. f.): *μὴ πρότερον ἐνίστασθαι τὴν κατηγορίαν πρὶν ἢ ἐγγράφως αὐτοὺς τὸν ἴσον αὐτοῖς ὑποτιμήσασθαι κίνδυνον*), sed agnoscit eam etiam (p. Chr. 380) Theodosius c. 3 C. Th. 9. 2: *non prius adsimulanti accommodetur adsensus* ¹⁾, *quam in poenam reciproci* ²⁾ *stilo trepidante recaverit* ³⁾, quae Tribonianus ⁴⁾ ideo resecurit, quia ipsius temporibus ⁵⁾ sola inscriptio sufficiebat ad accusatorum poenas. Ergo quod erat olim sponsionis vinculum cessit *inscriptionis vinculo* ⁶⁾, neque tamen id continuo lege quadam lata puto effectum esse sed paulisper consuetudine, postquam supervacaneum videri coepit in *legitimum poenam* ⁷⁾ insuper cavere, innovatum; quamobrem et diu ante Theodosium legimus apud Constantinum accusatores *inscriptionis vinculo contineri* ⁸⁾ et apud Interpretem legis Theodosianae ⁹⁾ apparet sponso: *quicumque alium capitali obiectione pulsaverit, non prius audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum*. Novo iuri accommodata videtur (nam de c. 2 C. 9. 3 certa res est) et l. 7 pr. D. 48. 2 et Diocletiani c. 12 pr. C. 9. 1 — ibi *non exacta subscriptione* addiderit Tribonianus, qua de re dicetur infra, aut fuerit *non exacta (poenae sponsione)* — multo vero magis Gordiani c. 10 C. 9. 1: *solemnibus* ¹⁰⁾ *te [inscriptionibus] adstringe*. — Diximus, praecipiente

schriftlichen Klaganstellung (hat) sich (der Kluger) ausdrücklich (der Anklägerbestrafung) zu unterwerfen."

1) I. e.: non prius accusandi potestas datur.

2) I. e.: talionis (cf. Mommsen, *Strafr.* p. 496).

3) I. e.: vice mutua caverit.

4) c. 2 C. 9. 3.

5) Aliquid suboluit Ferdinando Walter, *Gesch. des röm. Rechts* (1861) § 854¹³²: *„Diese (i. e. accusatoris poena) wurde nun als eine aus der Subscription der Anklage hervorgehende Verbindlichkeit angesehen."* In fastis hic errat, in re Geib, *Gesch. des röm. Criminalproz.* p. 554: *„man (nahm) nun gleich in die inscriptio die Erklärung (auf), der Ankläger mache sich bei Strafe verbindlich etc."* Introdudum putat quod abrogabatur.

6) c. 2 C. Th. 9. 7 (p. Chr. 326); c. 11 C. Th. 9. 1 (373?): c. 14 C. Th. 9. 1 (383); c. 6 C. Th. 9. 2 (409); c. 19 C. Th. 9. 1 (423). Cf. Ambros. epist. 5 (64) § 2 (p. Chr. circ. 380): *delationis nec se obligare*.

7) l. 1 § 3 i. f. D. 48. 16.

8) c. 2 C. Th. 9. 7.

9) c. 14 (Vis. 8) C. Th. 9. 1.

10) Non, quia c. 4 § 1 C. Th. 9. 19 hoc vocabulo venit inscriptio, ideo apud Gordianum intelligi non potest poenae sponso.

ita imperatore Gratiano (c. 4 § 1 C. Th. 9. 19), ex legibus Corneliis et Iuliiis *etiam sine inscriptione cognosci solitum pro causarum diversitate*. Successit ¹⁾ Antonini, sed incertum cuius Antonini, rescriptum *in iudicis potestate (id) constituens*, sed voluit hic quoque ad poenam accusatoris nihil interesse, quapropter fiebat, ut, si inscriptio iudici non necessaria visa esset, *non subscriptio sed confessio criminis uno sermone ex ore fugiens tam accusatorem quam reum sub experiendi periculo* ²⁾ *de patria, de liberis; de vita denique dimicare cogeret*. Quod quum vidit tum removit Constantinus (c. 5 C. Th. 9. 1), sanxit denique, *ut remota professionis licentia ad subscriptionis morem ordinemque criminatio referatur, ut iure veteri in criminibus deferendis omnes utantur* ³⁾, salva tamen causa falsi, cui dedit legem ⁴⁾, (*ut cesset inscriptio*). Atqui Valens cum Gratiano et Valentiniano in causa falsi dumtaxat *in arbitrio iudicantis* posuerunt (c. 4 C. Th. 9. 19), *an accusatorem sinat etiam sine inscriptione certare*, postquam altera constitutione, quae nunc non extat, in hac quoque causa inscriptionem omnino interponi praescripserant. Iustinianus autem generaliter in omni crimine inscriptionem exigit ⁵⁾, neque falsi causam usquam excipit ⁶⁾; excipit *momentariae possessionis interdictum* ⁷⁾ et *abacti animalis accusationem* in quibus permittit *interdum etiam sine inscriptione certare* ⁸⁾; remittit etiam marito *genialis tori vindic(i) inscriptionem* ⁹⁾, feminae autem,

1) Successisse docet imperator Gratianus.

2) *Experiendi periculum* Gothofredus non definit. Nescio, an intelligam poenae sponsonem.

3) His verbis restitui non puto antiquam distinctionem, sed generaliter praecipii inscriptionis necessitatem.

4) c. 2 § 1 C. Th. 9. 10. Eodem anno, quo principalis constitutio atque ad eundem data est.

5) L. 7 pr. D. 48. 2; c. 16 C. 9. 2 (ex c. 8 C. Th. 2. 1).

6) Receptit quidem et c. 2 C. Th. 9. 19 (= c. 22 C. 9. 22) et c. 4 eod. (= c. 23 C. 9. 22), sed omissis, quae ad inscriptionem remittendam pertinebant.

7) Hinc discimus quinto saeculo in interdicto exigi coepisse inscriptionem. Posterioribus saeculis apud Graecos utique magis magisque confundi coepit accusatio et interdictum (Bruns, *Recht des Besitzes* (1848) § 10).

8) Cf. c. 8 C. 8. 4; c. 16 C. 9. 2; c. un. C. 9. 37, quae fluxerunt omnes ex c. 8 C. Th. 2. 1 (ubi tamen generaliter *de rebus parvis et minimis* excipitur ne locum habeat inscriptio, quod stare putat Ant. Matthaeus 48. 13 cap. 6 § 9).

9) c. 29 (30) C. 9. 9 (ex c. 2 C. Th. 9. 7).

quatenus mulieri accusare permittitur ¹⁾). In marito addit, ne *inscriptionis vinculo contine(atur)*, cum iure mariti accusaret, veteres retro principes iam adnu(isse) fide Constantini, nec mentiri videtur, licet Valerianus ²⁾ auctor sit *diversum div(os) principes saepe sanx(isse) ³⁾*. Sed est in marito ⁴⁾ semper variatum èt iuris consultorum auctoritatibus èt imperatorum rescriptis; veluti respondet Scaevola (l. 15 (14) § 3 D. 48. 5): *iure mariti qui accusant, calumniae periculum non evitant*, Tryphoninus autem (l. 37 § 1 D. 4. 4): *iure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterii potest ⁵⁾*; quin immo ipse Iustinianus postquam remisit c. 29(30) C. 9. 9 inscriptionem, rursus Nov. 117 (c. 8 § 2) τὸν ἄνδρα iubet ἑγγράφεισθαι τὴν γυναῖκα. Femina autem ut possit sine solemnibus accusare, recens videtur; etenim rescribit Diocletianus (c. 2 C. 9. 45): *si femina suam suorumque iniuriam exsequatur, cum ipsa pacto contra velitum destitisse profiteatur, in senatusconsulti Turpilliani poenam incidisse eam certi iuris es(se) ⁶⁾*; porro quem tenet desertoris poena eundem calumnia sine dubio obligat ⁷⁾. Accedit quod Alexander ⁸⁾ matri dumtaxat *sine calumniae timore necem filii sui vindicare* permittit, non generaliter feminae sine calumnia accusare ⁹⁾, nam neque verba (*idque beneficium senatusconsulti et in aliis publicis iudiciis servatum est*) hoc efficiunt ¹⁰⁾ èt ipsa sui movent suspicionem. Ergo prorsus dubitandum non est quin c. 12 C. 9. 1 verba *non exacta subscriptione* Triboniano debeantur. Ex diverso genuina videtur constitutio Gordiani (c. 7 C. 9. 2): ea quidem, *quae per officium praesidibus nuntiantur,*

1) c. 12 C. 9. 1 (Mommson, *Strafr.* p. 369 not. 5).

2) c. 16 § 1 C. 9. 9.

3) I. e. ut maritum iure mariti accusantem deinde desistentem teneat senatus consultum Turpillianum. Porro quem desistentem tenet senatusconsultum, eundem sine dubio calumnia obligat (cf. infra).

4) De patre cf. l. 31 (30) pr. D. 48. 5 et in contrarium Collat. IV 4 § 1.

5) Adstipulatur Paulus (Collat. IV 4 § 1). Cf. l. 16 (15) § 6 D. 48. 5; c. 6 § 1 C. 9. 9.

6) Contraria quidem videtur Papiniani l. 4 pr. D. 48. 16; sed perspiciet qui adhibuerit l. 1 § 10 eod., liberandum esse Papinianum l. 4 pr. cit. vocula *non*, invito licet Cuiacio (Observ. XX 8).

7) L. 15 § 2 D. 48. 16.

8) c. 2 C. 9. 46.

9) Ita quidem interpretatur Cuiacius Obs. XX. 8.

10) Quia ne intelliguntur quidem.

et citra solemnia accusationum posse perpendi. Ceterum ad necessitatem inscriptionis nihil interest inter crimina iudiciorum publicorum et extraordinaria¹⁾, quam ob rem ita censeo: in extraordinariis quoque *accusatio(nem) mota(m)*²⁾, id est litem contestatam, a subscriptione *cum* reo, ut in legitimis computandam. Habet autem inscriptionis necessitatem etiam ius pontificium (cap. 24 X (extra) 5. 1: *(accusatio) nisi legitima praecedat inscriptio nullatenus admittatur*; cap. 31 X 5. 3: *accusationem legitima praecedere debet inscriptio*), quin immo transiit ea in leges Burgundionum³⁾ et Visigothicás⁴⁾, atque extenditur in formulis Turonensibus (form. 29) ad iudicia privata⁵⁾ propter *sumptus vel (litis) expensas*, quod descendit⁶⁾ ex Interpretatione c. 9 (4) C. Th. 9. 1: *tam civile negotium quam criminale accusationis professio manu accusatoris conscripta praecedat*. Qui Interpretis error inde natus est, quod ignorabat, id quod hodie quoque vulgo nescitur, praefecti urbis Romae, ad quem ipsa constitutio data est, sicuti ceterorum *praefectorum vel vicariorum* fuisse *extraordinarium iudicium*⁷⁾, proinde de criminibus tantum potuisse eum vel certe debuisse citra appellationem iudicare, nisi causa ageretur senatoris. Senatorum enim praefectus urbi proprius iudex est; in criminibus autem cognoscendis ordinarius iudex nullam habuisse videtur praerogativam⁸⁾; quam ob rem,

1) L. 8 D. 47. 1; l. 93 (92) D. 47. 2; l. 7 pr. D. 48. 2.

2) L. 20 D. 48. 2: *ex ceteris vero delictis* etc., ubi *cetera* sunt extraordinaria; etenim de *iudiciorum publicorum admissis*, quae designari putat Mommsen (*Strafr.* p. 67 not. 2) *excepto repetundarum et maiestatis iudicio*, diversum statuerat Modestinus. Quod ne Mommsenium quidem latuit, sed (op. cit. p. 392 not. 2) dissimulat (*vv. man erwartet* nec).

3) tit. 77 (io. 7). Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* IV § 39⁷ (p. 171). Errat quum scribit inscriptione opus esse in omnibus accusationibus; exigitur enim, ubi *servus* accusatur (cf. tit. 8).

4) *Recessw.* VI 1 § 2; VII 1 § 5; VII 2 § 23; XII 2 § 9; cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* IV § 50¹¹ (p. 240).

5) Formula criminalis inscriptionis est extrav. (Zeum.) I 6.

6) Cf. form. extrav. (Zeum.) I 4 (et 5).

7) c. 1 C. Th. 1.16. — Putat quidem Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 133 (p. 60), sicut Constantinopoli ita Romae praefectum urbi fuisse iudicem *ordinarium*, sed verum hoc esse non sane evincit eo testimonio, quod solum profert in not. 22 (ia. not. 21).

8) Cf. Geib, *Gesch. des Criminalproz.* (1842) p. 467; p. 475 sq. Praerogativam dedit c. 1 § 1 Nov. Mart. tit I.

quibus ordinarius iudex displicebat, ii *sub specie criminis* altioris sedis *pulsa(ba)nt iudicium*, cui rei obviam it Honorius c. 8 C. Th. 2. 1, quam ad rectorem provinciae alicuius datam putabat Interpres, putant Gothofredus, Karlowa ¹⁾, Brunner ²⁾, sed est data ad *ag(entem) vicem praefectorum praetorio et urbi* ³⁾. Similiter obviam itur ab eodem *exam(ina) arrip(ienti)* vicario urbis Romae, *in qu(ibus) non tam crimen obicitur, quam cuiusdam criminis conflatur invidia* ⁴⁾. Est usque hodie inscriptio in Gallorum legibus, sed ex una tantum causa, id est ubi civiliter agetur de fide instrumenti quod falsum dicatur ⁵⁾, nam crimen intendere privato non permittitur. Quae nunc non est incriptio periculosa; olim cavendum erat in poenam et eam nummariam ⁶⁾.

1) *Rechtsgesch.* I (1885) p. 858 (ima).

2) *Rechtsgesch.* II (1892) p. 178 (et *Ztschr. der Sav.-St. (germ. Abt.)* V p. 74).

3) Henzen no. 6478. — Ad praef. urbi datam scribit Mommsen *Strafr.* (1899) p. 666¹.

4) c. 61 C. Th. 11. 30.

5) *Code de procéd.* art. 218; Pothier, *Procéd. civ.* no. 769; Loysel, *Institutes coutum.* (éd. 1846) no. 798.

6) Pothier, op. cit. no. 766.

AD ARISTOPH. ACHARN. VS. 927.

Vitio laborare quae in codicibus tradita sunt verba:

δός μοι Φορυτόν, ἴν' αὐτὸν ἐνδήσας Φέρω

dudum est intellectum. Nempe *Dicaeopolidis* esse hunc versiculum Boeotum mercatorem alloquentis, apparet e Chori verbis quae sequuntur:

ἐνδήσον, ὦ βέλτιστε, τῷ

ξένῳ καλῶς τὴν ἐμπολήν.

At *Boeotus*, non *Dicaeopolis* humeris absportaturus est malignum illum sycophantam, qui festivissimo hoc loco veluti pretiosa quaedam urna stramento involvitur. Accedit, quo certa res

magis etiam certa fiat, activi ἐνδήσαι vis, pro quo Boeotus, si is nunc verba faceret, dixisset ἐνδησάμενος, ut supra dixit (vs. 905).

Acu igitur rem tetigit Elmsley, cum pro ἐνδήσας restituit ἐνδήτω. Sed quod dein scripsit Φέρειν pro Φέρω, vitio sustulit vitium; nam quid sibi velit finalis ille infinitivus, non dico in Homero, sed in dictione comici, ego certe nescio. Et nesciebat Dindorf, qui proposuit Φέρων, nihilo tamen felicius; neque enim nunc fert sycophantam Dicaeopolis neque mox est laturus. Cui miror aurem tamen praebuisse Blaydesium, qui ad tuendam hanc coniecturam attulit locos aliquot dissimillimos, qualis est Pacis versus 888:

σκέψασθ' ὅσ' ὑμῖν ἀγαθὰ παραδώσω Φέρων, —

credo ut evinceret in trimetrorum exitu aptum locum esse participio Φέρων.

Quid multa. *Ferendi* verbum ferendum hic omnino non est, non enim quadrat in hunc locum, sed errori debetur. Emendationem incohavit Elmsley, et licet eam non perfecerit, indicavit tamen perficiendi viam. Nam littera C, quam a participio ἐνδήσας ille resecurit, *sequentis* est vocis; in CΦΕΡω autem latet id quod Aristophanes scripserat CΦΟΔΡα:

ἴδός μοι Φορυτόν, ἴν' αὐτόν ἐνδήσω σΦόδρα,

da mihi stramentum, ut firmiter eum colligem; ut fori istam perniciem strenuis vinculis compescam, ne vel sic elabatur rabula versutus nimis.

Dictum igitur hoc loco est σΦόδρα ἐνδεῖν ut in Vespis σΦόδρα πιέζειν (vs. 152) et σΦόδρα κατεαγένας (vs. 1428), vel σΦόδρα κόπτειν in Pluto (vs. 1101), — ne plura afferam exempla locutionis quae insoliti habet nihil.

J. v. L.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. FRANCKEN, J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA,
H. T. KARSTEN, J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. VAN DER VLIET, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM. PARS IV.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1900.

INDEX.

	Pag.
De scytala Laconica, scripsit J. H. LEOPOLD	365—391.
Ad Aristoph. Av. vs. 1247, scripsit J. v. L.	391.
Ad Aeschyli Eumenides, scripsit H. VAN HERWERDEN	392—395.
Praesensio veri, scripsit C. M. F.	395.
Ad titulos quosdam Rhodios nuper repertos, scripsit H. VAN GELDER	396—403.
Ad Geoponica, scripsit H. VAN HERWERDEN	404—421.
Varroniana (<i>contin. ex pag. 297</i>), scripsit C. M. FRANCKEN. . .	422—435.
Ad Xenoph. de Venat. VIII 1, scripsit J. v. L.	435.
Observatiunculae de iure Romano (<i>contin. ex pag. 84</i>), scripsit J. C. NABER S. A. FIL.	436—451.
Ad Aristoph. Acharn. vs. 927, scripsit J. v. L.	451—452.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA quater in anno prodibit Calendis
Ianuariis, Aprilibus, Iuliis, Octobribus.

Pretium annum erit floren. 5.25.

Singuli fasciculi separatim non venibunt.

Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

- M. T. Cicero.** Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. f 8.50.
- C. G. Cobet, Variarum lectionum,** quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. f 7.—
- *Miscellanea Critica,* quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. f 7.—
- *Collectanea critica,* quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. f 7.—
- *Hyperidis Orationes duae* Ὁ ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et Ἡ ΠΡΟΕΡΧΕΝΝΗΠΟΡ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. f 1.50.
- *Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnassensis antiquitates Romanas.* 1877. 8°. f 3.50.
- *De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ.* 1859. 8°. - 1.25.
- *Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum.* In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. f 0.60.
- *Lysiae Orationes et fragmenta.* Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. f 1.20.
- *Xenophontis Expositio Cyri.* Editio quinta, quam curavit C. C. Mauve. 1892. 8°. f 1.20.
- *Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum.* Editio tertia emendatior. 1888. 8°. f 1.20.
- J. J. Cornelissen, Oratio inauguralis.** 1879. 8°. - 0.45.
- *Coniectanea Latina.* 8°. - 0.60.
- *Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae.* 1881. 8°. - 0.75.
- *Opus idem. In usum scholarum.* 1881. kl. 8°. - 0.30.
- *Minucii Felicis Octavius.* 1882. kl. 8°. - 0.90.
- H. van Herwerden, Lectiones Rheno-Traiectinae** - 1.50.
- Dr. H. T. Karsten, De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat.** Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. f 0.80.
- *Spicilegium criticum.* 1881. 8°. - 0.80.
- J. van Leeuwen J. f., Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis.** 1893. 8°. f 2.90.
- H. W. van der Mey, Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis.** 1860. 8°. f 0.75.
- E. Mehler, Luciani dialogi quattuor.** Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum f 1.90.
- Dr. J. S. Speijer, Latijnsche spraakkunst:**
- 1ste stuk. Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. f 1.90.
- 2de stuk. Syntaxis. 2de druk. 1884. - 1.90.
- Mnemosyne.** — Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (f 56.50) f 30.—
- *Nova series scripserunt* C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valetton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valetton. 1873—1900. 8°. pro vol. f 5.25.



MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

C. M. FRANCKEN, J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA,
H. T. KARSTEN, J. C. NABER, H. J. POLAK, K. G. P. SCHWARTZ,
M. C. VALETON, J. VAN DER VLIET, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.

VOLUMEN VICESIMUM OCTAVUM.

LUGDUNI-BATAVORUM

E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.

1900.



Sumptibus E. J. BRILL prodierunt:

- M. T. Cicero. Commentarii rerum suarum sive de vita sua; accesserunt Annales Ciceroniani in quibus ad suum quaeque annum referuntur quae in his commentariis memorantur; utrumque librum scripsit W. H. D. Suringar. 1854. 2 part. 1 vol. 8°. f 8.50.
- C. G. Cobet, *Variae lectiones, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. Editio secunda auctior. 1873. 8°. f 7.—.*
 — *Miscellanea Critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos praesertim Homerum et Demosthenem. 1876. f 7.—.*
 — *Collectanea critica, quibus continentur observationes criticae in scriptores Graecos. 1877. 8°. f 7.—.*
 — *Hyperidis Orationes duae 'Ο ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΛΟΓΟΣ et 'ΥΠΕΡ ΕΥΧΕΝΙΠΠΟΥ. Editio altera auctior et emendatior. 8°. 1877. f 1.50.*
 — *Observationes criticae et palaeographicae ad Dionysii Halicarnasensis antiquitates Romanas. 1877. 8°. f 3.50.*
 — *De Philostrati libello ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ. 1859. 8°. - 1.25.*
 — *Cornelii Nepotis vitae excellentium imperatorum. In usum scholarum. Editio altera. 1884. kl. 8°. f 0.60.*
 — *Lysiae Orationes et fragmenta. Edit. tertia, quam curavit J. J. Hartman, 1891. 8°. f 1.20.*
 — *Xenophontis Expositio Cyri. Editio quinta, quam curavit C. C. Mauve. 1892. 8°. f 1.20.*
 — *Xenophontis Historia Graeca in usum scholarum. Editio tertia emendatior. 1888. 8°. f 1.20.*
- J. J. Cornelissen, *Oratio inauguralis. 1879. 8°. - 0.45.*
 — *Coniectanea Latina. 8°. - 0.60.*
 — *Cornelii Taciti de vita et moribus Iulii Agricolae. 1881. 8°. - 0.75.*
 — *Opus idem. In usum scholarum. 1881. kl. 8°. - 0.30.*
 — *Minucii Felicis Octavius. 1882. kl. 8°. - 0.90.*
- H. van Herwerden, *Lectiones Rheno-Traiectinae - 1.50.*
- Dr. H. T. Karsten, *De inkomsten en uitgaven van den Romeinschen Staat. Antiquarische schets. 1e stuk: De Republiek. 1880. 8°. f 0.80.*
 — *Spicilegium criticum. 1881. 8°. - 0.80.*
- J. van Leeuwen J. f., *Aristophanis Vespae, cum prolegomenis et commentariis. 1893. 8°. f 2.90.*
- H. W. van der Mey, *Studia Theognidea, accessit collatio codicis Mutinensis tantum non omnis. 1860. 8°. f 0.75.*
- E. Mehler, *Luciani dialogi quattuor. Graece. (Timon, Philopseudes, Verae historiae, Gallus). In usum scholarum f 1.90.*
- Dr. J. S. Speijer, *Latijnsche spraakkunst:*
 1ste stuk. *Flexie en etymologie. 2de druk. 1883. f 1.90.*
 2de stuk. *Syntaxis. 2de druk. 1884. - 1.90.*
- Mnemosyne. — *Bibliotheca philologica Batava. Edid. C. G. Cobet, T. J. Halbertsma, H. G. Hamaker, E. J. Kiehl, etc. 1852—62. 11 vol. et Appendix ad vol. 2—7. 8°. (f 56.50) f 30.—.*
 — *Nova series scripserunt C. G. Cobet, C. M. Francken, H. van Herwerden, S. A. Naber, W. G. Pluygers, J. J. Cornelissen, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valetton, alii; Vol. I—XIV colleg. C. G. Cobet, H. W. van der Mey, Vol. XV—XXVIII colleg. S. A. Naber, J. van Leeuwen J. f., I. M. J. Valetton. 1873—1900. 8°. pro vol. f 5.25.*

Ex officina typographica et bibliopolio antehac E. J. Brill.

88-
tur
sit
50.
ti-
in
n
.
p
.

UNIVERSITY LIBRARY
MAY 17 1961

UNIVERSITY OF MICHIGAN



3 9015 02049 0424

